Britanniam a Caesare dictatore expeditione duplici tentatam tantum (cf. bell. Gall. 4, 20—36; 5, 5—23; Dio 39, 50—52; 40, 1—4; Strabo 4, 1, 3; Livius epit. 105; Plutarchus Caes. c. 23; Suetonius Caes. 25. 46. 58) neque a successoribus eius Augusto (cf. monum. Ancyr. c. 32 Lat. 5, 2 Graec. 17, 3 p. 91 Momms.; Horatius carm. 1, 21, 15. 35, 29; 3, 5, 3 cet.; Livius fragm. l. 135 vol. 10 p. 282 Weissenb.; Tacitus Agric. 13, ann. 1, 11; Strabo 2, 5, 8; Dio 49, 38. 53, 22), Tiberio (Tacitus Agric. 13; Strabo 4, 1, 3), Gaio Caesare (Tacitus Agric. 13, Germ. 37, hist. 4, 15; Suetonius Calig. 19. 44. 46; Dio 59, 25) subiectam, quamvis non prorsus neglectam, a Claudio provinciam quidem factam (cf. titulus triumphi de ea acti Or. 715, de quo post multos alios fuse egit Ioh. Hogg *transactions of the Royal society of litterature* 3, 1837 p. 245 ss.; Tacitus Agric. 13, hist. 3, 44; Suetonius Claud. 17, Vespas. 4; Dio 60, 19—21), sed ab Agricola demum, postquam Nero de omittenda cogitavit (Suetonius Nero 18), in dicionem populi Romani redactam esse totam teste genero eius notum est. Atque de condicione et historia provinciae subiectae quidem, sed bellis paene continuis vexatae, qualis saeculo nostrae aerae primo fuerit, satis accuratam notitiam Tacito potissimum debemus et qui sequitur auctores eosdem Dioni; tituli inscripti eius saeculi tam rari in Britannia sunt quam liberae rei publicae in provinciis antiquioribus. Certorum potissimum eius saeculi annorum tituli perpauci servati sunt; sunt autem eius generis Neronis unus (n. 12) et massarum aliquot plumbi Claudii, Britannici, Neronis, Vespasiani, Domitiani nominibus signatarum; miliariorum antiquissimi Hadriani sunt et Pii perpauci. Praeterea vero tituli aliquot militares saeculo primo adscribuntur satis certo, sacri vel honorarii secundum linguae litterarumve formam paucissimi. Reliquorum titulorum in Britannia repertorum numerus et aetas in diversis eius partibus diversi illud videntur demonstrare, regionem insulae meridionalem, ut antiquitus cum Gallia mutuo commercio coniuncta ideoque reliquis longe frequentior erat, ita etiam a Romanis saeculis iam primo et altero occupatam fuisse paene totam, si exceperis regionem Dumnoniorum propter plumbi et stanni fodinas multo ante iam visitatam a Gallis, ex qua tituli inscripti Romani prodierunt paene nulli. Caput provinciae sedesque legatorum Augusti tempore illo antiquiore fortasse Camulodunum erat colonia Claudiana (cf. praef. cap. XII); praeter eam inde ab initio Londinium propter commercii maritimi opportunitatem ad vectigalia et portoria exigenda aptum alterum quasi provinciae caput fuisse probabile est (cf. praef. cap. VIII); in aliis quoque provinciis non paucis bina quasi capita reperiuntur (cf. C. I. L. 2 p. 52. 153. 462. 539). Tituli autem paene omnes reperti in oppidis regionum meridionalium, veluti Regnenses (cap. VI), Aquenses (cap. IX), Camulodunenses quamvis pauci (cap. XII) in universum antiquiores sunt, i. e. saeculorum post Christum priorum duorum, quam regionum orientalis et universae septentrionalis. Itaque etiam inde apparet, quod rerum gestarum historia docet, scilicet non continuo, sed diuturnis tantum et repetitis expeditionibus insulam totam in provinciae formulam redigi potuisse. Quanquam enim scimus Agricolam ad Caledoniam usque processisse et in ipso Britanniae termino praesidia collocasse inter Clotam et Bodotriam aestuaria (Tacitus Agric. 23), tamen fines illi imperii extremi post aliquot saecula demum firmi facti sunt et stabiles. Silures et Brigantes continuis tantum expeditionibus sensim subiecti sunt; quo rettulerim quod Traiani demum tempore Eburacum videtur sedes imperii in Britannia principalis facta esse (cf. praef. cap. XXII et titulus n. 241). Tituli vero reperti in regione Brigantum, ad quam pertinet Eburacum totaque eius vicinia, plerique saeculi secundi medii sunt vel exeuntis. Hadrianus deinde vallo inter utramque Britanniae oram ducto (de quo cf. prolegomena ante cap. XLI inserta) non ea regione, qua Agricolam praesidia collocasse scimus, sed magis versus meridiem et propius ab Eburaco sita pace, ut videtur, insulae partes meridionales potuit continere. Posterius quae a vallo versus septentriones sitae erant praetenturae vallo ex parte antiquiores Antoninus Pius altero vallo eodem fere tractu extructo, quo Agricolae praesidia fuerunt, defendit a barbarorum incursionibus (cf. praef. cap. XIII). Neque multo longius omnino progressa sunt arma Romana; ut etiam Hiberniam insulam, quamvis commercio cum Britannia certo iam tum coniunctam (cf. quae adnotavi in praef. cap. XV), nunquam ea attigisse constat. Silurum gens, in orientalibus potissimum insulae partibus habitans quanquam bellis continuis agitata, videtur ex parte sane nunquam vere subiecta esse; in montibus Cambriae hodiernae tituli proprie Romani nulli unquam reperti sunt, sed prodierunt ibi aevi infimi tantum sepulcrales similes atque eiusdem aevi in Dumnoniis reperti. Praesidia in finibus Silurum sita Isca (cap. XIII) et Deva (cap. XVII) et in ora collocatum Segontium (cap. XV) cum paucis aliis mediterraneis titulos habent saeculo secundo exeunte tertioque ineunte non antiquiores; unde tum demum imperii ibi fundamenta aliquanto solidiora videntur iacta esse. Septimium Severum et filium eius M. Antoninum, item Severum Alexandrum tam ibi quam in regionibus insulae septentrionalibus, ubi Hadriani vallum novis munimentis firmaverunt, continuo bellasse tituli docent satis multi. Etiam reliqui imperatores saeculo tertio regnantes, velut Maximini duo, Gordianus (cf. cap. XXXI et XXXVI), Philippi vestigia ibi reliquerunt non infrequentia. Qui vero Britanniam cum Gallia et Germania saeculo tertio exeunte imperium quasi proprium esse voluerunt imperatores natione Galli Postumus Victorinus Tetricus, eorum memoriae in Britannia paucae supersunt; scilicet columnae aliquot miliariae nominibus eorum inscriptae et tituli numerorum militarium ab iis denominatorum. Diocletiani fratrisque eius et filiorum titulos inde habemus vix ullos; neque ulli ibi reperti sunt Carausii et Allecti, imperatorum proprie Britannicorum, quorum tot nummi supersunt; item Constantini filiorumque et successorum eius, quorum res gestae cum Britannia provincia vinculis non paucis cohaerent, miliarii tantum aliquot servati sunt, tituli vero alius generis nulli. Tituli christiani omnino saeculorum quarti quintive, si instrumenti domestici et pavimentorum (n. 2) inscriptiones aliquot exceperis, in Britannia reperti sunt nulli. Extant autem saeculorum quinti ad octavum Cambriae illi, quos supra dixi, et regionis Dumnoniorum; quibus accedunt simili nonnulli ad Brigantes et ad Caledoniam pertinentes; ii vero omnes ab hac sylloge alieni sunt. Aevi Iustiniani fortasse titulus operis alicuius publici unus superest (n. 369).

Cum praeter titulos bilingues, scilicet Graece et Latine scriptos, duos vel tres, quales in provinciis omnibus reperiuntur, pauci etiam inter Britannicos sint Graece tantum scripti, ii ex huius syllogae lege omnino erant excludendi. Tamen cum pauci sint neque, ut in magna Graecia

atque in Gallia, referendi ad regionem aliquam Graece loquentem, visum est in praefationibus singulorum capitum, ad quae pertinent, breviter eos memorare numeris non adiectis.

Originis externae tituli omnes, qui frequentes sunt in museis Britanniae publicis privatisque, excludendi erant necessario. De falsis et alienis dixi in capite praefationis altero extremo.

Imperatori paruisse, non senatui, atque consularem fuisse Britanniam (ita enim melius sine dubio scribitur, quanquam etiam in titulis *Brittannia* forma reperitur, ut Graeci constanter scribere solent Βρεττανία) inde ab initio tam Taciti verba diserta docent, qui a consularium primo historiam provinciae incipit (Agric. 14 cf. ann. 1, 60), quam cursus honorum hominum non paucorum, quos post consulatum legationem Britannicam obtinuisse probari potest (cf. Borghesi opp. 3 p. 192. 377). Series legatorum eius inde ab A. Plautio usque ad Agricolam plena fere secundum singulorum annos restitui potest duce potissimum Tacito in vita Agricolae et in historiis; quod post Horsleium et Wexium (in prolegomenis ad editionem suam Agricolae cap. IV), adhibito etiam Cardinalio (*diplomi imperiali* p. 148 ss.), olim feci (in novo museo Rhenano vol. 12, 1857 p. 46 ss. cf. 14, 1859 p. 357 ss.). Qui secuti sunt a Domitiani temporibus usque ad Diocletiani fere, eorum non ita multi ex titulis tam in Britannia quam alibi repertis innotuerunt; aevi Constantiniani consularis aut praeses nullus notus est.

Condicionem provinciae universam apparet omnino aequalem fuisse reliquarum provinciarum, quae imperatoribus obediebant (cf. Böcking ad notitiam dign. 2 p. 498* ss.; Marquardt *Handbuch der röm. Alterth.* 3, 1 p. 97 ss.): scilicet praeter legatum Augusti, qui interdum etiam, saeculo potissimum secundo tertioque, praesidis nomine generaliore designatur (cf. Ulpianus in digestis 28, 6, 2 § 4 et titulus n. 277), et legatos legionum earum, quas infra indicabimus, quibus fortasse adiciendus est legatus incertus tituli memorabilis Regnensis (n. 11), procuratorem tantum provinciae reperimus, quaestorem, ut consentaneum est, nullum (cf. *Rhein. Mus.* l. s. s. 11 p. 79); aliorum procuratorum, quales in Britannia quoque varias fisci rationes curasse probabile est, nullus innotuit; officii procuratoris vestigia perpauca reperiuntur (cf. tegulae Londinienses; praeterea n. 28. 62. 232). Ab Hadriano ut in aliis provinciis ita in Britannia quoque iuridici creati sunt; quorum in titulis Britannicis nullus adhuc repertus est, quattuor vero ex titulis aliarum regionum notos composuit Borghesius (opp. 5 p. 362; inde *Rhein. Mus.* 11 p. 79).

Testimonia scriptorum, item tituli legatorum omnes quotquot adhuc reperti sunt, unam tantum provinciam Britanniam fuisse declarant. Nam quod poetae, ut Catullus bis (29, 21 et 45, 22), si fides est scripturae traditae, Britannias interdum dixerunt itemque Plinius aliquot locis locutus est de Britanniis (25 § 21 ubi statim sequitur forma singularis, et 33 § 24), id repetendum esse puto ex historicorum et geographorum usu, qui cum Britannias dicerent, Hiberniam quoque aliasque insulas Britannicas intellegebant, ut Plinius ipse indicat (4 § 102 cf. Strabo 3, 2, 9; Pseudo-Aristoteles de mundo 3=Pseudo-Apuleius de mundo 7). Septimium autem Severum post seditionem Albini in duas partes provinciam divisisse Herodianus testis est (3, 8, 2 διοικήσας τὰ κατὰ τὴν Βρεταννίαν καὶ διελὼν ἐς δύο ἡγεμονίας τὴν τοῦ ἔθνους ἐξουσίαν . . . ἐς τὴν Ῥώμην ἠπείγετο). Eo solet referri, quod cum Dio (55, 23) legiones Augusti enumeraret, ex sui temporis consuetudine, ut videtur (νῦν μὲν γάρ verbis locus ille satis notus incipit), locutus sit plus semel de Βρεττανίᾳ τῇ ἄνω atque de Βρεττανίᾳ τῇ κάτω. Addi possunt tituli duo in Britannia reperti, quorum alter quamvis mutilus tamen aperte memorat *beneficiarium consularis provinciae superioris* (n. 280), alter eodem loco repertus (n. 281) item mutilus similiter aliquo modo videtur meminisse *superioris provinciae*, tertius deinde Lambaesitanus (Renier *inscriptions de l'Algérie* n. 678) *praef(ecti)* alicuius *coh(ortis) p(rimae) Astu(rum) prov(inciae) Britt(anniae) infer(ioris)*. Contra alii tituli in Britannia reperti, veluti Londiniensis (n. 22) et Segedunensis (n. 498) cum titulis tegularum (cf. praef. cap. VIII), unam tantum provinciam memorant; possunt vero ii omnes antiquiores esse Severo. Praeterea vero nusquam quantum scio divisionis eius mentio facta est nec apud scriptores neque in titulis. Hoc inde fortasse erunt qui explicare voluerint, quod cum tituli illi legatorum provinciae, qui post Severum fuerunt, in ipsa Britannia reperti sint omnes, ideo nusquam adiectum sit nec totius provinciae nomen nec partis eius, utpote ex consuetudine Romana in re comperta. Apud Dionem vero paullo postquam castra legionum distinxit secundum provinciam superiorem et inferiorem ὁ τῆς Βρεττανίας ἡγούμενος nominatur simpliciter (3, 14, 1). Itaque nisi tituli illi tres essent errasse Herodianum statueremus eo fortasse perductum, quod apud auctores suos legisset Britanniam a Severo muro per transversam insulam ducto utrimque ad finem Oceani munitam esse (cf. Spartianus vita Severi c. 18), Dionem vero ut locos aliquanto accuratius designaret distinctione illa usum esse fortasse vulgari. Sed ut statuamus recte Herodianum rettulisse, uti statuere paene coacti sumus titulis illis tribus, tamen ubi fines fuerint inter provinciam superiorem inferioremque difficile dictu est. Dio (l. s. s.) legiones II Augustam et XX Valeriam victricem, quarum castra eo tempore Iscae et Devae fuisse certum est, in superiore provincia collocat, VI victricem, quam non minus certo scimus castra habuisse Eburaci, in inferiore; unde terminos superioris provinciae ab Eburaco meridiem versus fuisse concluditur. Tituli vero illi duo Britannici (n. 280. 281), qui superioris provinciae mentionem faciunt, loco quodam prodierunt ab Eburaco versus septentriones sito; vix autem nobis persuadebimus ideo potissimum in titulis illis superioris provinciae consularem nominari, quod regio, ubi inventi sunt tituli, non ei paruerit, sed inferioris consulari, quem nulla divisionis eius significatione adiecta par fuisset nominari. Quae sane ratiocinatio artificiosior plerisque quam verior esse iure videbitur. Cohors prima Asturum ubi in castris fuerit ignoramus; unde tituli eius Africani in quaestione hac finium regundorum utilitas nulla est. Si reliquarum provinciarum, quae distributae erant in partes inferiorem superioremque, spectamus similitudinem, Illyrici igitur (cf. C. I. L. 3 p. 279), Germaniae, Moesiae, Pannoniae, Daciae (C. I. L. 3 p. 160), superiores dictas esse deprehendimus eas provinciae partes, quae Romae propiores erant, magis remotas vero ab Roma inferiores, ut Borghesius observavit (opp. 4 p. 458). Atque cum tali Britanniae dividendae ratione convenit testimonium Dionis; Isca enim et Deva Romae propiores sunt quam Eburacum. Contra obstat testimonium tituli n. 280, qui consularem provinciae superioris in regione quae magis etiam remota erat ab Roma quam Eburacum memorat. Quod discrimen ut explicetur vix poterit cogitari de divisione provinciae diversis temporibus diversa. Divisio enim Severiana Dionis testimonio paene aequalis est; titulus ille potest esse paullo vestustior, neque vero aliunde constat de divisione quadam antiquiore. Utut est, nam certi nihil statuere licet, divisio illa Severiana si omnino obtinuit, in hac sylloge titulorum disponenda nullius momenti est. Minus etiam respicienda erat aevi Diocletiani divisio, qualem primus catalogus provinciarum Veronensis (cf. Mommsen *Verzeichniss der römischen Provinzen aufgesetzt um 297*, in actis academiae Berolinensis maioribus a. 1862 p. 491. 510), deinde Rufi breviarium (c. 6), Polemii Silvii laterculus (Mommsen in actis societatis Saxonicae maioribus a. 1860 p. 256), notitia imperii (cap. 3; cf. Böcking 2 p. 496* ss.) servaverunt. Scilicet divisa tum est Britannia in partes quattuor, Britanniam primam, secundam, Maximam Caesariensem, Flaviam Caesariensem; quibus partibus a. p. C. 369 addita est quinta Valentia dicta (cf. Ammianus 28, 3, 7). Earum saeculo quinto ineunte, cum notitia imperii conscripta est, ultimae duae consulares erant, reliquae tres praesidiales, omnesque sub dispositione vicarii Britanniarum (nam tum demum forma plurativa necessario utendum erat) subditae praefectis praetorio Galliarum (cf. notitia cap. 22). Accedebant tum rei militaris in Britannia rectores comes litoris Saxonici per Britanniam, qui numeros militum in portubus maris Germanici dispositos regebat (notitia cap. 25), comes Britanniae (cap. 26), dux Britanniarum (cap. 38). Certum illud tantum est, consulares provincias maiore militum numero munitas et hostium incursionibus magis expositas partes septentrionales occupasse, praesidiales vero reliquas; de finibus autem inter eas praeterea omnino nihil notum est. Accedit quod, ut supra dixi, tituli ad tempus illud referendi in Britannia omnino deficiunt; unde nec huius divisionis recentioris nec antiquioris Severianae ratio in hac sylloge disponenda habita est.

Disposui igitur titulos totius provinciae ordine geographico eodem, quem in reliquis provinciis observare solemus, incipiens a partibus maxime versus meridiem et occidentem sitis et procedens versus septentriones.

In hac dispositione universa quas in singulis secundum locorum naturam hic illic putavi observandas esse leges, eas exposui in singulorum capitum praefationibus.

Quod ex provinciae totius historia quanquam parum nota elucet, scilicet militarem eam omnino fuisse et continuis bellis, quae gerenda erant contra indigenas paene nunquam prorsus subditos, vexatam, id tituli in ea reperti plane confirmant. Honorum enim municipalium, collegiorum, reliquae vitae municipalis vestigia, ut indices docent, paene nulla in titulis reperiuntur. Vix colonias aliquot, militares omnino, inter oppida provinciae certo licet distinguere; reliquorum oppidorum sive potius castrorum castellorumque atque mansionum ad vias publicas sitarum condicio civilis prorsus ignota est, si paucissima exceperis, velut Londinium, quod municipium erat. Scriptores saeculi primi Strabo (4, 5, 1—5 cf. 1, 4, 3. 4; 2, 1, 18. 5, 8), Mela (3, 6), Plinius (§ 4 102—104) oppida in Britannia omnino non recensent; unus ex antiquioribus Tacitus coloniae Camuloduni meminit (cf. Zumpt comm. epigr. 1 p. 389 et praefatio cap. XII). Lindum coloniam fuisse testibus Ravennate tantum et nomine hodierno scimus (cf. cap. XVIII), Eburacum, totius provinciae caput, teste titulo uno (n. 248 cf. praef. cap. XXII).

Sed illud satis plene ex titulis Britannicis disci potest, quot qualesque militum numeri per totam provinciam dispositi fuerint ad incolas subiectos coercendos et ad hostes barbaros repellendos. Laterculum numerorum eorum indices huius syllogae suppeditant (cf. quae olim de hac re exposui in mus. Rhen. 11, 1857 p. 1 ss. 13, 1859 p. 347 ss.); hoc loco summatim tantum quae scitu digna sunt comprehendam.

Atque ut incipiamus ab legionibus, Caesar nobis ipse refert cum primum in Britanniam traiecisset legionem septimam se decimamque (bell. Gall. 4, 25. 32), cum iterum, quinque secum habuisse legiones, quas non nominavit (bell. Gall. 5, 8). Earum vero, ut consentaneum est, vestigia nulla remanserunt. Claudius A. Plautio ad provinciam subigendem quattuor legiones dedit, II Augustam (Tacitus Agric. 13, hist. 3, 44, ann. 14, 37; Suetonius Vespas. 4; Dio 60, 20; Eutropius 7, 13), IX Hispanam (Tacitus Agr. 26, hist. 1, 9, ann. 14, 32. 38), XIV geminam (Tacitus ann. 14, 34. 37), XX Valeriam victricem (Tacitus Agr. 7, hist. 1, 60, ann. 14, 34, 37). His postea videtur accessisse II adiutrix a Vespasiano instituta, ut recte observavit Grotefendius (*Bonner Jahrb.* 32, 1862 p. 77 cf. Mommsen C. I. L. 3 p. 416). Nam quanquam legio illa primum in Germania inferiore meruit (Tacitus hist. 4, 68. 5, 14. 16. 20) interfuitque iam imperante Domitiano bello gesto contra Suebos et Sarmatas (cf. Mommsen in Hermae vol. 3, 1868 p. 116) in Pannonia, ubi postea mansit per saecula, tamen tituli tres in Britannia reperti (n. 48. 185. 186) dubitare non sinunt, quin ibi quoque (fortasse Lindi, cf. cap. XVIII) in castris fuerit per aliquod tempus. Tituli illi fortasse saeculi primi exeuntis sunt potestque igitur legio ex Germania inferiore in Britanniam indeque post breve temporis spatium in Pannoniam translata esse. Legio II Augusta inde a saeculo altero fere Iscae castra habebat (vide cap. XIII), XX eodem tempore Devae (cap. XVII); in nonae Eburaci collocatae (cap. XXII) et Traiani tempore extinctae locum successit sexta victrix, quae item Eburaci tendebat. Tres autem legiones illae II, VI, XX ab Hadriano, Pio, Severo in vallis murisque extruendis castrisque variis muniendis adhibitae per regiones insulae septentrionales monumenta reliquerunt permulta. Exigua tantum decimae quartae vestigia supersunt, quae ad Iulii Civilis tumultum coercendum ex Britannia in Germaniam superiorem missa ibi postea permanebat (Tacitus hist. 4, 68. 76; 5, 19); conieci Camuloduni eam in castris fuisse (cap. XII, cf. cap. XVI). Quattuor igitur legiones, quae teste Iosepho (bell. Iud. 2, 16) imperante Nerone Britanniam custodiebant, antiquae quattuor Claudianae sunt; Vespasiani tempore tres tantum remanserant, secunda nona vigesima (Tacitus hist. 2, 100. 3, 82); quibus per breve temporis spatium quarta accessisse putanda est secunda adiutrix. Inde ab Hadriano tres item in Britannia erant secunda sexta vigesima, easque ibi mansisse cum titulis testantur Ptolemaeus et itineraria Antonini et Ravennatis, item Dio (55, 23). Etiam saeculo quinto ineunte *praefectum legionis secundae Augustae* in Britannia reperimus, sed collocatum Rutupiis (cf. cap. VII) *sub dispositione comitis litoris Saxonici* (notitia c. 25), quo secessisse putandus est ab Isca castris antiquis; *praefectus* autem *legionis sextae* Eburaci videtur remansisse *sub dispositione ducis Britanniarum* (notitia cap. 38). Vigesimae legionis mentio in notitia nulla facta est; ultima eius memoria extat in nummis Victorini et Carausii.

Praeter legiones auxiliarios non paucos, cohortes alas variosque alios militum numeros inde a Claudii expeditione (cf. Tacitus ann. 12, 31. 14, 34) itemque in reliquis bellis (cf. Tacitus Agric. 36 hist. 4, 12) in Britannia militasse cum scriptorum testimoniis nonnullis docent diplomata militaria tria Britannica (quae infra repetivi ex C. I. L. vol. 3) et syllogae huius tituli quam plurimi. Neque pauci numerorum eorum in provincia permanebant usque ad saeculum quintum teste notitia. Ea ratione sola factum est, ut nomina stationum valli Hadriani antiqua certis locis restitui possent pleraque, ut exposui in prolegomenis de vallo Hadriani (ante cap. XLI). Laterculum omnium numerorum exhibet index; paucorum tantum sedes certo tempore certae ex titulis tegulisve possunt definiri, quanquam numerus satis magnus superest titulorum, qui militum tam legionariorum quam auxiliariorum, ut videtur, in castris muniendis partes indicat, addito interdum certo pedum numero. Cum cohortium numeris centuriae in iis plerumque designantur (unde ab antiquariis Britannicis centuriarum lapides dicuntur breviter, *centurial stones*), legionum tamen nomina omittuntur; unde coniectura tantum incerta cuinam legioni cohortive adscribendi sint erui potest. Vix autem est quod accuratius refutetur opinio nuper prolata (ab Henrico Carolo Coote *on the centuriation of Roman Britain* Archaeologia 42, 1869 p. 127 ss.) de lapidibus illis, scilicet indicari iis non centurias legionum, quae in opere aliquo perficiendo elaborassent, sed centurias agrorum; neque enim praeter alia illud ita explicatur, quomodo cum centuriis cohortes locum obtinuerint. Alia contra opinionem illam Bruce protulit (lapidarium p. 37).

Denique non desunt classis Britannicae aliquot testimonia (cf. Tacitus Agric. 25 et passim, hist. 4, 79 et tituli n. 18. 374, item tegulae Dubrenses).

Quae ad rem militarem item pertinent viae publicae provinciae Britanniae quatenus ex titulis miliariis illustrentur exposui in praefatione ad titulos illos; tegulae militares initium faciunt titulorum instrumenti quod vocamus domestici.

Haec fere sunt quae in universum statui possunt de provinciae Britanniae inscriptionibus, administratione, re militari.

II. DE INSCRIPTIONVM BRITANNICARVM AVCTORIBVS.

Inscriptiones Latinae cum in urbe Roma atque in Italia inde a saeculo XV ineunte, in Germania Gallia Hispania reliquisque imperii Romani provinciis per saeculum XVI certe coeptae sint describi colligi explicari ab hominibus doctis non paucis, in Britannia fere omnino neglectae iacuerunt usque ad saeculum XVI extremum. Verum est, non multis vitae Romanae reliquiis ibi pepercisse barbarorum primum, Pictorum et Scotorum, deinde Anglorum et Saxonum, Danorum, Normannorum incursiones; praeterea ne fuerunt quidem omnino oppida tam frequentia tamque splendida in Britannia quam in provinciis reliquis, ut exposui capite praecedente. Unde qui primum in talia inquirebant perpauca tantum inveniebant, quae observatione digna esse viderentur; tituli enim huius syllogae plerique reperti sunt tam saeculo XVIII, cum incolarum res privatae per totam insulam magis magisque efflorescebant omnesque terrae anguli propter antiquitatis reliquias accurate pervestigabantur, quam hoc ipso saeculo, ubi primum effossionibus in oppidis veteribus consilio et ratione institutis viae muri castra balnea aedificia privata detegebantur. Ita factum est, ut antiquitatum patriarum cognitio a splendidioribus ingeniis in Britannia magis etiam sperneretur quam alibi, paucique tantum inventi sint homines, qui studia illa colerent. Sed optimi inter eos, veluti Guilelmus Camden, Iohannes Horsley,

Iohannes Hodgson, ceterarum nationum in eodem genere optimis nullatenus cedunt; immo plerosque eorum superant fide diligentia iudicio. Contra non pauci etiam nebulones in campis potissimum antiquitatum Celticarum vastis atque obscuris vagati sunt; unde severe quidem, sed non iniuste de hoc litterarum apud Britannos genere iudicaverit Iohannes Hodgson (*history of Northumberland* 2, 3 p. 245; cf. prolegomena ad vallum Hadriani ante cap. XLI) ita: *no part of litterature has had more speculative rubbish piled upon it than English antiquities. Great scholars have seldom deigned to employ their critical acumen upon it, so that the antiquarian community has had more blind divers into the ocean of past ages, than adepts who can swim within it with their eyes open, and gather from its bottom the jewels that its tempestuous billows have buried in it.* Sed ut ita sit, tamen in alia terra nulla tam multi fuerunt et sunt etiam, qui res patrias tam plene tamque in universum accurate tractaverint quam in Britannia. Huc accedit quod cum alibi propter egestatem et eorum qui scriberent et qui legerent permulta eius generis scripta schedis tantum mandata lucem publicam nusquam vidissent, sed eruenda essent ex bibliothecarum tenebris, in Britannia contra si quid scriptum erat semper fere etiam reperti sunt qui edendi emendique impensas facerent. Eius generis librorum numerum ingentem ut vel novisse omnino difficile est, ita inutilia multa eos continere titulosque paucos in iis repeti semper fere eosdem nemo mirabitur; effecerunt tamen, ut de rebus omnibus quae huc pertineant edoceamur certe quam plenissime. Duabus praeterea rationibus sylloge haec inscriptionum Britannicarum, cum multitudine earum atque auctorum gravitate reliquarum provinciarum syllogis cedat, prae illis distinguitur; primum quod tituli in Britannia aut superstites antiquitus in muris aedificiorum sacrorum profanorumve aut detecti sive casu sive effossionibus consilio institutis non perierunt iterum magna ex parte, ut alibi (veluti in Hispania) accidisse solet, sed extant adhuc paene omnes, maiore ex parte in museis publicis privatisve ab oblivione et ab interitu tuti (vix enim ulla alia gens praeter Germanos soli patrii tantopere amans est quam Britanni tamque fideliter servat quaecunque pertinent ad patriam atque maiores); deinde quod fraudes ibi epigraphicae paene omnino absunt; qua in re vellem a Germanis Britannos aequiperari. Ceterum nemo quantum scio in studiorum epigraphicorum apud Britannos historiam ulterius inquisivit; pauca enim tantum, sed accurate ut solebat, Horsleius de Grutero et Camdeno dixit (p. 187 ss.) deque museis, quae tum erant, epigraphicis (p. 181 ss.). Itaque ignoscent docti Britanni, si quid minus recte a nobis de vita scriptisve antiquariorum Britannicorum invenient expositum; neque enim facile ab homine extero quotquot huc pertinent in Britannia scripta et edita possunt cognosci.

1. Primus, quantum video, titulos in Britannia extantes observavit et descripsit Iohannes Leland (†1552), cum iussu regis Henrici VIII circa a. 1538 magnam regni partem peragravit eodem fere consilio, quo Ambrosius Morales Hispanus a. 1572 iussu regis Philippi secundi iter Hispanum fecit (C. I. L. 2 p. XVI 33) quaeque in hac peregrinatione viderat litteris mandavit. Nam quae Giraldus Cambrensis, scriptor saeculi XII, hic illic observavit eius generis (cf. cap. XV), in censum venire nequeunt. Non vidi itinerarii Lelandiani editionem principem rarissimam (*the labouryeuse Journey and Serche of Iohan Leyland for Englandes Antiquitees, geven of hym as a new Yeares Gyfte to Kynge Henry the VIII in the XXXVII Yeare of his Regne* cet. Lond. 1549 16.; iisdem litteris repetita Oxonii 1772 2 voll. 8), sed usus sum editione curata a Thoma Hearne, de quo dixi infra n. 11, cum ex schedis manuscriptis Lelandi facta sit. Titulos Lelandus perpaucos tantum adscripsit versibus non distinctis, Aquenses potissimum (cap. IX; cf. cap. X. XIII); ex regionibus reliquis insulae, praesertim ex septentrionalibus, solet referre tantum in universum quid in titulis legerit, titulos vero ipsos non descripsit. Itaque exempla eius pauca nihil fere amplius docent, quam titulos illos tum extitisse omnino. Eiusdem Lelandi *de rebus Britannicis collectanea,* item a Thoma Hearne bis edita (Oxon. 1715 6 voll. 8 et Lond. 1770—1774 6 voll. 8.), ad titulos non pertinent.

2. Quae cum ita sint, re vera antiquissimus titulorum Britannicorum auctor non Lelandus habendus est, sed Guilelmus Camden, inter historicos et geographos saeculi XVI etiam ultra Britanniae fines celeberrimus. De vita et scriptis eius conferantur quae praemissa sunt editioni Britanniae eius Gibsonianae (infra n. 7); natus est a. 1552, obiit a. 1623. Cum diversae Britanniae eius editiones diversos titulos contineant ideoque distinguendae sint inter se necessario, de editionibus ab ipso curatis, quae sex sunt, hic paullo accuratius exponendum est. Editiones vero ex parte post mortem eius extra Britanniam, Francofurti et Amstelaedami, factas, item singularum partium repetitiones, veluti Scotiae a Iacobo Dalrymple institutam (Edinburgh 1595 8.), alias, neglexi, utpote ad titulorum syllogen parandam inutiles; accuratum omnium editionum elenchum Guil. Thom. Lowndes exhibet (1 p. 356 ss. editionis Bohnianae).

I. Editio prima ita inscripta *Britannia sive florentissimorum regnorum Angliae Scotiae et Hiberniae et insularum adiacentium ex intima antiquitate chorographica descriptio, authore Gul.* Camdeno Lond. 1586 8.) titulos undecim tantum exhibet, ad *Lancashire* et *Yorkshire* potissimum pertinentes (sed cf. etiam cap. V) neque ab ipso descriptos omnes, sed ex parte breviter tantum ex testium oculatorum aliquot relationibus memoratos. In talibus observavi eum interdum ex ingenio menda exemplorum restituisse (cf. n. 506); neque vero emendationes illae liberae pro interpolationibus habendae sunt.

II. In editione secunda (*nunc denuo recognita et plurimis locis adaucta* Lond. 1587 8.) duo tantum tituli accesserunt (Uxellodunenses cap. XXXIII), itemque

III. in tertia (*nunc tertio recognita et magna accessione adaucta* Lond. 1590 4.) bini (Aquenses cap. IX) et

IV. in quarta (*nunc quarto recognita et magna accessione post Germanicam aeditionem* [Francofurtensem a. 1590] *adaucta* Lond. 1594 4.).

Post hunc autem annum novo itinere suscepto una cum Cottone (n. 3), ut ipse Camdenus testatur (ed. V p. 694), numerum titulorum multo maiorem ex septentrionalibus potissimum regionibus, praesertim ex Cumbria (capp. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXV, praeterea etiam capp. XIX. XX) rettulit, quos publici iuris fecit in

V. editione quinta (*nunc postremo recognita et magna accessione post Germanicam aeditionem adaucta* Lond. 1600 4.), quae anterioribus longe splendidior est, utpote tabulis nummorum ornata et inscriptionibus originis externae illustrata primumque dedicata Elizabethae reginae. Successit ei editioni, quam ipse postremam crediderat, alia posterior, quae est

VI. sexta (*nunc postremo recognita, plurimis locis magna accessione adaucta, et tabulis chorographicis illustrata.* Lond. 1607 fol.), dedicata regi Iacobo, in qua tamen tituli pauci tantum accesserunt (cf. cap. XIII).

Cum nihil legentium interesse apertum sit novisse unius cuiusque tituli in editionibus quattuor prioribus duabusve posterioribus locum, eam tantum citavi editionem, qua unus quisque titulus primum legitur; unde facile cognoscitur, quo tempore tituli singuli innotuerint. Scripta aliquot contra Britanniam Camdenianam edita (Ralphe Brooke, *Yorke Herault at armes, a discoverie of certain errours published in print in the much commended Britannia 1594* cet. Lond. s. a. (1596?) 4.; eiusdem libelli ed. II, *to which is added the learned Mr. Camden's answer to this book.* Lond. 1723 4., et Brookii *second discoverie* cet., *now first published from an original manuscript* Lond. ibid. anno eodem) titulos neglegunt. Quae deinde Camdenus edidit historici argumenti sunt; veluti eius *remaines concerning Britaine* (ed. I Lond. 1605 8., deinde sexies repetita ab Ioh. Philipot; ultimum Lond. 1674 8.). Extant autem praeterea epistulae eius tam editae (*V. Cl. Gulielmi Camdeni et illustrium virorum ad G. Camdenum epistolae cum appendice varii argumenti* cet. Lond. 1691 4.) quam nondum editae (cod. mus. Brit. Cotton Iulius C. V); verum in neutris tituli Britannici reperiuntur. Idemque valet de G. Camdeni diario autographo, quod servat bibliotheca collegii Trinitatis Cantabrigiae (R 5 20), ubi vidi. Ex collectaneis autem ad novam Britanniae editionem congestis Camdenus ipse iam titulos aliquot adscripserat exemplo suo editionis sextae; inde quattuor edidit Iohannes Selden (cf. cap. XXIII), linguarum Semiticarum peritissimus, in auctariolo marmorum Arundellianorum (Lond. 1629 4. p. 56 s.). Ex Seldeno Reinesius (n. 10) eos repetivit in thesauro. In posterioribus marmorum Oxoniensium editionibus, Humfridi *Prideaux*, *Maittairii*, *Chandleri* (de quibus vide indicem auctorum), Britannica perpauca tantum accesserunt (cf. capp. XVII. XXIV). Camdenus quos ipse vidit

titulos descripsit satis accurate et cum fide; sed cum non omnes eum titulos vidisse ipsum constet, ut recte exemplis eius utamur non sufficit, ut singulas libri eius editiones distinguamus; inquirendum potius erat in eius amicos et auctores. Quorum ille plurimos diserte nominavit, de aliis tacuit. Omnino autem in editione sexta tituli centum ab eo proponuntur. Usus est iis postea Rogerius Gale (cf. cap. XXIII n. 266). Exemplum Camdeni adhuc servatur Oxonii in Bibliotheca Bodleiana; titulos inde mihi exscribendos curavit Maximilianus Müller v. cl.

Philemo HOLLAND, qui Camdeni opus Latine scriptum primus vertit in sermonem vernaculum (*Britain, or a chorographicall description of the most flourishing kingdoms of England, Scotland and the islands adjoining out of the depth of antiquity* cet. *translated into English by Ph. H., Dr. in Physick* Lond. 1610 fol. et iterum ibid. 1637 fol., ubi nomen editoris primum indicatur), libere sane, ut postea conquesti sunt lectores (cf. praefatio Gibsonis ad suam Camdeni editionem) et ita, ut additamenta sua ab ipso opere non satis distingueret, titulos novos non adiecit (excepto Amboglannensi, de quo vide quae dixi cap. LIII).

3. Robertus COTTON *de Connington* (natus a. 1570, mortuus a. 1631), 'vir equestri dignitate, antiquitatis cultor summus, cum nos una studio patriae illustrandae has regiones (de Uxelloduno sermo est, cap. XXXIII) non sine dulcissimo animi pabulo anno salutis 1599 perlustravimus cet.' — verba Camdeni sunt (Brit. ed. V a. 1600 p. 633. 694), — in eo itinere non solum titulos multos descripsit perite, sed non paucos etiam eorum coemit et asportandos curavit ad *Connington* sedem suam in *Huntingdonshire* sitam, ubi eos asservatos vidit Horsleius. Quae de navi narrantur titulis et anaglyphis ab eo collectis plena, quam dicunt submersam esse, vix vera putanda sunt; certum est titulos Conningtonenses paene omnes, exceptis paucis tantum, qui non potuerunt auferri, translatos esse a. 1750 Cantabrigiam in collegium Trinitatis, ubi adhuc visuntur muro vestibuli iuxta scalam inserti. Numero quindecim sunt; eoque modo, ut muro inserti extant, delineati et aeri incisi sunt a. P. S. Lamborn ('*Haec Romanorum monumenta, a Roberto Cotton Baronetto in Angliae partibus boreis undique conquisita, et in villam suam de Cunnington in agro Huntingdoniensi comportata, tandem anno 1750 in Collegium S. Trin: Cant: sumptibus suis transferenda curavit Iohannes Cotton de Stratton Baronettus.* Est folium singulare; subscriptum est '*P. S. Lamborn del. et sculp.*' additique sunt singulis titulis numeri syllogae Horsleianae). Antea duo eorum prodierunt aeri incisi in tabula Northumbriae inserta libro Ioh. Speed (*theatre of the empire of Great Britain.* Lond. 1606 fol., deinde saepius repetitum usque ad a. 1676; utor editione a. 1616). Magis autem etiam quam titulis his ipsis ab interitu vindicatis de re epigraphica Britanniae meritus est Cotton eo, quod in schedis ab ipso collectis et servatis in museo Britannico (ms. Cotton Iulius F. VI f. 279—407 et F. X f. 137—138 v.) tam sua ipsius (cf. capp. XXII. XXVI) quam Camdeni aliorumque amicorum exempla titulorum autographa secum communicata nobis reliquit. Schedis illis, quae in museo Britannico dudum omnibus patebant, neminem, praesertim editorum operis Camdeniani, de quibus infra dicetur suis locis, ante me usum esse miror; non solum enim exempla impressa non raro ex illis emendantur, sed insunt etiam tituli nonnulli nunquam editi, qui postea perierunt (cf. cap. LII); videlicet accepit eos Cotton post sextam Britanniae editionem absolutam et fortasse post Camdeni mortem, unde etiam ex postea ab aliis editis nonnulli in Camdeni libro desunt (velut Iscenses cap. XIII). A quonam tituli singuli provenissent non ubique potuit definiri (cf. cap. LII. LIII. LIX), cum nomina non ubique adscripta essent neque fallaci scripturarum similitudini multum tribui posset; neque hoc magni interest, cum viri omnes eruditi essent et fide digni, uno fortasse excepto Bainbriggio. Verum non omnes tituli a Camdeno editi in schedis illis reperiuntur; desunt enim antiquiorum editionum secundae ad quartam tituli paene omnes; quintae sextaeque ii potissimum desiderantur, qui a Camdeno Cottoneve ipsis excepti sunt in itineribus, praeter paucos (ut Coccienses cap. XXI, Petrianenses cap. LIII). Contra extant in schedis illis exempla titulorum ab amicis subministrata paene omnia. Sunt autem amici illi hi fere: Franciscus GODWIN episcopus Landavensis, cui debentur tituli Iscenses et Cambrici (cap. XIII. XV), Thomas BRAITHWAITE et Rogerius DODSWORTHE, cuius schedae aliquot Oxonii servantur; Reginaldus BAINBRIGG, de quo dixi in praefatione cap. XXVIII quique praeterea profuit in titulis stationis valli Northumbricis et Cumbricis, item in Habitancensibus et viciniae. Is unus est, de cuius fide dubitatum est, neque vero iure, ut exposui suo loco; deinde TALBOT, LACYE, Oswaldus DYKES (cap. XXXI). Nicolaus COWPLAND, qui titulos aliquot Cumbriae (cap. LIII) misit, alii; Robertus SIBBALD Scotus, de quo dixi in praefatione ad titulos Caledoniae. Is per Henricum SAVILE puto etiam Britannicos aliquot titulos (cf. capp. XXVIII. XXXV. LXII) misit; denique Crispinus GERICIUS Albingensis Borussus. Nomen eius hominis in Camdeni schedis quidem servatum non est; sed nulla dubitatio esse potest quin idem sit atque is, quem Scaliger in folio ultimo exempli sui Gruteriani, quod post Marinium nunc bibliotheca Vaticana servat, auctorem esse indicat titulorum Caledoniae eorundem, qui in Camdeni schedis extant praemissis indicationibus Germanicis (veluti *so Herr Camdenus nicht gesehen*, cod. Cotton Iulius F. VI f. 305). De vita autem eius deque itinere Britannico et Scotico, quod fecisse putandus est primis saeculi XVII annis, quanquam aliqua cum diligentia inquisivi, cum nostratis alicuius ignoti merita oblivioni subtrahere operae pretium esse videretur, tamen nihil eruere potui. Succedet id fortasse melius iis, qui patriae eius *Elbing* urbis historiam accuratius noverint. Debentur ei exempla accurata titulorum aliquot Cumbriae (cap. XXX) et Caledoniae.

In Cottonis Postumis (*published by J[ames] H[owell]* Lond. 1651 et iterum 1672 8.) tituli non proponuntur.

4. Cum Britanniae Camdenianae editiones quinque priores prodiissent ante a. 1607, Iosephus SCALIGER in thesauro inscriptionum adornando et qui postea eum thesaurum edidit Ianus GRUTER iis uti potuerunt. Atque Scaliger in thesauri usum primum excerpsit titulos tredecim editionis secundae (in schedis cod. Lugd. f. 140 itemque in sylloge maiore p. 51 s.). Deinde quaedam addidit exemplo suo thesauri, ut modo vidimus, postea accepta per litteras puto Camdeni ipsius; sane scimus epistularum commercio eos fuisse coniunctos (cf. Bernaysii *Scaliger* p. 178). Gruterus non modo posteriores Britanniae editiones adhibuit, sed a Camdeno ipso itemque a Cottone titulos non paucos, qui postea editioni Britanniae quartae inserti sunt, accepit (cf. adnotata ad n. 310=Grut. 1179, 11 '*universas describebat Grutero Dn. Robertus Cottonus Conningtonensis, antiquitatis arbiter non e multis*'); unde uterque a Grutero in praefatione numeratur inter eos *qui scriptis privatis profuerunt.* Ita factum est, ut ubi schedae ipsius Camdeni vel Cottonis deficiunt, interdum Gruteri exempla differant a Camdenianis impressis. Sunt autem exempla illa Grutero missa in universum pleniora quam postea impressa; litterarum contignationes exhibent et ornamenta quae addita sunt; non pauca eorum aperte ab aliis descripta sunt, atque quorum nomina Cottonis schedae indicant. Tamen discrimina illa non ita comparata sunt, ut Camdeni ipsius schedae diversae esse videantur a Cottonis eiusque amicorum. Immo cum etiam schedae servatae plura interdum eiusdem tituli exempla exhibeant, videtur Camdenus quae imprimenda curaret interdum ex illis coniunctis composuisse. Quae fontium adhibendorum ratio quanquam ab interpolatione hic illic vix est distinguenda (cf. n. 359), tamen in his quoque bona fide Camdenum egisse certum est. Exempla autem Grutero missa complura cum nondum edendi causa cum aliis comparata essent et mutata, Gruteri thesaurus pro archetypo titulorum illorum habendus est. Paene nusquam autem non licuit exempla Gruteriana ad certas auctoritates referre; quod ut recte iis uteremur necessarium erat. Ceterum etiam post thesaurum editum Gruterus Camdeno scripsit, ut a. 1612, ubi auxilium eius petebat ad alteram thesauri editionem parandam (Camdeni epistolae p. 47); tamen in schedis Gruteri ad augendam editionem illam destinatis, quae servantur Lugduni Batavorum, tituli Britannici non reperiuntur. De inscriptione quadam Cambro-Britannica postea ei scripsit (p. 138); praeterea vero de studiis eorum communibus in titulos Britannicos conlatis nihil notum est.

5. Guilelmus BURTON, *bachelor of lawes*, primus in Britannia (si exceperis Roberti Talbot adnotationes ex codice bibliothecae Bodleianae editas a Thoma Hearne in Lelandi itin. vol. 3 p. 141 ss.) editor itinerarii Antoniniani (*a commentary on Antoninus his itinerary, or journies of the Romane empire, so far as it concerneth Britain; wherein the first foundation of our cities, lawes and government, according to the Roman policy, are clearly discovered* cet. Lond. 1658 fol.) in titulis quos profert paucis in universum ex Camdeno pendet; tamen quaedam sibi habet propria.

6. Aylett Sammes (Britannia antiqua illustrata cet. vol. I Lond. 1676 fol.; plura non videntur edita esse) libro magno sed inepto titulos non profert nisi ex Camdeno sumptos.

7. Edmundus Gibson episcopus Londiniensis, cum Camdeni Britanniam Anglice ederet (auctam et emendatam ed. I *with additions and improvements*. Lond. 1695 fol.), titulos non ita multos habuit, quos adderet; plures deinde accesserunt in editionibus sequentibus (ed. II *revised*, *with large additions* Lond. 1722 2 voll. fol.; ed. III ibid. 1753 et IV ibid. 1772, ambae eodem numero voll. et fol.). Instituit ille novam operis Camdeniani editionem eo consilio, ut quaecunque ad sua tempora accessissent ad patriae cognitionem necessaria colligeret commodeque proponeret lectoribus, usus ad finem eum opera coniuncta virorum in uno quoque comitatu doctissimorum, velut Edwardi Lluyd (cf. cap. XIII. XV) et aliorum. Tamen iam tum non defuerunt, qui totum opus denuo reficiendum esse intellegerent et a testibus oculatis novam antiquitatum Britannicarum descriptionem esse conficiendam. Ita Robertus Plot, scriptor historiae comitatuum *Staffordshire* et *Oxfordshire* (a. 1677 et 1686) bene meritus, circa a. 1680 iter per totam Britanniam suscipere in animo habuit, qualia susceperunt Lelandus et Camdenus (cf. eius *account of his intended journey through England and Wales for the discovery of antiquities and other curiosities*, ex ms. eius editus ab Thoma Hearne in itinerarii Lelandiani vol. 2 p. 165 ss. ed. III); sed iter illud non suscepit.

8. Thomas Gale, itinerarii Antoniniani alter editor Britannicus (Antonini iter Britanniarum commentariis illustratum cet. Opus posthumum revisit, auxit, edidit R. G. [id est Rogerius Gale, Thomae filius]. Accessit Anonymi Ravennatis Britanniae chorographia cet. Lond. 1709 4.) in adnotationibus titulos ex omnibus insulae partibus non paucos adhibuit, a Camdeno quidem aliisque auctoribus, veluti a Listero, petitos maximam partem, sed ex parte etiam ex archetypis, atque proposuit aeri incisos eleganter magis quam fideliter. Commentarius itinerarii paene nullius utilitatis est; tituli vero non spernendi.

De filii Rogerii (editoris libri inscripti 'descriptio honoris de *Richmond*' Lond. 1722 fol.) commentationibus quibusdam, quae huc pertinent, cf. capp. VI. XXII. XXVI. XXXI. XXXVIII. Schedas eius epigraphicus aliquot servat museum Britannicum (add. ms. 6210 f. 84 ss.) una cum schedis Ioh. Ward, amici Horsleii, ususque eis est Guil. Hutchinson Cumbriae historiographus (cf. cap. XXX).

9. Guilelmus Musgrave medicus et philologus (sed a Samuele Euripidis editore diversus) scriptis duobus de antiquitatibus Britanniae Romanis commentatus est fuse magis quam accurate et docte, quae sunt:

1. Geta Britannicus. Accedit domus Severianae synopsis chronologica et de icuncula quondam M. Regis Aelfredi dissertatio. Iscae Dumnoniorum 1715 8.
2. Belgium Britannicum cet. Iscae Dumnoniorum 1719 8. cf. cap. II. IX.

In reliquis scriptis eius antiquitates patriae non tractantur.

10. Scriptores epigraphici exteri, qui saeculo XVII fuerunt, Britannica perpauca habuerunt. Reinesium ex Seldeno quaedam repetivisse supra dixi (n. 2). Solus Fabrettius, qui ex marmoribus Oxoniensibus titulum unum habuit (n. 168), titulum alterum Eburacensem (n. 243) ex schedis Barberinis nescio quibus desumpsit.

11. Thomas Hearne, indefessus librorum vetustorum editor Oxoniensis (natus a. 1678, mortuus a. 1736; vide longam seriem librorum historiae patriae ab eo editorum in catalogo Ric. Colt Hoare p. 27 et apud Lowndes 2 p. 1021 ss.; cf. item reliquiae Hearnianae a Phil. Bliss editae ed. II Lond. 1869 3 voll. 8.) ideo numerandus est inter auctores epigraphicos Britannos, quod tam in praefationibus et adnotationibus ad itinerarii Lelandiani (vide supra n. 1) editionem a se curatam (*the itinerary of John Leland the antiquary, published from the original manuscript in the Bodleian library*, ed. I Oxon. 1710—12, II ibid. 1744—1745, III postuma ibidem 1768—1770 9 voll. 8., qua utor), quam in dissertationibus et epistulis scriptorum variorum, veluti Radulphi Thoresby, Richardi Richardson, Roberti Plot, Ioh. Woodward aliorum de antiquitatibus Britannicis, quas singulis itinerarii voluminibus adiecit, titulos inscriptos paucos (cf. cap. V et XVII) edidit ex lapidibus exceptos ab amicis, praeterea etiam pavimenta tessellata aliasque antiquitatis reliquias, vasa inscripta et similia descripsit. Etiam collectaneorum Lelandianorum (v. supra n. 1) editioni similia quaedam adiecit, item editioni chronicorum prioratus *de Dunstaple* (cf. titulus n. 168).

12. Guilelmus Baxter (glossarium antiquitatum Britannicarum sive syllabus etymologicus antiquitatum veteris Britanniae atque Iberniae temporibus Romanorum; accedunt v. cl. D. Edwardi Luidii [cf. cap. XV et supra n. 7] de fluviorum, montium, urbium etc. in Britannia nominibus adversaria postuma. Ed. I Lond. 1719, II Lond. 1733 8., qua usus sum) tres tantum titulos inscriptos exhibet, sed non ex libris petitos.

13. Guilelmus Stukeley, antiquarius suae aetatis celeberrimus, nunc vero magis notus propter insignem coniectandi levitatem, qua de rebus Celticis deque Carausio commentatus est, unde ab Eckhelio (8 p. 43) Harduini Britannici nomen meruit, titulos quoque Latinos non neglexit. Sed praeter libros de monumentis Druidicis, ut voluit, Stonehenge et Abury (Lond. 1740 et 1743 fol.; quorum memini cap. II) deque templo, ut putabat, Romano in Caledonia ad vallum Antonini detecto (cf. cap. LXIII) et de lance quadam argentea christiana (cf. cap. XVII), etiam eius palaeographia Britannica (I. II origines Roystonianae Lond. 1743 et Stamford 1746 4. cf. cap. XI; III *a discourse respecting* Oriuna, *wife of Carausius* York 1747 4. —, scilicet FORTVNA AVGVSTA in nummo aliquo Carausii inscriptum de Oriuna uxore eius interpretatus est) et de Carausio liber (*the medallic history of* M. Aurelius Valerius Carausius Lond. 1757 — 1759 2 voll. 4.), ab Ricardo Gough iam refutatus (v. infra n. 19), titulos Britannicos non continent. Sed exhibet titulos primum eius opus, quod inscribitur

> Itinerarium curiosum. *Or, an account of the antiquitys and remarkable curiosities in nature and art, observ'd in travels thro' Great Britain. Illustrated with Copper Prints* Centuria I Lond. 1724 et iterum una cum itinerario Ricardi Coriniensis Lond. 1776, cent. II ibid. 1776 fol.

Insunt tituli Aquenses, Lindensis, Devensis, Regnensis, ex *Adel* et *Cirencester*, Habitancensis, Uxellodunenses, denique bibliothecae Dunelmensis aliquot; descripti omnes ab ipso nec perite nec fideliter, interdum etiam interpolati. Extant praeterea ab eo editae tabulae XXIII nummos regum Britannicorum exhibentes (Lond. circa a. 1766 4.), quae huc non pertinent.

14. Inde a saeculo XVIII ineunte non pauci in Britannia extiterunt viri docti, qui de titulis inscriptis in variis insulae regionibus detectis referrent, praesertim in transactionibus philosophis (de quibus videantur quae infra adnotavi de scriptis periodicis), veluti Christophorus Hunter, qui de Eburacensibus Dunelmensibus aliis meritus est, Martinus Lister in Aquensibus cet., Radulphus Thoresby, Rogerius Gale alii.

Ex his potissimum Britannica sua habuerunt tam Muratorius in thesauro (1739) quam Donatus (1765) eius continuator. Is praeterea non raro ex schedis Abbatis Petri Gnocchi alicuius titulos Britannicos protulit; sunt autem schedae illae, quae adhuc latent, nihil aliud quam excerpta ex Camdeni Britannia aliisque libris impressis, ut Chandleri (cf. n. 168), neque quidquam habent sibi proprium.

15. Cum Alexander Gordon Scotus a. 1727 edidisset itinerarium septentrionale, de quo dixi in praef. ad titulos Caledoniae, inde Maffeius in museo Veronensi (p. 446) titulos aliquot gravioris momenti ab amicis secum communicatos repetivit. Unum praeterea (n. 431) unde habuerit ignoro. Ceterum Gordon etiam Britannica quaedam habet (cf. capp. XXXIII. XXXVI).

16. Mirum autem est ab iis, qui magnos inscriptionum thesauros saeculo XVIII ediderunt, ut a corporis Gudiani editoribus (1731, qui unum ex Britannia titulum proferunt n. 49), Muratorio (1739), Maffeio (1749), Donato (1765), prorsus neglectum esse opus primarium de titulis Britannicis neque in Britannia solum sed inter omnium aetatum syllogas epigraphicas summa laude dignum, Iohannis Horsleii Britanniam Romanam. Natus est Horsleius a. 1685, mortuus iuvenis a. 1731 antequam opus, cui ultimos quattuor vitae annos una cum salute et rei familiaris magna parte impendit, editum viderat (prodiit enim a. 1732, praefatio d. II m. Ian. a. 1731/2 subscripta est), verbi divini minister in collegio ab ecclesia publica dissentientium in *Morpeth* Northumbriae oppido tum potissimum satis obscuro, pauper et paucis tantum aequalium suorum notus, veluti Stukeleio (quocum a. 1728 convenerat in *Grantham* in aedibus Stukeleii, ut didici ex adnotatione manuscripta Ric. Gough in exemplo eius Horsleii servato

in bibliotheca Bodleiana) a Bentleio nunquam, ut videtur, nominatus. Tabulam geographicam Northumbriae ediderat atque historiam eiusdem comitatus manu scriptam reliquit, qua usus est Iohannes Hodgson (cf. prolegomena ad vallum ante cap. XLII), qui Horsleii vitam scripsit deque meritis eius iudicavit ita, ut utrique tam Horsleio quam sibi ipse praeclarum relinqueret amoris et iustitiae testimonium (*history of Northumberland* 2, 2 p. 143 ss. indeque etiam seorsum editum cum appendice epistularum). Opus autem eius (nunc satis rarum et grandi pretio emi solitum) ita inscriptum est:

Britannia Romana: *or the Roman antiquities of Britain: in three books.* (Lond. 1732, XXXII et 520 pp. fol.; accedunt sine paginarum numeris *a chronological table, and indexes to the inscriptions and sculptures after the manner of Gruter and Reinesius; also geographical indexes both of the Latin and English names of the Roman places in Britain, and a general index to the work. The whole illustrated with above an hundred copper plates*). Quid contineat addam ipsius verbis in titulo positis, ubi dilucide sane, sed pro eius temporis consuetudine satis verbose, trium librorum indicem proposuit. *The*

I. *Contains the history of all the Roman transactions in Britain, with an account of their legionary and auxiliary forces employed here, and a determination of the stations* per lineam valli*; also a large description of the Roman walls, with maps of the same laid down from a geometrical survey.*

In praefatione addit *'the first book cost me much labour and time in my study* cet.'; certum est provinciae Romanae alius nullius extare enarrationem tam plenam tamque in universum veram; mirum sane est tam raro erravisse virum a studiis philologicis antea omnino alienum quique supellectilem librorum ad studia ea necessariam summa difficultate sibi parasset. Maioris autem momenti est liber secundus. *The*

II. *Contains a compleat collection of the Roman inscriptions and sculptures which have hitherto been discovered in Britain, with the letters engraved in their proper shape and proportionate size, and the reading placed under each; as also an historical account of them, with explanatory and critical observations.*

Addenda sunt quae in ipsius libri introductione (p. 177—193) exposuit de via ac ratione qua usus sit in titulis edendis. Est autem ea optima et rectissima atque ab nostrae huius syllogae vix diversa. Unum fatendum est delineandi artem Horsleium non calluisse; unde quas ipse confecit lapidum tam scriptorum quam sculptorum imagines, modulo usus constanti eo, ut magnitudinis archetyporum partem octavam exhiberet, accuratae quidem sed foedissimae sunt. Ex animi igitur sententia de hoc libro in praefatione dixisse putandus est haec: *I need not inform the world, that the second book was the most expensive and tedious. Several thousand miles were travelled on this account, to visit antient monuments, and re-examine them, where there was any doubt or difficulty. A short trial was sufficient to convince one, how many originals had remained till then undiscovered, and how few had been published with due accuracy. And therefore I omitted no care nor pains, that was necessary to copy these with the greatest exactness, which was the principal design of the work.* In titulis disponendis ordinem geographicum secutus est unice aptum et commodum, neque vero ita, ut locis quoque singulis certum titulorum ordinem observaret, cum quae inde redundarent ad historiam et antiquitates provinciae illustrandas libris reliquis primo et tertio comprehenderet. Usus est fontibus epigraphicis antiquioribus satis plene quidem, sed non semper ita ut ad fontes primarios ascenderet; quod non mirandum est. Ita uti solet editione Camdeni Gibsoniana (prima a. 1695, interdum etiam recentiore a. 1722). In titulis ipsis legendis et interpretandis quanquam non raro erravit insigniter, in universum tamen iudicio utitur sanissimo fidesque eius omni suspicione maior est. Itaque sylloge eius necessario fundamentum esse debuit huius, quam edimus.

Liber tertius, ut in praefatione exposuit, postea demum reliquis adiectus ad rem nostram tanti momenti non est quanti illi; continet autem

III. *the Roman geography of Britain, in which are given the originals of Ptolemy,* Antonini itinerarium, *the anonymous Ravennas, and Peutingers table, so far as they relate to this island, with particular essays on each of these antient authors, and the several places in Britain mentioned by them.*

Quid Horsleius praestiterit inde potissimum elucet, quod, cum Camdenus, ut vidimus, centum fere in Britannia titulos novisset, ipse praeter eos, qui perierant, in tabulis suis repraesentavit titulos circiter CCCXL, inter quos CXL nondum antea editos. Opus eius dispositum est tam luculenter, tam aequabili diligentia tractatum tamque copiosa doctrina illustratum, ut Savinii nostri operibus comparari possit. Omnia si consideramus Horsleium dicendum erit non esse numerandum quidem inter primi ordinis philologos, sed si industriam indefessam, solidam doctrinam, iudicii acumen, fidem denique incorruptam spectamus, aevo populoque, qui Bentleium tulerunt, usque quaque eum fuisse dignum iudicabimus.

17. Ieremias Milles, de inscriptionibus provinciarum aliquot exterarum bene meritus (cf. C. I. L. 3 p. 480), annis 1735 ad 1743 itinera aliquot breviora per Britanniam suscepit quosque in iis viderat titulos inscriptos in schedis suis musei Britannici (*add. ms.* 15776 et 15801 f. 8 ss.) servavit. Quanquam novi nihil inde didici, exempla tamen hominis eruditi et accurati profuerunt (cf. capp. V. VIII).

18. Richardus Pococke, Ieremiae Milles in itineribus exteris socius, a Dublino exiens Britanniae partes septentrionales, Cumbriam praesertim, adiit a. 1750 indeque titulos rettulit aliquot in schedis musei Britannici (*add. ms.* 15800 f. 32 ss.) perscriptos, qui item profuerunt (cf. capp. XXVIII. XXX. XXXI. XXXIII).

19. *Smart* Lethieullier et Carolus Frederick, societatis antiquariorum Londiniensis socii bene meriti, volumina aliquot reliquerunt antiquitatum varii generis, inprimis ecclesiarum et aetatis mediae monumentorum, eleganter delineatarum, quae servat museum Britannicum (*add. ms.* 27348—27350). Insunt etiam tituli aliquot inscripti depicti accurate (cf. n. 84—86), quos contuli non sine fructu.

20. Iohannes Carter architectus inter aedificiorum aetatis mediae et recentis imagines, quas confecit (*the antient architecture of England* cet. ed. I Lond. 1795—1816 2 voll. fol., ed. II curante Ioh. Britton Lond. 1837—1845 fol.), etiam Romanorum aliquot vestigia delineavit, veluti templi deae Sulis Minervae Aquensis aliaque atque cum iis etiam titulos aliquot inscriptos proposuit. Ab his non videntur diversa esse exempla eius titulorum inscriptorum manuscripta, quorum meminit Le Keux (*archaeol. journ.* 14, 1857 p. 358); iis me usum non esse vix aegre fero, exempla enim Carteri non satis accurata sunt.

21. Ricardus Gough, Britanniae Camdenianae ut supra dixi editor nuperrimus (Britannia cet., *translated from the edition of... 1607, enlarged... by R. G.* Ed. I Lond. 1789 3 voll. fol., ed. II Lond. 1806 4 voll. fol., qua usus sum), qui antea nomine suo non adscripto contra Stukeleii potissimum (n. 13) de Carausio hallucinationes scripserat (*the history of* Carausius, *or an examination of what has been advanced on that subject by Genebrier and Stukeley.* Lond. 1762 4.), novam Britanniae descriptionem censendus est veteri illi adiecisse, tam plene tamque accurate, in altera potissimum editione, quaecunque nancisci potuit ad opus suum utilia suo loco adhibuit. Cum opus eius in omnium manibus sit plenissimamque hodie exhibeat syllogen epigraphicam Britannicam (nam praeter alia Horsleium totum suum fecit), visum est ad id referre lectores etiam ubi auctores sequitur a nobis quoque adhibitos. Habuit autem non ita pauca ex schedis desumpta Edwardi Lhuyd, Woodfordi (cf. cap. XXX; insunt iis falsae aliquot), aliorum (cf. capp. XII. XV. XVIII. XX. XXVI. XXVIII. XXXIII) pluraque eius generis ad tertiam quam parabat editionem sibi procuraverat. Apparatum eius topographicum Oxonii in bibliotheca Bodleiana servari notum est (cf. *a catalogue of the books relating to British, including Welsh, Scottish and Irish, topography and Saxon and Northern Litterature, bequeathed to the Bodleian library in the year 1799 by Richard Gough.* Oxon. 1814 4.; auctor est Bandinel). Ibi eo usus sum; praeter collectanea ad tertiam Britanniae editionem inprimis profuit exemplum Britanniae Horsleii a Ricardo Gough adnotatum. Reliqua ad titulos inscriptos non pertinent; sed cum bibliothecae Bodleianae praefecti consilio saluberrimo apparatum illum topographicum continuo augere studeant additis libris eius generis omnibus, qui prodeunt, cum fructu et brevissimo temporis spatio permulta ibi potui excutere alibi, etiam in museo Britannico, frustra quaesita.

22. Thomas Reynolds, itinerarii Antoniniani quoad pertinet ad Britanniam post Burtonem et Galium editor tertius (iter Britanniarum;

or that part of the itinerary of Antoninus which relates to Britain, with a new comment. Cantabrig. 1799 4.), praeter miliarium Ratense, quod ipse vidit, titulos quos profert reliquos ex Camdeno Horsleiove sumpsit omnes.

23. Iohannes Britton, librorum topographicorum scriptor et editor celeber (cf. *catalogue raisonné of the antiquarian and topographical publications of I. B., F. S. A.* Lond. 1817 12. eiusque *essay on topographical litterature* Lond. 1843 8.), praeter alia multa (veluti Carteri librum supra n. 20) una cum Eduardo *Wedlake* Brailey aliisque bibliothecam topographicam edidit, quae omnes Britanniae comitatus singillatim comprehenderet (*the beauties of England and Wales; or delineations topographical, historical and descriptive of each county.* Lond. inde ab 1801 voll. 18 prodierunt in 4.; adde I. Norris Brewer *introduction to the beauties* cet. Lond. 1818 8.). Quaedam inde didici; plurima vero ex libris petita sunt, quare huic syllogae non profuerunt.

24. Samuel Lysons, archivorum regiorum in turri Londinensi custos, opere quod edidit splendido quodque inscribitur

Reliquiae Britannico-Romanae, *containing figures of Roman antiquities found in various parts of England.* Lond. 1813—1817 3 voll. fol. max.; antea iam partes aliquot operis singillatim editae sunt (cf. Lowndes 3 p. 1423 ss.).

quanquam artis antiquae potissimum specimina, pavimenta inprimis, tessellata complexus est, tamen titulos quoque non paucos protulit a se delineatos (vide capp. IX. X. XXX. XXXI. XXXV) accurate et eleganter. Dolendum est, quod non plura eius generis monumenta studiis suis persecutus sit. Praeterea una cum eo Daniel Lysons (cf. cap. II) edidit bibliothecam topographicam Brittonianae similem, sed praestantiorem, quae inscribitur

Magna Britannia, *being a concise topographical account of the several counties of Great Britain.* Prodierunt volumina sex (I *Bedfordshire, Berkshire, Buckinghamshire* Lond. 1806 4. et *additional plates, with further corrections for the first volume of* Magna Britannia 1813; II *Cambridgeshire, Cheshire* 1810; III *Cornwall* 1814; IV *Cumberland* 1816; V *Derbyshire* 1817; VI *Devon* 1822), quorum nonnulla, veluti quartum, utilia non pauca continent; si opus laboriosum ulterius prosequi licuisset, de re epigraphica quoque scriptores sine dubio magis etiam meriti essent. Diversa a Magna Britannia est Danielis Lysons Britannia depicta (Lond. 1806—1818 6 partes 4.), quae ad res Romanas non pervenit.

25. His fere, quos hucusque enumeravi, auctoribus, uti potuit I. C. Orellius, cum a. 1828 ederet syllogen suam epigraphicam; sed usus est fere Camdeni Britannia tantum sextum edita itemque a Gibsone quartum una cum ephemeridibus aliquot, de quibus infra dicam; unde ex titulis Britannicis iam tum notis pauci tantum apud eum leguntur.

26. Cum a. 1818 et 1819 corpus fontium historiae Britannicae condi coeptum sit, cuius post triginta demum annos primum et unicum volumen prodiit inscriptum

Monumenta historica Britannica, *or materials for the history of Britain, from the earliest period.* Vol. I (*extending to the Norman conquest*). *Prepared and illustrated with notes by the late Henry* Petrie, *assisted by the Rev. Iohn* Sharpe. *Published by command of her majesty* [Lond.] 1848 fol.

statim etiam syllogae titulorum Britannicorum locus in eo opere designatus est (cf. *general introduction* p. 37). Henricus Petrie eam operis partem iam a. 1835 omisit nondum absolutam; unde postquam mortuus ille est a. 1842, Carolus T. Newton, tum iuvenis, nunc monumentorum artis antiquae in museo Britannico servatorum custos supremus, in eius locum substitutus supplevit et edidit. Quare placuit brevitatis causa in hac sylloge operis Petriani partem illam citare sub nomine Newtonis editoris. Sylloge secundum auctoris consilium titulos tantum selectos eos continet, qui ad historiam Britanniae universam illustrandam videantur esse alicuius momenti, non ad partis alicuius Britanniae (*preface* p. 57: *this collection is expressly confined to those inscriptions only which bear upon general, and not upon particular history*). Praeter titulos aliquot originis externae et diplomata tria Britannica tituli circiter CLX proponuntur in excerptis 'ex inscriptionibus' (p. CVI—CXX) petiti ex Camdeno, Horsleio, Hodgsone aliis. Ut facilius qui opere illo utuntur titulos ibi propositos reperire possent in hac sylloge, numeros eorum indicavi ubique.

27. Ex Newtonis potissimum excerptis, item ex aliquot periodicis Britannicis recentioribus Henzenus volumine tertio collectionis Orellianae (a. 1856) titulos non paucos desumpsit rei epigraphicae studiosis paene prorsus novos. Quas idem interdum citat schedas *Leslaei* a Borghesio secum communicatas, eae ex libris in Britannia impressis fluxerunt novique nihil proferunt.

28. Post Newtonem nemo in Britannia extitit, qui syllogen epigraphicam totius provinciae institueret. Quae cum ita essent, c. a. 1850 Noel des vergers, instituti Francogallici socius iam defunctus, quem de antiquitatibus Etruscis deque historiae et epigraphiae Romanae partibus aliquot bene meruisse notum est, consilium cepit corporis inscriptionum Britannicarum condendi. Legerat ad hunc finem opera Britannorum quae huc facerent recentiora potissimum quaeque inde excerpserat fasciculus servat nitide scriptus, quem mihi utendum permisit viduae eius insignis liberalitas, intercedente Leone Renier amico Parisiensi. Ex lapidibus ipsis schedisve manuscriptis nihil excepit; quod postquam cognovi, schedarum eius citandarum nulla iam causa erat.

29. Inter permultos autem, qui patriis antiquitatibus operam navabant, ut ex singulorum capitum praefationibus apparet, duo hoc loco nominandi sunt, propterea quod scriptis aliquot generalioribus titulos in Britannia repertos tractaverunt. Alter eorum Thomas Wright est, scriptor fecundus et in variis litterarum generibus exercitatus. Quae huc pertineant scripta eius (cf. cap. XVI) tria sunt:

I. *The Celt, the Roman and the Saxon: a history of the early inhabitants of Britain, down to the conversion of the Anglosaxons to christianity.* Lond. 1852 8.

II. *Wanderings of an antiquary, chiefly upon the traces of the Romans in Britain.* Lond. 1854 8.

III. *Essays on archaeological subjects.* Lond. 1861 2 voll. 8. Sunt scripta minora, quae in ephemeridibus dispersa erant, denuo collecta (cf. *assoc. journ.* 17, 1861 p. 253 ss.).

Scripta ea si nihil aliud illud sane effecerunt, ut longe maior nunc numerus eorum, qui litteras omnino colunt in Britannia, quam antea rerum Romanarum, quales ibi fuerint, aliquam adepti sint notitiam. Unde libelli illi, quamvis non gravis doctrinae sint multasque proferant opiniones aut dubias aut falsas omnino, tamen spernendi non sunt.

30. Maiora sunt merita alterius viri, cuius hic quoque mentio facienda est, quanquam iam dictum est de eo in praefatione ad titulos Londinienses (cap. VIII; cf. cap. XVI), Caroli Roach Smith. Is enim praeter scripta minora permulta librosque de antiquitatibus Londiniensibus suo loco indicatis volumina sex composuit ex commentationibus suis et aliorum maiore ex parte antea iam editis, quae inscripsit

Collectanea antiqua; *etchings and notices of ancient remains, illustrative of the habits, customs and history of past ages.* (Lond. 1853—1868 6 voll. 8. *printed for subscribers only*).

Tractantur in iis antiquitates non solum Britannicae, sed etiam Gallicae Italicae Germanicae; inprimis de instrumenti domestici titulis antea ut alibi ita in Britannia quoque paene neglectis bene meritus est scriptor, cuius industriae debetur maxima eius generis monumentorum collectio Britannica, servata nunc, uti decet, Londinii in museo Britannico.

31. Nuperrime de titulis Britannicis ex omnibus fere insulae regionibus congestis commentatus est Iohannes Mc Caul Canadensis (*president of University College, Toronto*) libello peculiari inscripto

Britanno-Roman inscriptions, with critical notes. Toronto et Lond. 1863 8.

Scriptor Americanus titulos noverat non ex libris tantum, sed ex photographiis et ectypis ab amicis, praesertim a Brucio, secum communicatis. Inde interdum eius lectionum et explicationum mentio in hac sylloge erat facienda. Quanquam enim recentem se ipse profitetur in studiis epigraphicis, tamen est ubi sano iudicio usus titulos legerit et explicuerit melius quam antea factum erat.

32. Tacendum autem non est multo magis, quam qui de titulis undique collectis scripserunt, de re epigraphica Britanniae eos meritos esse, qui singularum regionum antiquitates illustraverunt, inprimis Northumbriae vallique Romani periegetas Hodgsonem et Brucium aliosque non paucos, de quibus suis locis dixi. Atque duorum virorum illorum nomina in hoc elencho nolui prorsus omittere; omisi autem et hic neque citavi

in ipsa sylloge innumera fere historicorum opera, qui cum de dominationis Romanae in Britannia tempore agerent, titulos quoque Britannicos hic illic attulerunt. Similiter etiam quae Merivale cum de imperatorum Romanorum rebus gestis nuper scriberet eius generis protulit non citavi; sciant autem qui talia desideraverint novisse me ea quoque, sed omisisse consulto, cum nec ad lectionem emendandam nec ad sensum explicandum quidquam inde viderem redundare.

33. Restat autem aliud fontium genus, de quo paucis exponendum est. Nusquam fere alibi nec prius nec frequentius quam in Britannia quid consociatae vires efficere possent in uno quoque operum genere compertum est. Societates litterariae cuiusvis generis dudum ibi florebant magisque in dies augentur; nulla est urbs aliquanto opulentior, nullus fere comitatus, quin academiam habeat qualemcumque, cuius acta impressa extent. Cum ephemeridum huc pertinentium pars ab saeculo XVII medio usque ad haec tempora perduraverit et continuo fere novae existant societates, scripta eius generis quotquot extant commodum visum est in fine huius elenchi recensere coniuncta.

I. Inter ephemerides doctas totius Europae antiquissimas et celeberrimas numerandae sunt

Transactiones philosophicae a. 1665 Londinii a regia societate scientiarum publicare coeptae. Earum volumina antiquiora tantum usque ad vol. 49 a. 1755 etiam argumenti historici dissertationes exhibent, inter quas non paucae sunt epigraphicae, ab auctoribus variis, R. Gale, Chr. Hunter, M. Lister, R. Thoresby, I. Ward aliis scriptae. Editiones transactionum exteras, item in compendium redactarum, ut par est, sprevi.

II. Aetate, non dignitate, transactionibus philosophicis suppar est *the* Gentleman's magazine *and historical review* Lond. 8. Ser. I 1731—1833 voll. 103, ser. II a. 1834—1856 voll. 45, ser. III 1856—1865 voll. 19, ser. IV 1866—1869 voll. 8.

Quanquam queruntur docti Britanni Sylvanum Urbanum editorem pseudonymum nuper ab antiqua ephemeridum illarum gloria aliquantum defecisse, tamen etiam nuperrima eius volumina quae vidi praeter alia permulta etiam de titulis modo repertis solent referre.

III. Versus finem saeculi proximi condita est Londinii societas antiquariorum, cuius scripta eduntur hoc titulo

Archaeologia, *or miscellaneous tracts relating to antiquity.* Lond. 1770—1869 42 voll. 4.

Scriptorum periodicorum, quae rebus historicis tantum et archaeologicis inserviunt, hoc ut antiquissimum inter Britannos atque splendidissimum, ita rei epigraphicae quoque longe utilissimum est; et quamvis Britanni ipsi de societate deque scriptis eius conquesti sint interdum (cf. Nicol. Harris Nicolas *observations on the state of historical litterature and on the society of antiquaries, and other institutions for its advancement in England* cet. Lond. 1830 8.), nobis tamen valde profuit. Cum praesertim ex Ric. Gough schedis comperissem servare societatem Londinii in *Somersethouse* domicilio suo praeter lapides aliquot inscriptos ex regionibus potissimum septentrionalibus huc delatos acta scripta (*minutes*), quae plus interdum continerent, quam ea quae in voluminibus Archaeologiae edita sunt, per Augustum W. Franks amicum et I. Knight Watson, qui societati ab epistulis est, quaecunque inde novisse intererat accepi liberalissime mecum communicata (cf. n. 87 et capp. XXIV. XXX). Postea societas etiam acta illa minora edere coepit sub hoc titulo

Proceedings of the society of antiquaries of London ser. I 1845—1859, ser. II 1859—1867 8.

Ea quoque cum fructu consului.

IV. Paullo postquam Archaeologia publicari coepta est, Iohannes Nichols editor operum topographicorum permultorum bibliothecam suam topographicam condidit, cuius Londinii impressit 10 voll. 8. a. 1780—1795. Insunt commentationes historicae et antiquariae scriptorum variorum ad diversas Britanniae partes spectantes multae, quarum nonnullae de nummis veteribus deque vitae Romanae vestigiis agunt, titulos vero inscriptos non referunt.

V. Cum in transactionibus philosophicis dudum naturae tantum scientia locum habeat, litteras humaniores, quas dicunt, regia societas altera in Britannia colendas sibi proposuit. Scripta autem eius (*transactions of the Royal Society of litterature of the united kingdom* series I 1827—1839 3 voll. 4., series II 1843—1866 8 voll. 8.) argumenti epigraphici nihil continent praeter dissertationem de titulo arcus Claudiani, cuius supra (in praefationis huius cap. I) memini.

VI. Priusquam a. 1845 societates conditae sunt duae archaeologicae, de quibus postea dicendum, permulta deinceps scripta periodica a variis hominibus edita sunt, quae inter alia etiam titulos interdum inscriptos exhibent. Cum exigui tantum huic syllogae fructus inde redundassent, neque vero omnino spernenda essent scripta illa, indicem eorum subieci brevem.

Franciscus Groose, *the antiquarian repertory: a miscellany intended to preserve and illustrate several valuable remains of old times, adorned with elegant sculptures.* Lond. 1775—1780 3 voll. 8., ed. II per Franc. Groose et Thomam Astle, Lond. 1807—1809 4 voll. 8. In vol. tertio insunt tituli aliquot.

Iacobus Storer et Ioh. Greig, *antiquarian and topographical cabinet.* Lond. 1806—1812 10 voll. 8. Adde *ancient reliques, or delineations of monastic, castellated and domestic architecture, being a continuation of the antiquarian cabinet.* Lond. 1812—1813 2 voll. 12. Series prior quaedam continet, quae huc pertineant.

The Antiquarian Itinerary, *comprising specimens of architecture, monastic, castellated and domestic, with other vestiges of antiquity in Great Britain, accompanied with descriptions.* Lond. 1815—1818 7 voll. 8. tabulis non numeratis. Insunt titulorum aliquot delineationes aeri incisae eleganter, sed ab hominibus parum eruditis.

I. et H. S. Storer, *the portfolio, a collection of engravings from antiquarian, architectural and topographical subjects* cet. Lond. 1824 4.

I. O. Haliwell, *the archaeologist and journal of antiquarian science.* Lond. 1842 1 vol. 8. Plura non edita sunt; insunt tituli aliquot Gallici et Africani, Britannici nulli.

antiquarian *and architectural* Yearbook, *in which are gathered into one view all antiquarian discoveries and proceedings for the past year.* Lond. 1845. 8.

The publications of the Antiquarian Etching Club *for the years* 1849—1854 Lond. 5 voll. 4. Artis Romanae aliquot specimina continet male et delineata et incisa (cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 461 ss., 7, 1852 p. 95).

Omisi alia eius generis, quae recentiora tantum proferunt.

VII. A. 1843, ut dixi, viri aliquot rerum antiquarum amantes instituti archaeologici nostri, quod Romae floret, exemplo moti, societatem condiderunt, quae antiquitatum per totam Britanniam describendarum et conservandarum curam in se susciperet. Prodiit post duos annos scriptorum eius volumen primum ita inscriptum

The Archaeological journal, *published under the direction of the Central Committee of the British Archaeological Association for the encouragement and prosecution of researches into the arts and monuments of the early and middle ages.* Lond. 1845 8.

Eodem anno Thomas Wright, de quo supra dixi (n. 29), librum edidit inscriptum

The Archaeological Album; *or museum of national antiquities. The illustrations by* F. W. Fairholt. Lond. 1845 4.

Is liber causa potissimum fuit (cf. *assoc. journ.* 1, 1845 p. 269 ss.), ut societas illa primum una in duas secesserit (qua de secessione multa tum in utramque partem scripta sunt in ephemeridibus Britannicis), quarum altera volumen actorum iam impressum anno sequenti iterum edidit sic diverse inscriptum

The journal of the Archaeological Institute of Great Britain and Ireland. Vol. 1 ed. II Lond. 1846 8.

secutaque sunt deinde volumina annua 27 usque ad annum 1870. Altera vero societas voluminis primi iam editi titulum ita mutavit, ut series scriptorum eius deinde inscriberetur

The journal of the British Archaeological Association, *established 1843, for the encouragement and prosecution of researches into the arts and monuments of the early and middle ages, under the direction of the Central Committee.* Vol. 1 Lond. 1845 8. Sunt voll. 26 usque ad a. 1870 edita.

Ut breviter distinguerem, hoc *assoc. journ.*, illud *archaeol. journ.* dixi.

Edidit praeterea utraque societas volumina singularia, quibus conventuum annuorum in singulis oppidis habitorum acta continentur; eorum suis locis memini. Denique prodierunt

Collectanea archaeologica *of the British Archaeological Association.* Vol. I pars I et II Lond. 1861. 1862 4. Vol. II pars I ibid. 1863 4.

Plura eius collectionis volumina mihi certe nondum innotuerunt.

Utriusque societatis series voluminum duplex antiquitatum Britannicarum promptuarium longe copiosissimum est.

VIII. Unius quidem comitatus, qui est *Derbyshire*, antiquitates praecipue illustrandas sibi proposuit *Llewellyn* JEWITT, editor fasciculorum non magnorum, quibus nomen dedit

The RELIQUARY, *a depository of precious relics legendary, biographical and historical.* Lond. 1861—1869 9 voll. 8.,

sed expatiatus est non raro ad aliarum quoque regionum monumenta explicanda neque ab inscriptionibus prorsus abstinuit.

Omisi in hoc scriptorum periodicorum elencho iam satis longo ephemerides proprie philologicas Britannicas, *the Classical Journal* (voll. 40 Lond. 1809 — 1829 8.), Museum criticum *or Cambridge classical researches* (voll. 2 Cantabrig. 1814. 1826 8), *the philological Museum* (voll. 2 Cantabrig. 1832. 1833 8.), *the classical Museum* (voll. 7 Lond. 1846—1850 8.), *the Museum of classical Antiquities* (voll. 2 Lond. 1851—1853 8.), *the Journal of classical and sacred philology* (voll. 4. Cantabrig. 1854—1857 8.), *the Journal of philology* (voll. 3 ibid. 1868—1870 8.), cum titulorum Britannicorum vix ulla in iis mentio fieret. Addenda fortasse est numerosa voluminum series, quae inscribitur *Notes and Queries*; facile enim etiam de inscriptionibus quaedam in iis possunt deposita esse. Nolui autem tot voluminibus in incertum eventum evolvendis tempus perdere, cum paene certum sit novi nihil inde disci posse. Praeterea suis tantum locis commemoravi innumeras fere singulorum oppidorum et comitatuum academias et societates, quarum praecipuae, veluti Aeliana, Cambrensis, Scotica, inter primarios rei epigraphicae fontes numerandae sunt. Haec omnia si comprehendimus, in nulla alia terra similem curam impendi in antiquitates patrias servandas colligendas explicandas fatendum erit.

Ut supellectilis litterariae Britannicae ingentis plenam mihi pararem notitiam, usus sum catalogis bibliographicis non multis, qui extant, Goughiani scilicet et Brittonis, quos supra memoravi (n. 21 et 23), deinde Ricardi *Colt* Hoare (*a catalogue of books relating to the history and topography of England, Wales, Scotland and Ireland, compiled from his library at Stourhead, Wilts.* Lond. 1815 8.; impressa sunt exempla 25 non amplius) et inprimis Guilelmi UPCOTT (*a bibliographical account of the principal works relating to English topography.* Lond. 1818 3 voll. 8.), qui quanquam plenus et accuratus est, tamen annis quinquaginta, ante quos editus est, magnus librorum numerus accessit, quem tam ex regiae bibliothecae Berolinensis, quam ex musei Britannici, Bodleianae Oxoniensis, aliarum bibliothecarum Britannicarum copiis cognoscere studui. Profuit in quaestionibus illis inprimis Guil. Thom. LOWNDES catalogus (*the bibliographers manual of English litterature,* ed. nova ab H. G. Bohn curata, Lond. 1864 7 voll. 8.); contra Ricardi Sims liber (*handbook for the genealogist, topographer, antiquary and legal professor.* Lond. 1856 8.) ad haec studia minus pertinet. Adii autem Britanniam bis librorum et schedarum manuscriptarum excutiendarum titulorumque inscriptorum describendorum causa, annis 1866 et 1867, deque itinere utroque rettuli in actis academiae Berolinensis minoribus (a. 1866 p. 781 ss., 1867 p. 82 ss.). Neque vero tum solum, cum ibi morabar, amicorum multorum et illustrium opera indefessa comique liberalitate adiutus sum, quorum hosce nomino honoris causa C. BABINGTON, I. BRUCE, I. CLAYTON, H. O. COXE, I. DIXON, A. W. FRANKS, I. KENRICK, I. E. LEE, C. LOTTNER, I. E. B. MAYOR, Max. MUELLER, H. A. I. MUNRO, A. S. MURRAY, H. NETTLESHIP, C. T. NEWTON, M. PATTISON, I. H. POLLEXFEN, H. M. SCARTH, I. STUART, E. M. THOMPSON, A. WAY, E. WOODFORD (†), W. WRIGHT, I. YATES, sed etiam duobus hisce annis quaerenti mihi multa ac varia amicorum illorum non pauci, inprimis *Bruce*, *Kenrick*, *Murray*, *Thompson*, *Wright*, *Yates* nunquam defuerunt. Ita fieri potuit, ut etiam rerum earum, quae post decessum meum in Britannia ex oppidorum veterum solo prodierunt, librorumque, qui tempore illo editi sunt, plena in hoc volumine ratio habita sit.

Duae res supersunt, quarum breviter hic mentio facienda est. Primum dixi iam supra a titulis falsis rem epigraphicam Britanniae paene totam liberam mansisse. Quos ad calcem huius syllogae composui titulos circiter duodecim, ii ex parte interpolati magis sunt quam falsi aut ex prava tantum lectione orti, ex parte ne serio quidem pro genuinis unquam prolati. Deinde monendum est tabulam geographicam huic syllogae adiectam non plenam exhibere Britanniae Romanae, qualem fuisse scriptorum testimoniis indicatur qualemque post Camdenum in Britannia et extra eam varii conati sunt repraesentare, sed secundum easdem leges confectam esse, quas in reliquis corporis huius inscriptionum Latinarum voluminibus observavimus. Profuerunt quidem tabula edita a. 1834 a societate quadam litteraria (*the society for the diffusion of useful knowledge*), item quae adiecta est monumentorum historiae Britanniae (supra n. 26) volumini primo et unico (a. 1848), denique Spruneri a Menkio correcta (a. 1861), tum etiam Ioh. Gorton lexicon topographicum (*a topographical dictionary of Great Britain and Ireland.* Lond. 1833 3 voll. 8.) aliaque eius generis subsidia, quae *gazzetteer* dicuntur a Britannis; neque vero hac nostra tabula geographica aliud quidquam agitur, quam ut locorum, ubi tituli reperti sint, plena ex ea notitia capi possit.

I. DUMNONII

(Cornwall et Devon).

Partem Britanniae maxime occidentalem coluisse Dumnonios constat testimoniis tam Ptolemaei (2, 3, 30) et Solini (c. 22 p. 113, 8 M.) quam itinerariorum, quae oppidum eorum Iscam Dumnoniorum (ita Peutingerianum secundum recentem editionem Parisinam) vel Dumnuniorum (ita Antoninianum p. 483, 8. 486, 8. 17 secundum codices optimos) vel corrupte Dumnamorum (ita Ravennatis p. 425, 1) nominant. Regionem eam propter plumbi albi fodinas inde ab antiquissimis temporibus exploratam a Romanis statim post Claudii tempora occupatam esse probabile est; nec defuerunt ibi, ut itineraria docent, oppida; quorum principalia erant Isca, de qua modo dixi, et Moridunum. Iscam (Ἴσκα simpliciter est Ptolemaeo 2, 3, 30) quaerendam esse aut prope *Exeter* hodiernam aut in ipso eius situ probabile est; Lelandus quidem (itin. 3 f. 47 p. 77 Hearne) titulorum inscriptorum fragmenta affirmat se ibi vidisse, neque vero adscripsit ea (cf. praeterea *assoc. journ.* 18, 1862 p. 1 ss.); postea nihil inde prodiit. Moriduni situs incertus est (egit de eo nuper P. O. Hutchinson in *gent. mag.* ser. II 31, 1849 p. 137 ss.); vix autem potest idem esse atque Durotrigum (de quibus infra dicemus cap. II) oppidum Δούνιον a Ptolemaeo dictum (2, 3, 29) et referri ad *Dorchester* hodiernam, ut voluit Mannertus (II 2 p. 165). Reliqua Dumnoniorum oppida, quae referunt Ptolemaeus (2, 3, 30) et itineraria, item prorsus incerta sunt. Sed frequentia extant vitae Romanae vestigia castra, viarum itinera, villae rusticae, tumuli, nummi, vasorum varii generis fragmenta, reperta haec ex parte iuxta fodinas antiquas. De amphitheatro, ut Borlasius voluit (p. 196), prope *St. Just* extantis nihil definio utrum re vera eius generis aedificium fuerit an castrum fortasse ne Romanum quidem. Composuerunt praeter Camdenum eiusque editores, inprimis Ric. Gough (Goughs Camden 1 p. 1 ss. et 35 ss. 62*; cf. etiam *philos. transact.* 40, 1740 p. 465 ss.), et Danielem Lysons (Magna Britannia 3 p. CCXXIII ss.

et 6 p. CCCX ss.), quaecunque eius generis observata sunt in Cornwall Borlase (p. 278 ss.) et Davies Gilbert (*the parochial history of Cornwall* Lond. 1838 4 voll. 8.), quibus addenda sunt quae proferuntur in variis Archaeologiae Londiniensis voluminibus (9, 1789 p. 187; 14, 1803 p. 224; 15, 1806 p. 118; 16, 1812 p. 137; 40, 1866 p. 113 ss.; *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1866/7 p. 302. 498. 517 et *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 311), in *Devon* reperta R. Polwhele (*the history of Devonshire* 1797—1803 8.) et Archaeologiae scriptores varii, ut Ieremias Milles (6, 1782 p. 1 ss.) alii (14, 1803 p. 279; 19, 1831 p. 308; cf. *archaeol. journ.* 14, 1848 p. 193 et *assoc. journ.* 21, 1865 p. 217; item G. Vere Irving collect. archaeol. 2, 1863 p. 18 ss.). Praeter miliarium autem Constantini a. 1853 repertum ad *St. Hilary* quod infra proponemus, et titulum paterae plumbeae n. 1, quem ideo nolui ad instrumenti domestici caput referre quod votivus est et ex metallo eius regionis proprio constans, inscriptiones, quae quidem adscribi possint saeculis primo ad quartum, adhuc in terris illis apparuerunt omnino nullae. Sed observati sunt per has regiones similiter atque in Cambria (*Wales*), ut infra videbimus, cippi complures operis rudis, quorum plerique crucibus variae formae insculptis aut titulorum initio appictis christianam originem palam demonstrant ideoque ab hac sylloge alieni sunt.

Mirandum sane est, quod iuxta fodinas plumbi albi sive stanni celeberrimas vitae municipalis vestigia nulla reperta sunt; stannariorum enim collegia etiam per totam mediam quam dicunt aetatem florebant originemque suam fortasse non sine iure ad antiquissima tempora solebant referre (egit de eis Th. Pearce 1725; cf. *archaeol. journ.* 4, 1848 p. 65). De Celticis vero antiquitatibus deque populorum eorum omnino reliquiis, qui ante Romanos loca illa aut incolebant aut invisebant post Borlasium nuper denuo quaeri coeptum est cum cura ab Ed. Vivian (*cavern researches* cet. Lond. 1859 8.) et ab I. Gardner Wilkinson aegyptologo (*assoc. journ.* 16, 1860 p. 101 et 18, 1862 p. 22 ss. 111); in universum de antiquitatibus Cornwallensibus cuiusvis generis nuper eleganter scripsit Maximilianus Müller (*chips from a German workshop* vol. III 1870).

De antiquitatibus huius regionis scripserunt auctores hi (cf. Iac. Davison bibliotheca Devoniensis: *a catalogue of the printed books relating to the county of Devon.* Exeter 1852 4.):

1. Lelandus tituli unius christiani mentionem fecit incertam; reliquos eiusdem generis non videtur observasse.

2. Ricardus Carew (*the survey of Cornwall.* Lond. 1602 4., ed. II. III. IV ibid. 1723. 1769. 1811 4.) eiusdem atque Lelandus tituli neminit.

3. Auctor praecipuus est Guilelmus Borlase (*observations on the antiquities of Cornwall, historical and monumental* cet. Oxon. 1754 fol., ed. II Lond. 1769 fol.; utor editione Oxoniensi), homo accuratus et diligens fideque omnino dignissimus, quanquam verbosus admodum atque indulgens, quod mirandum non est illo tempore, de Phoenicum et Druidarum reliquiis, quas extare credebat, opinionibus levibus, quae tum circumferebantur. Inde Ricardus Polwhele (*the history of Cornwall.* Falmouth 1803 et Lond. 1816 7 voll. fol.) titulum n. 1 desumpsit.

Reliqui scriptores Cornwallenses, Gualterus Moyle (*the works of W. M., Esq., none of which were ever before publish'd.* Lond. 1726 2 voll. 8.; ed. II et III Dublin 1728 8. et Glasgow 1750 12.), Fortescue Hitchins (*a history of Cornwall, edited by Sam. Drew. Helston* 1824 2 voll. 4.), Iohannes T. Blight (*crosses and antiquities in the east and in the west of Cornwall*, ed. II Lond. 1858 2 partes 8.; idem *a week at the Lands End.* Lond. 1861 8., cf. *archaeol. journ.* 18, 1861 p. 40 ss.; et *churches of West Cornwall.* Oxon. 1865 8.), Ricardus Edmonds (*the Land's End district; its antiquities, natural history* cet. Lond. 1862 8.), W. T. Shortt (Silva antiqua Iscana numismatica quin etiam figulina, *or Roman and other antiquities of Exeter.* Exeter s. a. [c. a. 1840] 8., et collectanea curiosa antiqua Dumnonia, *or an essay on some Druidical remains of Devon* cet. Exeter s. a. [c. a. 1840] 8.), item Gough et Lysons (Magna Britannia vol. 3, 1814 et vol. 6, 1822) praeter titulos christianos nummorum tantum, item instrumenti domestici artisque operum meminerunt; veluti sigilli alicuius aenei, quod centaurum exhibet (Shortt collect. cur. p. 43 in tab.) atque, si re vera repertum est in regionibus illis, potest sane temporis satis vetusti esse, quanquam non referendum ad Phoenices, ut editor voluit. In *Truro* urbe extat *the Royal institution of Cornwall*; acta eius inde ab a. 1838 edita titulos quosdam christianos exhibent. Deinde Eduardo *Blight* auctore conditam esse audio nuper in *Penzance* societatem antiquariorum (cf. *gent. mag.* ser. nova vol. 3 1867 p. 795 et vol. 4 p. 316 ss.), sed nondum audivi eam publici iuris fecisse quidquam. Ipse loca illa non adii.

Male a scriptoribus nonnullis Britannis (Shortt silva antiqua p. 93) Iscae tribuitur titulus sepulcralis Tarraconensis (C. I. L. 2, 4346) a Musgravio ibi collocatus.

1 Patella ex plumbo albo sive stanno facta, reperta in campo Romano (ut creditur), qui est apud *Bossens* dioecesis *St. Erth* (prope *St. Ives*) lata supra digitos $4^1/_2$, infra $2^1/_2$, crassa $^1/_{20}$, sine ansa; in cuius fundo in circulum punctis scriptae sunt litterae hae

ΛIVIUS MOδIISTUS δ ϘIVΛ' F DIIO MARTI

Livius Modestus Doiuli(?) f(ilius) deo Marti

Borlase *philos. transactions* 51 p. 1, 1759 p. 13 ss. et *Cornwall* p. 316 tab. 28 fig. 1. 2 aeri incisam dedit accurate (idem misit Chandlero marm. Oxon. 3 tab. I fig. V; ex Borl. Polwhele 1 p. 180; act. acad. Berol. 1868 p. 85). Litterae sunt cursivis simillimae (non ex Graecis et Latinis mixtae, ut Borlasius voluit); patris nomen *Driuli* aut *Doiuli* legit Borl.; hoc videtur veri esse similius. II et F litterarum formae iuxta adhibitae non offendunt. Quae inter *Modestus* et *deo* elementa sunt *donat* significasse coniecit Mommsenus; spatium ante ultimum elementum vacuum totaque forma a Borlasio huic tituli parti data mihi videtur obstare coniecturae eius quamvis per se probabili.

II. DUROTRIGES. BELGAE.

(Dorset et *Wilts).*

In territorio Durotrigum (Ptolem. 2, 3, 29) oppidum fuisse videtur principale Durnovaria, quam itinerarium Antoninianum in via a Calleva (*Silchester*) Iscam Dumnoniorum (*Exeter*) ponit ab hac distantem m. p. LI, via per Moridunum directa, quod (cap. I) situs esse dixi incerti. Itaque non certis quidem argumentis, sed tamen magna cum probabilitate *Dorchester* hodierna, praesertim cum muris cincta sit antiquis, Durnovaria antiqua esse creditur; praeterea etiam nomen eius hodiernum videtur convenire cum antiquo. Amphitheatrum, ut voluit, ibi detexit Stukeley (*of the Roman amphitheatre at Dorchester.* Lond. 1723 4.; cf. Goughs Camden 1 p. 68); atque reperiuntur circa eam praeter viarum tramites, de quibus dicemus suo loco, alia quoque vitae Romanae vestigia consolita (cf. W. Barnes *archaeol. journ.* 22, 1865 p. 277 ss. et C. W. Bingham ibid. p. 341 ss.; cf. ibid. 24, 1867 p. 161 ss.); neque procul distat *Frampton*, ubi inventum est pavimentum descriptum infra (n. 2), quod Daniel Lysons solita diligentia delineavit et edidit. Tituli vero praeter pavimenti eius nulli omnino ex regione Durotrigum prodierunt. De munimentis castrisve sive Romanis sive aevi recentioris (praesertim apud *Maiden Castle*) aliisque antiquitatibus eius regionis praeter Ricardum Gough inprimis consulendus est

1. Ioh. Hutchins (*the history and antiquities of the county of Dorset* cet. ed. I Lond. 1774 2 voll. fol., ed. II a Ricardo Gough curata ibid. 1796—1815 4 voll. fol.; ed. III vol. primum tantum vidi editum in Westminster, i. e. Lond. 1861 fol.).

2. Varia praeterea adnotata sunt in Archaeologia (17, 1814 p. 350. 18, 1817 p. 422. 23, 1831 p. 415. 25, 1834 p. 576), *archaeol. journ.* (2, 1846 p. 85. 4, 1848 p. 322) et apud C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 23.

3. Pleraque composuit, sed opera futili, C. Warne (*Dorsetshire, its*

vestiges, Celtic, Roman, Saxon and Danish cet. Lond. 1865 8. cum tab. geogr.; cf. *assoc. journ.* 17, 1861 p. 264).

Singularis inprimis videtur esse figura ingens (alta enim esse dicitur pedes CLXXX) hominis nudi clava armati insculpta rupi vivae collis prope *Cerne Abbas* oppidum siti, quem gigantem vocat vulgus (v. Goughs Camden 1 p. 68; Hutchins 2 p. 286; I. Sydenham Baal Durotrigensis; *a dissertation on the ancient colossale figure at Cerne, Dorset, and an attempt to illustrate the distinction between the primeval* Celtae *and the* Celto-Belgae *of Britain* cet. Lond. s. a. 8.). Eum me non vidisse doleo; potest enim re vera satis antiquus esse.

Belgae ex Gallia in Britanniam olim translati ea fere territoria occupabant, quae supra indicavi. Quorum quae ad *Wilts* comitatum hodiernum pertinent similiter atque Durotrigum reliquis vitae Romanae vestigiis, viis, villis rusticis, tumulis, paene abundant, titulos vero inscriptos nullos adhuc protulerunt praeter pavimenti tessellati in villae rusticae ad *Thruxton* detectae parietinis (n. 3), qui vicus in ipso confinio comitatuum *Wilts* et *Hants* situs est; unde titulum huc rettuli. Celeberrimum eius regionis monumentum circulus est ex lapidibus erectis et ingentibus constans, quem *Stonehenge* nominaverunt Saxones; neque vero attinet commemorare hoc loco quot scripta et quam mirabilia de opere illo sane mirabili publici iuris facta sint inde ab Inigonis Iones (1655), Gualt. Charleton (1663), Ioh. Webb (1665), Ioh. Wood (1747), Guilelmi Stukeley antiquarii (1740) aliorum libris, quorum quae hic hallucinatus est de Druidarum religione in circulo illo et in similibus permultis, veluti ad *Abury* (quem descripsit a. 1743), perspicua usque ad haec tempora repererunt qui aut imitarentur aut etiam superarent (cf. *gent. mag.* ser. II 32, 1849 p. 483 ss. 581 ss.; *quart. review* vol. 108 p. 200). Illud tantum moneo, fuisse quidem qui in *Stonehenge* circuli lapide uno litteras aliquot Latinas inscriptas esse sibi persuaderent (*archaeol. journ.* 19, 1862 p. 79 ss. et 79 ss.), sed opinionem eos fefellisse; nam constat nunc inter peritos litteras illas, si quae fuerunt omnino, esse recentissimas. Iuxta *Salisbury* hodiernam situs extat conspicuus oppidi veteris *Old Sarum* dictus, quod Sorviodunum vel Sorbiodunum antiquum itinerarii Antoniniani (p. 483, 4. 486, 13) fuisse perquam probabile est (cf. Goughs Camden 1 p. 129. 151 alii). Ceterum *Wiltshire* eiusque historia et antiquitates adeptae sunt scriptorem eius generis inter Anglos paene principem Ricardum Colt Hoare, dominum olim in *Stourhead*, ubi collectiones eius uberrimae librorum et picturarum servantur (v. *a description of the house and gardens at Stourhead, Wiltshire* cet. Salisbury 1800 12.; cf. etiam *archaeol. journ.* 20, 1863 p. 410; scriptor idem est catalogi bibliographici, cuius in praefatione p. 12 memini. Eius libri splendidi

The ancient history of South and North Wiltshire (Lond. 1812—1819 fol.) et *the modern history of South and North Wiltshire* (Lond. 1822—1843 6 voll. fol.; pars tantum eius operis descriptio oppidorum *Old* et *New Sarum* est, quam R. Benson et H. Hatcher sibi vindicare studuerunt, Lond. 1843 fol.)


continent quaecunque ad Romanorum in terris illis habitationes referri possunt. Qui postea studia eius topographica et historica persecutus est Thomas Phillips baro, is tempora potissimum Saxonum et posteriora respexit. Sita est praeterea in *Wiltshire* comitatu *Wiltonhouse* comitum *Pembroke* sedes magnifica, quae artis antiquae continet opera non pauca (cf. praeter descriptiones antiquiores varias C. T. Newton *notes on the sculptures at Wiltonhouse* in *archaeol. journ.* 1851 p. 248 ss. et A. Conze *archaeol. Anzeiger* 20, 1862 p. 173* ss.), sed externae ea originis omnia. Nuper in *Salisbury* conditum est museum patriarum antiquitatum publicum *the Blackmoore Museum* (cf. *archaeol. journ.* 20, 1863 p. 410 et *gent. mag.* 1866 vol. 2 p. 469 s.), quod adii; servatur ibi praeter res ad naturalem historiam referendas supellex antiqua varii generis in comitatu reperta, titulos vero inscriptos continet nullos. Inter varias antiquitates illic repertas eminet vas aereum ad *Rudge* prope *Froxfield* et *Marlborough* iuxta viam Romanam *Icknield-street* detectum et servatum hodie in *Alnwick* castello ducis Northumbriae; pro stipe videtur fonti alicui sacro, in quo iacebat, fuisse oblatum, similiter ac vasa in aquis Apollinaribus Etruriae reperta; inscriptum autem ei est, similiter atque illis, itinerarium per aliquot stationes valli Britannici. Id infra dabimus suo loco. De castris, villis rusticis, tumulis per totum comitatum dispersis videantur praeterea Vetusta monumenta 2, 1789 n. 30; *archaeol. journ.* 2, 1846 p. 86; *assoc. journ.* 15, 1859 p. 1. 151. 153; Archaeologia 38, 1860 p. 405 ss. 42, 1869 p. 161 ss.; *gent. mag.* vol. 9 1860 p. 157; denique *the Wiltshire archaeological and natural history magazine* (Devizes vol. I—VI 1854—1860 8.; plura equidem non vidi). Iuxta *Devizes* oppidum a. 1714 inventa sunt sigilla aenea Romana undeviginti, quae descripsit Guil. Musgrave in libello inscripto *Belgium Britannicum* (Iscae Dumn. 1719 8. p. 123 ss.).

Ipse *Salisbury, Old Sarum, Stonehenge, Wiltonhouse* adii, ad Durotriges vero non perveni.

2 *Frampton*, m. p. V a *Dorchester* (*parish of Maiden Newton*) iuxta viae Romanae ad *Eggardon camp* ducentis vestigia; ibi a. 1794 et 1795 parietinae villae rusticae splendidae detectae sunt, cuius cubicula principalia tria pavimentis tessellatis ornata erant. Duo eorum imagines tantum exhibent, velut capita deorum, animalia venationis cet.; alterum, quod in exedra semicirculari positum est, initiales Christi exhibet (loco in forma infra posita *a* littera designato) intra circulum,



tertium Neptuni caput habet (loco *e*) et a dextra ab hoc pedes pueri supra mutili (fortasse Cupidinis); accedunt locis *b c* et *d* dispositae particulae inscriptionis infra scriptae. Forma pavimentorum ha^{e}c est:



Tituli vero ita dispositi sunt, ut litterae in forma positae.

b NEPTVNI VERTEX REGMEN
SORTITI MOBILE VENTIS

c SCVLTVM CVI CERVLEAES///
DELFINIS CINCTA DVOB////

d NVS PERFICIS VLLVM
GNARE CVPIDO

In lateribus pavimenti oblongi, quae nullis litteris in forma signata sunt, nihil unquam scriptum est; patet igitur iuxta *d* tantum versiculos duos periisse. Litteras apparet esse aevi labentis.

Samuel Lysons reliquiae Britannico-Romanae I (3, 1801) tab. V p. 1 ss. (inde antequam publici iuris factum est, Goughs Camden 1 p. 67; deinde Th. Wright *the Celt* p. 204. 299; B. Poste Britannia antiqua p. 299; Bingham *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 186).

Versiculi bini videntur singulis dis destinati fuisse, Neptuno heptametri hi:

Neptuni vertex, regmen sortiti mobile ventis,
Scultu[ra] cui cerulea es[t] delfinis cincta duobus.

Ex Cupidinis duobus, qui aliter videntur dispositi fuisse, clausulae tantum supersunt

. . . . . [*mu*]*nus perficis ullum.*
. . . [*i*]*gnare Cupido.*

In priore Neptuni versu *vertex* vocabulum perperam additum metrum turbavit. *Regimen mobile ventis* videtur dictum esse poetice pro regimine ventorum mobilium. Alterius versiculi sententia obscura est, SCVLTVM facile potest male aut lectum esse aut intellectum pro SCVLTVRA; deinde supplendum est, ut Lysons perspexit, substantivum velut *barba*, ut sententia fuerit, cui in hac sculptura, i. e. in opere musivo (nam ita recte fortasse explicuit Lysons) barba caerulea duobus delphinis cincta est. Clausulae alterius distichi suppleri nequeunt; certum est ante *perficis* non posse *facinus* fuisse, ut voluit Lysons. Ceterum metrorum et scribendi rationis barbaries saeculo quarto exeunti fere videtur convenire.

3 *Thruxton*, inter *Ambresbury* et *Andover, Hants*; pavimentum tessellatum, in quo medio Bacchi caput depictum est, in angulis quattuor capita quattuor temporum anni; inscriptio litteris constans rubris nigrisque alternantibus in margine superiore integra est, in inferiore periit paene tota.

QVINTVS NATALVS NATALINVS ET BODENI
caput Bacchi
.....v^o

Ric. Colt Hoare et Iac. Ingram *gent. mag.* 93, 1823 pars II p. 230 (inde Férussac *bulletin* 1824, 1 p. 236); prior deinde iterum accuratius in Archaeologia 22, 1831 p. 50; alter in *memoirs illustrative of the history of Wiltshire and the city of Salisbury* in *proceedings of the archaeol. institute* 1849, *Salisbury* (Lond. 1851 8.) p. 241 ss. (inde Th. Wright *the Celt* p. 204).

V. 2 [*fecerunt ex*] *v*[*ot*]*o* vel similia suppleverunt editores Angli, iidemque Bodenos gentem indicare sibi persuaserunt. Magis probabile est privatos homines eos fuisse condicionis fortasse peregrinae et pluralem numerum significare patrem et filium aut fratres cognomines. Versus alterius supplementa prorsus incerta sunt.



III. CLAVSENTVM
(Bittern prope *Southampton).*

Hants comitatus, Belgarum olim maxima sane ex parte territorium, in universum non multo plura vitae Romanae vestigia servat, quam *Cornwall Devon Dorset Wilts.* Viae Romanae, quae Regnis Londinium ducebat (itin. Anton. p. 478), vestigia videntur superesse satis conspicua; quae secuti antiquarii Angli dudum satis certa ratione trium oppidorum viae illi adiacentium situs potuerunt definire, Clausenti, Ventae, Callevae. Atque Clausentum quidem (itin. Anton. p. 478, 1) ad *Bittern* vicum prope *Southampton* situm quaerendum est; repertae sunt ibi praeter titulum huius capitis unicum (n. 4) columnae miliariae Gordiani, Galli et Volusiani, Tetrici duae, Aureliani, quas infra dabimus. De Clausento commentati sunt praeter Horsleium p. 441, Ric. Gough (Goughs Camden 1 p. 166. 189), alios:

1. Ric. Warner (*an attempt to ascertain the situation of the ancient* Clausentum. Lond. 1792 4.). Is vero titulos refert nullos.

2. Henr. H. Englefield (*a walk through Southampton* cet., *to which is added some account of the Roman station at* Clausentum. Lond. 1801 4., ed. II ibid. 1805 8.) titulos item non refert.

3. C. R. Smith (Archaeologia 29, 1842 p. 257 ss. et collect. ant. 4, 1857 p. 57), qui cum de miliariis Tetrici ageret ibi repertis de situ quoque oppidi quaedam observavit accurate. Adde *assoc. journ.* 11, 1855 p. 325 ss. 12, 1856 p. 207.

Cum Ventae et Callevae titulos proposuerimus capitibus proximis, restat hoc loco de universi *Hants* comitatus antiquitatibus illud monendum agere de eis praeter Ric. Gough inprimis Ric. Warner (*collections for the history of Hampshire and the bishopric of Winchester.* Lond. 1780—1795 3 voll. 4.) et Henr. Moody (*antiquarian and topographical sketches of Hampshire.* Winchester 1846 et 1851 8. et in *notes and essays, archaeological, historical and topographical, relating ... to Hants and Wilts.* Winchester 1851 8.); quibus addenda sunt quae proferuntur a variis scriptoribus in Archaeologia (22, 1829 p. 49 ss.; 28, 1840 p. 441. 453; 31, 1846 p. 486. 35, 1853 p. 91 ss. et *proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 2 1863 p. 327). In *Andover* (ubi villae rusticae reliquiae detectae sunt ad *Abbots Ann*) museum antiquitatum ibi repertarum dicitur conditum esse (C. R. Smith *gent. mag.* 1866 vol. 2 p. 468). Ad *Stockbridge* prope viam Romanam inter Ventam Belgarum et Sorviodunum, quae ex regione mediterranea ad mare ducebat aut Durnovariam versus aut versus Clausentum, reperta est massa plumbi Neronis nomine signata et infra edenda, ut inde per mare aveheretur sine dubio huc delata.

Ad *Hampshire* etiam Vectis (*Wight*) insula pertinet; ibique item, praesertim ad *Newport* oppidum, aedificiorum parietinae, nummi, tesserae plumbeae (quas infra dabimus), variae omnino antiquitates effodiuntur (cf. Goughs Camden 1 p. 208; Car. Englefield *a description of the principal pittoresque beauties, antiquities and geological phenomena of the isle of Wight.* Lond. 1816 fol. p. 89 ss.; adde *assoc. journ.* 11, 1855 p. 177. 305. 12, 1856 p. 141. 159. 17, 1861 p. 332; *archaeol. journ.* 19, 1862 p. 168 ss. et *gent. mag.* 12, 1862 p. 24 ss.). Ipse vero nec *Southampton* adii nec insulam.

4 Rep. saeculo proximo ad *Bittern.*

DEAE
ANCA
STAE G
EMINV
5 SMANTI
VSLM
deae Ancastae Geminus Manti v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

C. R. Smith *archaeol. journ.* 2, 1846 p. 161 (I. Y. Akerman *archaeol. index* p. 79; Th. Wright *the Celt.* p. 294); E. Kell *assoc. journ.* 13, 1857 p. 207 ss.
3. 4 C|EMINV Kell. 5 MANTI Smith; scribendum fortasse *Manli.*

IV. VENTA BELGARVM
(Winchester).

Ventam (Ptolemaeus 2, 3, 28; itin. Anton. p. 483, 2. 486, 11; Ravenn. 5, 31 p. 426, 10) cum *Winchester* hodierna convenire certum est (cf. Goughs Camden 1 p. 167. 196; I. Milner *history of Winchester* ... 1798; *proceedings of the annual meeting of the archaeological institute at Winchester, Sept. 1845.* Lond. 1846 8.); sed praeter solita vitae Romanae vestigia et tegulas aliquot inscriptas (neque vero militares) e solo oppidi unica adhuc prodiit inscriptio, quam hic propono (n. 5). Servatur illa Londinii; unde locum ipsum adire supersedi.

5 *Winchester*, rep. 1854 et servata deinde apud Carolum Roach Smith; nunc Londinii in museo Britannico. Litterae sunt bonae saeculi fere secundi ineuntis.

MATRIB
ITAL///S · GER
MANIS
GAL · BRIT
ANTONIVS
CRETIANVS
F COS · REST

Matrib(us) Ital[i]s, Germanis, Gal(lis), Brit(annis) Antonius Cretianus [b(ene)]f(iciarius) co(n)s(ularis) rest(ituit)

Descripsi. F. I. Baigent *assoc. journ.* 11, 1855 p. 82; C. R. Smith collect. ant. 3, 272 et 4, 41 tab. 14.


V. 4 nihil deest, sed est lacuna in lapide.

V. CALLEVA

(Silchester).

Atrebatum fines quanquam videntur magis fuisse versus septentriones extensi quam Belgarum et Cantiorum, tamen hoc loco Callevam caput eorum posui (Ptolem. 2, 3, 25 Καλγούα; itin. Anton. p. 478, 3. 485, 7. 486, 7; Ravenn. 5, 31 p. 427, 17 *Caleba Arbatium*), quia, ut dixi capite praecedente, cum Venta Belgarum et Clausento via directa erat coniunctum. De situ autem non videtur dubitari posse; nam in mensuras itinerarii quadrant reliquiae ibi extantes conspicuae, notae illae inde a Lelandi et Camdeni temporibus, murorum, amphitheatri, aliorum aedificiorum, quae nuper in dies magis magisque coeptae sunt eruderari sumptu potissimum ducis de *Wellington* et cura I. G. Joyce, parochi in *Strathfieldsaye* (cf. I. Ward *philos. transact.* 45, 1748 p. 603 ss.; Goughs Camden 1 p. 204 cum tab. XIV; Archaeologia 27, 1838 p. 414 ss. cum tab. XXXII; *archaeol. journ.* 8, 1851 p. 227 ss. 22, 1865 p. 374; *proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1865/7 p. 134. 494; *gent. mag.* 18, 1865 p. 234; 19, 1866 p. 37; 20, 1866 p. 467 ss.). Tituli indidem provenerunt inde ex Camdeni et Cottonis tempore (n. 8); duos, qui memorabiles sunt (n. 6. 7), servaverunt Ward et Milles; accessit nuper quarti fragmentum (n. 9). Ex tribus autem illis antiquioribus duo aut perierunt aut latent; H. Maclauchlan certe (*archaeol. journ.* 8, 1851 p. 227 ss.) frustra eos indagavit. Tertius vero (n. 8) cum reliquis titulis a Cottone collectis ad *Connington* et deinde Cantabrigiam delatus est, ubi servatur. In ipso oppidi situ (in *Mr. Barton's Manor house*) antiquitates tantum minores aliquot servantur, quales continuo effodiuntur. Ipse locum non adii. Titulum in tegula scariphatum, item annulos christianos, qui huc pertinent, dabimus infra suis locis.

6 *Silchester*, tabula lapidea rep. a. 1744 *within the ancient market place*, et servata tum apud *I. Stair of Aldermaston* Ward. Aut periit aut latet. Litterae videntur fuisse optimae saeculi secundi ineuntis.



Deo Her[culi] Saegon[ti]? T. Tammon[ius] Saeni Tammon[i fil(ius)] Vitalis ob hono[rem seviratus?...

I. Ward *philos. transact.* 43, 1744 p. 201 tab. 2 fig. 9 et 45, 1748 p. 609 (inde Donat. 37, 1 cum supplementis Wardii ex parte ineptis; ex Don. Orell. 2013 cum adnot. Henzeni; e trans. phil. Goughs Camden 1 p. 204; de Wal mythol. septentr. praef. p. IX; Archaeologia 27, 1838 p. 417; Newton p. 118, 121 *a*; Beale Poste *brit. researches* p. 153; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 242; *assoc. journ.* 16, 1860 p. 93); I. Milles cod. mus. Brit. 15, 801 f. 8 ex lapide, sed discrimine a Wardii lectione nullo.

Ward ita legit *deo Herculi Segontiacorum* (de Segontio cogitans, de quo oppido dicemus infra) *T. Tammonius, Saenius Tammonius, Vitalis cornicularius* (foliolum scilicet hederaceum talia significare sibi persuasit) *honoris causa dedicarunt.* Supplementa quae proposui, si cognomen dei adhuc ignotum exceperis, certa sunt. Saenius Tammonius videtur fuisse homo peregrinus, cuius cognomen filius, civis fortasse Latinus, pro nomine assumpsit.

7 *Silchester*, rep. paullo prius quam praecedens (1732 gough, 1741 akerm.). Dicitur avecta esse Cantabrigiam in coll. Trinitatis (ward), ubi tamen non extat.

IVLIAE AVG
MATRI SE
NATVS ET
CASTROR
M SABINVS
VICTOR OB

Th. Hearne in Lelandi itin. ed. III vol. 6 p. 52 qui a. 1734 habuit ab I. Loveday; I. Milles cod. mus. Brit. 15801 f. 9 cuius exemplum ex lapide sine dubio exceptum et accuratum sequor; Goughs Camden 1 p. 205 ex exemplo ab I. Ward Britanniae Horsleianae suae adscripto, quod equidem non vidi (inde Archaeologia 27, 1838 p. 417; I. Y. Akerman *archaeol. index* p. 76; Beale Poste *brit. researches* p. 155; *assoc. journ.* 16, 1860 p. 93).

1. 2 IVLIAE AVG/VST · MAT · SE Hearne, Ward. 4 CASTRO Ward. 5 M' SABINVS Hearne, Ward. 6 VICTOR〉OB Hearne.

8 Ex *Selcester* (ex agro Vintoniensi Scal.) Londinum translata in hortis Cecilianis honorab. Dom. Guil. Cecilii baronis de Burghley cernitur camd. ed. I., posita in hortis Cottonianis Conningtoniae (grut. horsl.). A. 1750 pervenit Cantabrigiam in coll. Trinitatis, ubi extat. *At Bath* ponunt schedae cottonis errore.

MEMORIÆ
FL · VICTORI
NAE · T · TAM
VICTOR
CONIVNX
POSVIT

Contuli. Camden ed. I p. 135 (Scaliger cod. Lugd. CI et in syll. maiore p. 51; Goughs Camden 1 p. 172. 205); Cotton cod. mus. Brit. Iulius F. X f. 138 qui v. 4 et 5 coniungit; Musgrave Belgium Britannicum p. 44; Horsley p. 332 *Hamshire* 1 q. v.

Solve *T. Tam(monius) Victor* collata n. 6.

9 *Silchester*, rep. m. Maio a. 1868, tabula marmorea (*a thin slab of Purbeck*), quae creditur pertinuisse ad frontem tribunalis, in hemicyclio sito in fori latere septentrionali, ubi detectum est. Litterae sunt elegantes saeculi secundi, sed non magnae (altae 0, 03 m.).



Ectypum ab I. G. Joyce factum misit Eduardus Lee. Videtur fuisse titulus mere sepulcralis *Iu[niae]* alicuius *B[erenices ma]tris*, aut eiusmodi.

VI. REGNI

(Chichester).

Accedunt *Bignor*, *Dentworth*.

Πάλιν τοῖς μὲν Ἀτρεβατίοις καὶ τοῖς Καντίοις ὑπόκεινται Ῥῆγνοι καὶ πόλις Νοιόμαγος Ptolemaeus refert (2, 3, 28); *a Regno* (sic codices plerique, *a Regnum* Monacensis ex vetere Spirensi descriptus) *Londinio* itinerarium Antonini (p. 477, 10) viam designat m. p. XCVI, ut supra dixi (cap. III), per mansiones Clausentum, Ventam Belgarum, Callevam, Pontes; apud Ravennatem (5, 31) inter nominum insanabili barbarie corruptorum multitudinem huc aliquo modo quadrare certum est haec (p. 426, 8—14 P.) *Noviomagno, Onna, Venta Velgarom, Armis, Ardaoneon, Navimago, Regentium*; Peutingeriana vero ea iam Britanniae parte caret. Haec considerans sano omnino iudicio, uti solebat, usus Horsleius (p. 440) primus, quanquam non ignorabat itinerarii Antoniniani mensuras non omni ex parte convenire, in *Chichester* hodierno oppidum vetus collocavit, in quo via illa a Londinio directa terminabatur. Ad situm enim eius in universum aptum accedit ipsa oppidi forma quadrata, muri hodie quoque in Romanorum certe fundamentis collocati, item viae duae principales decumano et cardini respondentes, parietinae Romanae, pavimenta tessellata, aliae antiquitates (velut caput statuae, cf. Archaeologia 26, 1838 p. 466) in ipsius oppidi hodierni area repertae frequenter, denique tituli item ex eadem provenientes non multi quidem, sed ex parte sane memorabiles, quos hoc capite composui. In eo fortasse erravit vir prudentissimus, quod *Regnum* nomen fuisse credidit oppidi. Vix enim videtur credi posse vocabulo hoc Latino dictam fuisse aut civitatem olim barbaram aut praesidium Romanum; Ptolemaeo duce potius credemus Regnorum (vel Regnum) eam fuisse civitatem (unde ille gentis et civitatis nomina non distinxit), quod fortasse etiam Ravennatis forma quamvis corrupta *Regentium* indicat, in itinerario autem aut errore scriptum esse *a Regno Londinio* pro *a Regnis Londinio* aut obtinuisse formam hanc aevo posteriore. Celticam autem nominis originem tam gentis nomen quam oppidi cognominis in Raetia *Regni* memoria videntur indicare; ibidem redit Sorbiodunum alterum. Castrum olim militare fuisse oppidum forma ipsa, ut dixi, docet; tamen nec tituli proprie militares ibi inventi sunt, nec tegulae. Sed indicant tituli, qui paene omnes esse videntur aut saeculi primi aut secundi ineuntis, ea certe aetate oppidum fuisse non exiguum. Notandum praeterea eorum plurimos repertos esse iuxta eum situm, ubi in castris praetoria esse solebant, scilicet prope quadrivium, quod quattuor viae principales efficiunt.

Praeter Rogerium Gale, Horsleium, Stukeleium, Ricardum Gough (qui titulum n. 12 solus servavit) aut de *Sussex* comitatu aut de *Chichester* oppido consulendi erant:

1. Alex. Hay (*the history of Chichester, interspersed with various notes and observations on the early and present state of the city* cet. Chichester 1804 8.), qui tituli n. 11 solius meminit.

2. Iac. Dallaway (*a history of the western division of . . . Sussex.* Lond. 1815 2 voll. 4.), qui titulos paucos rettulit (n. 11. 14), sed plene et accurate egit de reliquis vitae Romanae vestigiis per totam regionem dispersis.

3. Iac. Rouse (*beauties and antiquities of . . . Sussex* cet. Lond. 1820 2 voll. 8., ed. II. ibid. 1827 8., qua utor), qui item duos tantum titulos exhibet (n. 11. 12).

4. Ric. Dally (*the Chichester guide* cet. Chichester 1831 8.). Insunt tituli quattuor (n. 10. 11. 12. 13), sed sumpti ex aliis libris.

5. Thom. Walker Horsfield (*the history, antiquities and topography of . . . Sussex.* Lewes 1835 2 voll. 4.) titulos item quattuor refert, quos modo dixi.

6. *Sussex archaeological collections, illustrating the history and antiquities of the county, published by the Sussex archaeological society.* Lond. 1848—1853 6 voll. 8. Titulorum inscriptorum praeter patellarum nihil inveni; sed insunt de antiquitatibus variis quaedam non inutilia (cf. *assoc. journ.* 3, 1848 p. 364 ss. et C. R. Smith collect. ant. 1, 1848 p. 92. 123).

7. *Report of the transactions of the archaeological institute . . ., Chichester Meeting* 1853; *catalogue of the temporary museum* cet. Lond. 1856 8.

Variis praeterea eius comitatus locis antiquitates Romanae prodierunt (cf. in universum Th. Wright *wanderings* p. 137 ss.), veluti in *Lewes* (de quo oppido commentati sunt T. W. Horsfield *the history and antiquities of Lewes and its vicinity.* Lewes 1824—27 2 voll. 4.; et M. A. Lower *a handbook to Lewes in Sussex.* Lond. 1845 8.; cf. *archaeol. journ.* 5, 1848 p. 323 et *assoc. journ.* 2, 1847 p. 127. 290. 292), in *Pevensey* (A. Hussey *on the city of Anderida or Andredesceaster* in *archaeol. journ.* 4, 1847 p. 203 ss. et 5, 1848 p. 229; cf. *archaeol. instit. Chichester meeting* p. 42), et alibi (v. Archaeologia 21, 1827 p. 546; 29, 1842 p. 372; 31, 1846 p. 312). Inprimis memorabilia sunt pavimenta tessellata splendida, quae pugnas gladiatorum alia exhibent, reperta annis 1811—1815 ad *Bignor* (n. 16) et edita a Samuele Lysons (reliquiae Romanae pars III; cf. Archaeologia 18, 1815 p. 203; adde 19, 1821 p. 176). Etiam *Winchelsea* oppidi maritimi muri et portae possunt esse originis Romanae (cf. W. D. Cooper *the history of the town of Winchelsea, one of the ancient towns added to the cinque ports.* Lond. 1850 8.). Ipse in *Chichester* fui a. 1867 ibique descripsi titulos qui supersunt.

Per totum *Surrey* comitatum tituli inventi sunt nulli (nam falsus est n. 1*), quanquam hic quoque reliqua vitae Romanae vestigia ab iis qui de eo commentati sunt non raro memorantur (cf. Goughs Camden 1 p. 249; Archaeologia 23, 1831 p. 398 ss. 32, 1847 p. 403. 450; *archaeol. journ.* 5, 1848 p. 325; *proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 1, 1861 p. 310).

10 *Chichester*, rep. a. 1823 *under the front-pavement of the house adjoining the little anchor inn, near the cross, North street* (Rouse). Oblata est duci de *Richmond* qui servat in *Goodwood* iuxta n. 11. Ara alta p. 3 dig. 6, lata p. 1 dig. 6; litterae sunt bonae saeculi fere primi exeuntis.

GENIO\S
LVCVLLVS
AMMINI·FIL·
D·(s)·P

Genio s(acrum). Lucullus Ammini fil(ius) d(e) [s(uo)] p(osuit)

Descripsi. Férussac *bulletin* 1824 I p. 113 nescio unde (inde Orell. 1680); Rouse *Sussex* ed. II p. 345; Horsfield *Sussex* 1 p. 43; King Archaeologia 26, 1838 p. 466.

3 amiani Férussac male. 4 in medio versu foramen est, in quo s littera periit. Hoc non observaverunt reliqui.

11 *Chichester*, tabula marmorea (*grey Sussex marble* GALE, *Purbeck* RECENTIORES) ansata, longa circiter ped. Anglicos 3 (6 Romanos GALE), alta ped. $1^1/_4$ ($2^1/_2$ Romanos), effossa m. Aprili a. 1722 *in digging a cellar under the corner-house of St. Martins lane, on the north side as it comes into North Street;* inter effodiendum in quattuor partes fracta est. Servabatur tum ibidem, *fixed in the wall under a window within the house where it was found* GALE, HORSL. Paulo post translata est ad ducis de *Richmond* praedium *Goodwood* prope *Chichester* situm; ubi cum figeretur in aedicula a duce qui tum erat ad eam recipiendam extructa et statuis Neptuni et Minervae ornata pone palatium, quae adhuc extat, magis etiam effracta est. Exposita autem est in aedicula illa aperta aeri et imbribus; unde muscus in lapidis superficie nascitur, qui scripturam in dies magis magisque destruit; quare ectypum sumere difficile est. Quam maxime igitur optandum, ut monumentum insigne summa cum cura inde avehatur et collocetur, ubi diu collocari debebat, in museo Britannico. Litterae sunt optimae et alte incisae, vv. 1. 2 altae sunt uncias tres, in reliquis plus duabus.

*n*EPTVNO · ET · MINERVAE
TEMPLVM
*pr*O · SALVTE · DO*mus* · DIVINAE
ex AVCTORITATE · *ti* · CLAVD
*co*GIDVBNI·R·Ė*GAti* AVG·N̄·BRIT·
*colle*GIVM·FABROR·*ET*·QVI·IN·EO
...D · S · D · DONANTE·AREAM·
*clem*ENTE · PVDENTINI·FIL·

[*N*]*eptuno et Minervae templum* [*pr*]*o salute do*[*mus*] *divinae* [*ex*] *auctoritate* [*Ti.*] *Claud*(*ii*) [*? Co*]*gidubni r*(*egis*)*?, lega*[*ti*] *Aug*(*usti*) *in Brit*(*annia*), [*colle*]*gium fabror*(*um*) *et qui in eo . . . . d*(*e*) *s*(*uo*) *d*(*ant*), *donante aream* [*Clem*]*ente Pudentini fil*(*io*)

Descripsi cum cura; ectypum autem sumere propter statum superficiei nequivi. R. Gale *philos. transact.* 32, 1723 p. 391 ss. et in tab. fig. 1 (idem in cod. mus. Brit. *add. ms.* 6357 f. 2); Stukeley itin. cur. p. 188 tab. 49, 3 (ex altero utro Mur. 55, 6 cui misit Bimardus; Saxe miss. 2 p. 212; Orell. 1338; Beale Poste *brit. researches* p. 386) qui una cum Galio descripsit; Horsley p. 332 *Sussex* I (inde Newton 1 p. 119, 124; Brailey et Britton *Surrey* 1 p. 7); Ioh. Parke delineavit a. 1731 misitque episcopo Bangorensi Londinium cod. mus. Brit. *add. ms.* 6210 f. 116; Goughs Camden 1 p. 277 tab. 15 fig. 1 '*from an engraving by the late Mr. Clarke of Chichester*' (quod servatur in cod. mus. Brit. *add. ms.* 6357 f. 1*b*); Hay *Chichester* p. 16; Dallaway *Chichester* p. 3 *from a drawing in the archives of the society of antiquaries in London*; Storer et Greig *antiquarian and topographical cabinet* 6, 1809; Rouse *Sussex* ed. II 1837 p. 342; Horsfield *Sussex* 1 p. 41.

Praeter meum septem exempla extant satis accurata Galii, Stukeleii, Horsleii, Parkii, Clarkii, Baileii, Dallawaei, quorum minutae in vv. 5 et 7 potissimum differentiae enotandae sunt. Contra Storeri et Rousii exempla neglegenter facta sprevi. Gough solus meminit exempli ab Eduardo Bailey sumpti (in Thomae Hearnii praef. ad Adamum de Domerham p. XXXVII ss.).

2 P et L litterae iam paene collapsae sunt. 3 In lacunam duae vel tres litterae, non plures, quadrant; fuit fortasse scriptum DOMVS. 4 AVCTORTA~ Parke, AVCTORITA reliqui. 5 in. G litteram paene integram viderunt reliqui omnes, ego vix apicem eius superiorem dignoscere potui. Deinde

Gale: R·ĖG ·AVG N·BRIT·
Stuk.: R·ĖGATiNG·N̄·BRIT·
Horsl.: R·ĖGA AVG·N̄·BRiT·
Parke: R·Lc \GN̄·BRIT·
Clarke: R · ĖGATAVGN̄ BRIT·
Bailey: RLC . . \GN̄ BRIT
Dallaw.: R·IC GN̄·BRIT
ego: R·L[ill] /G·N̄·BRiT

Apposui singulas descriptorum lectiones, ut appareret eas paene omnino non differre.

De R littera inprimis dubitatio nulla est, nam in re praesenti vidi nec de ꝛ nec de ꝛ̄ nexu posse cogitari; unde quae Henzenus in notis ad Orellium proposuit supplementa *tr*(*ibunus*) *leg*(*ionis* [*II*] *Aug*(*ustae*) *in Brit*(*annia*) quamvis per se satis probabilia corruunt. In lapide potest fuisse ĖGAṪ·AVG· 6 ET ⌣VI·IN·EO Gale, ET·QVI·IN·EO Stuk., ᴲ QVI·IN EO Horsl., Ei QVI·IN·EO Parke, E··QVI IN EO Bail. Dall., E//////I·IN·EO ego. In lapide fuit fortasse ᴱ·QVI· 7 ᵀ ᑕD·S·D Gale, S·P·P·S·D·S·D Stuk., ᑕ·D·S·D Horsl. (qui in. apicem S tantum litterae superesse adnotat) Dall., G·D·S·D Parke, S·D·S·D Clarke, ·D·S·D ego. Itaque apex litterae primae olim utrum S an G vel C fuerit dubium est.

Quod collegium fabrorum Regnense una cum iis, qui in id collegium cum sodalibus convenire solebant, quanquam non erant sodales optimo iure (nam talia fere puto indicata fuisse v. 7 in.; supplementa vero certa nondum repperi, nam quae olim proposui secutus titulum Viennensem Or. 2642 *et qui in eo corpore s*(*unt*) spatium aliquantum excedunt) in loco paene maritimo maris deo et patronae artis fabrilis templum constituit pro salute domus imperatoriae ex auctoritate magistratus alicuius, quem in provincia militari militarem fuisse probabile est (ut fabrorum quoque collegium hoc fortasse mere militare erat) nihil habet quo offendamur. Singulares vero sunt tituli magistratus illius, quos vix puto aliter posse explicari quam explicuerunt editores Angli, quos secutus sum supra. Exeundum autem est omnino in iis explicandis a certa lectione; certae sunt tam R littera simplex quam AVG N̄ ligaturae neque ullo modo ante G aliam litteram fuisse sumi potest quam A descriptorum omnium consensu firmatam cuiusque vidi ipse partem posteriorem superstitem. Difficilius est iudicium de N̄ nexu. Ita enim eum exceperunt descriptores omnes fide digni praeter Galium qui N solam et Baileium qui N̄ legerunt; equidem N clare vidi, I illam superpositam non prorsus certam videri adnotavi, unde punctis tantum illam curavi exprimendam. Si autem re vera fuit in lapide, N̄ non puto aliud posse significare quam *in*, quanquam solet sane illud ita potius N̄ formari; ut a legibus litterarum ligandarum, quae alioquin stabiles sunt, quadratarium provincialem recessisse existimandum sit. Ita ᴱ nexus, non ᴲ, saepe *et* significat (veluti C. I. L. 2, 4514 v. 20; in hoc volumine n. 77 v. 7 et alias frequenter), non *te*. Comparari etiam potest quod Voltinia tribus in titulo Eburacensi n. 243 ita VOT indicatur, non VOT, quod aequo iure fieri potuit. Infra n. 23 MARINA Martinam significat, non Matrinam. Exempla illa non prorsus aequalia, sed similia sunt. Certissimum deinde etiam punctum est ante N̄ positum et a descriptoribus paene omnibus observatum. Meminerunt autem Angli docti, uti consentaneum est, Taciti in Agricolae cap. 14 haec dicentis: *consularium primus A. Plautius praepositus* (p. C. 43—47), *ac subinde Ostorius Scapula* (p. C. 48—51), *uterque bello egregius; redactaque paullatim in formam provinciae proxima pars Britanniae. Addita insuper veteranorum colonia* (Camulodunum ut videtur, v. infra cap. XII); *quaedam civitates Cogidumno* (ita cod. Γ, *Cogidunno* Δ) *regi donatae* (*is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit*), *vetere ac iam pridem recepta populi Romani consuetudine, ut haberet instrumenta servitutis et reges.* Consuetudinis eius exempla scriptori ante oculos obversabantur fortasse non solum reges Aegyptii et Asiani, quorum interpretes Agricolae solent meminisse, sed etiam Cottii regis regnum et Noricum (cf. C. I. L. 3 p. 588); ut enim regis illius filius

postea demum et ipse regis nomine ornatus est, ita similia potuerunt accidere in Britannia. Inter reges porro Britannos a Claudio subactos, ut ipse gloriatur in titulo arcus triumphalis (Orell. 715), etiam Cogidumnus ille praeter civitates sibi donatas potuit etiam regis nomen sibi concessum retinere (quod sane videntur indicare Taciti verba, quanquam non probant), ut idem nomen retinuerunt in nummis eiusdem fere aetatis in Britannia cusis Verica Commii (Atrebatum principis, cuius Caesar et Frontinus strat. 2, 13, 11 meminerunt) filius (cf. Evans *the coins of the ancient Britons* Lond. 1864 p. 170 tab. 2, 10. 12), Eppillus (Evans p. 195 tab. 4, 1), Cunobelinus (Evans p. 332 tab. 12, 5). Verum est v. 5 initium coniectura tantum suppleri posse et fuisse fortasse alia indigenarum nomina, quae convenirent, veluti Togidubnus. Tamen Cogidumnum Taciti in fine certe omnino non differre a . . *gidubno* tituli manifestum est. Domus divinae mentio, litterarum formae et nexus, puncta in fine versuum posita (vv. 5. 7. 8) aetati Vespasianae vel Domitianae plane conveniunt; neque obstat, nisi fallor, quod Henzenus ait, nihil traditum esse de regibus peregrinis legatorum nomine provinciis praepositis. Nam si rex ille dicitur *legatus Augusti in Britannia*, pro eo quod esse solet *legatus Augusti pro praetore provinciae*, ita indicari puto eum dignitatem tantum legati habuisse, non re fuisse legatum Augusti provinciae. Verum ut Donni regis Alpium Cottiarum filius ille M. Iulius Cottius in titulo arcus Segusini (Or. 626) praefectus erat civitatium eius regionis, ita Claudium maiore etiam quam Augustum liberalitate usum (ut solebat imperator ille modum excedere) aut ipsum Cogidubnum regem aut, quod magis credam, filium fortasse eius cognominem dignitate legati splendidiore ornasse (omissa fortasse consulto legionis alicuius mentione, cui ille non praeerat) a probabilitate minime abhorret. R littera singularis insolenter sane pro rege usurpata defenditur aliquo modo R·N litteris, quae sunt pro regno Norico in titulis Noricis C. I. L. 3, 4800. 4848. Cum v. 5 in. spatium aliquanto maius fuerit quam quod duae litterae explerent, excidere potuerunt praeterea TI·F. Puto me iis quae exposui viam certe indicasse, qua titulus explicari possit, neque vero ignoro dubitationes remanere graves in re tam singulari, quam fortasse referre licet ad Claudii imperatoris perversitates. V. 7 in. [*Pud*]*ente* supplent editores reliqui omnes; neque per se supplementum illud reiciendum est, quanquam maiore fortasse cum probabilitate credideris Pudentinum fuisse filium Pudentis secundum consuetudinem nomenclaturae in hominibus peregrinis observandam. Nequaquam autem nomen hoc Pudentis hallucinationibus eorum pro fundamento esse potest, qui Stukeleio suasore Pudentem hunc cum Pomponia Graecina A. Plautii inter antiquissimos christianae fidei in Britannia assertores rettulerunt neque diversum esse voluerunt a Pudente Romano, quem Paulus apostolus ad Tim. 2, 4, 21 memorat (Ioh. Williams *Claudia and Pudens, an attempt to show that Claudia, mentioned in St. Pauls epistles to Timothy, was a British princess* Lond. 1848 8.; cf. Archaeol. Cambrensis ser. nova 1, 1850 p. 79 s.; Beale Poste *brit. researches* p. 385 ss.; oblocutus est, sed modeste, Hallam Archaeologia 33, 1849 p. 323 ss.; item I. B. Lightfoot *journal of philology* 4, 1857 p. 73 ss.); de quibus dixi nov. mus. Rhen. 14, 1859 p. 358.

12 *Chichester*, reperta (post n. 11, ut videtur) *in a cellar in East street at the corner of St. Martins lane*, prope situm, ubi inventa est n. 11. Tabula marmorea (*of the same Sussex marble*) magna (mensurae non traduntur); litterae dicuntur fuisse prorsus similes earum, quas n. 11 exhibet (*the letters of the same cut and size, and very beautiful*). Videtur periisse; nemo sane postea vidit.

NERONI
CLAVDIO ✣ DIVI
CLAVDI·F·GERMANICI
CAESARIS NEPOTI ✣ TIB·
AVGVSTI · PRONEPOTI DIVI
AVG · ABNEP ✣ CAESARI · AVG
sic PM·PP·TR ✣ PIV·IMP·PIV·COS ✣ IV p. C. 58
M · A · L · S · C · V · M

Goughs Camden 1 p. 277 tab. 15 fig. 2 (inde Horsfield *Sussex* 1 p. 43; Beale Poste *brit. researches* p. 387; ego nov. mus. Rhen. 12, 1857 p. 355) cui misit delineatam Bowyer; idem adnotat missam esse a duce de Richmond ad Martinum Folkes eumque dedisse Wardio. Reliqui neglexerunt omnes.

6 Observa deesse Neroni cognomen Germanici. 7 In tribuniciae potestatis quartae annum (57/58) cadere quartam salutationem imperatoriam et fortasse etiam quintam sextamque iam constat iis, quae adnotaverunt Henzenus et Mommsenus Hermae vol. 2, 1867 p. 53 et 63. Erratum autem est hoc loco in consulatu, qui esse debuit tertius, non quartus; is enim in annum demum p. C. 60 incidit. 8 Indicantur fortasse nomina, velut *M. A(tilius) L(aetus), S. C(aelius) V(alens) m(agistri)*? Magistri fortasse erant aut collegii alicuius, veluti fabrorum, aut ipsius rei publicae, quod castrum potest fuisse aut vicus civium Romanorum; scio autem solutionem hanc esse incertam.

13 *Chichester*, rep. 1833 *at the South gate*; servatur in museo. Est lapis sine ornamentis longus p. 3 dig. 1, altus p. 2 dig. 9. Litterae sunt bonae saeculi primi exeuntis.

CCA · AELIA
CAVVA
FIL·AN·XXXVI

[*Bodi*]*cca Aelia, Cauva,* [*Laeti*] *fil(ia), an(norum) XXXVI*

Descripsi. King Archaeologia 26, 1838 p. 466 C. R. Smith *assoc. journ.* 2, 1847 p. 85.

1 CCA/ ELIA Smith. 2 CAVVAA King., \CATVA Smith. Initio versus nihil unquam scriptum erat; in fine supersunt lineae aliquot A litterae non dissimiles, sed videntur esse fortuitae. Nomina supplevi exempli causa; cum v. 3 initium vix videatur vacuum fuisse, non cogitaverim Aeliam Bodiccam, quae cognomen anteposuit, filiam fuisse hominis alicuius Cauva dicti, qui nomen suum Latine declinare noluit. Putavi potius gentis indicationem inesse, quanquam de Cauvorum populo nihil traditum est.

14 *Chichester*, rep. a. 1809 in parte murorum quae spectat ad meridiem et orientem.

d M
NVSAT
ARIVS
an. LXXXV

Dallaway *Sussex* p. 4 (inde Horsfield *Sussex* 1 p. 43; Allen *Surrey and Sussex* 1 p. 87). V. 3 videtur latere officii alicuius indicatio.

15 *Chichester*, rep. a. 1833 *at the South gate;* tabula est lapidea ansata (ansa sinistra, quae sola extat, formam peltae habet), longa p. 4 dig. 3, alta p. 2 dig. 9. Servatur in museo; litterae sunt similes atque n. 13.

CATIA
CENSoRIN*a*
AN·XXIII


Descripsi. King Archaeologia 26, 1838 p. 466; C. R. Smith *assoc. journ.* 2, 1847 p. 85.

16 Ad *Bignor* villae Romanae parietinae ad viam, quae a Regnis ducit versus *Pulborough*, detectae sunt a. 1815. Ex pavimentis tessellatis unum tantum inter puerorum, avium, piscium figuras varias hoc exhibet tituli scripti fragmentum

· T R ·

Lysons rel. Rom. 3 tab. 14.

17 Fragmenta varia rep. ad *Dentworth* (dioec. *Funlington*), servata in *Chichester* in museo. Indidem prodiit vas vitreum inscriptum infra edendum.



Descripsi.

VII. PORTVS LEMANAE

(Lymne).

Accedit *Newington.*

Intra Cantiorum (Ptolem. 2, 3, 27) fines et in regionibus a Londinio versus meridiem et occidentem sitis ex veterum testimoniis complura fuisse discimus oppida non infrequentia. Atque maritima certe erant oppida, si a Tamisae aestuario incipimus, Regulbium, saeculo quinto *sub dispositione viri spectabilis comitis litoris Saxonici* per Britanniam, statio tribuni cohortis I Baetasiorum (notit. dign. occ. c. 25 II p. 81* 6 Böck.), hodie *Reculver* (cf. I. Battely antiquitates Rutupinae Oxon. 1711 8. [ed. II ibid. 1745 4, ed. III Lond. 1774 8.]; Goughs Camden 1 p. 355; C. R. Smith *history and antiquities of Richborough, Reculver and Lymne in Kent.* Lond. 1850 4.; T. C. Bell in Archaeologia Aeliana 2, 1832 p. 369 ss.; Th. Wright *wanderings* p. 85 ss.; Th. Lewin Archaeologia 42, 1869 p. 421 ss.), deinde Rutupiae (ita Ptolemaeus 2, 3, 27; *Ritupis* itin. Anton. p. 463, 4. 473, 5, *ad portum Ritupium* p. 496, 4 ubi *Rutupium* codd. recentiores; *Rutupina litora* Lucanus 6, 67; *Rotupis* tab. Peuting.; *Rutupis* Ravenn. 5, 31 p. 428, 5; *Rutupiae* Ammian. 20, 1, 3. 27, 8, 6; *Rutupi* Oros. 1, 2; similiter Auson. parent. 7, 2. 18, 8, clar. urb. 7, 9) ostreis clarae (Iuvenal. 4, 141), ubi saeculo quinto praefectus legionis II Aug. degebat (notit. dign. occid. II p. 81*, 7 Böck.), cuius prope *Richborough* supersunt reliquiae; portus Dubris (*Dubrae*? itin. Anton. p. 473, 2; tab. Peuting.; Ravenn. 5, 31 p. 428, 3; notit. dign. occid. p. 81* 2), hodie *Dover*, statio militum Tungrecanorum notitiae tempore, denique portus Lemanae (eam enim puto formam nominativi esse quamvis nusquam traditam; *Lemanis* itin. Anton. p. 473, 10; *Lemavio* tab. Peuting.; Ravenn. 5, 31 p. 428, 2 et *Lemana* flumen ibid. p. 438, 19; *Lomannis* notit. dign. p. 81* 3; fortasse καινὸς λιμήν Ptolemaei 2, 3, 4), hodie *Lymne* (cf. quae de eius situ disputaverunt Th. Lewin *proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1865 p. 172 et W. H. Black ibid. p. 216 s.). Mediterranea autem oppida erant Durovernum (Ptolem. 2, 3, 27; itin. Anton. p. 472, 5. 473, 4. 9; *Duroaverus* tab. Peuting.; *Duroaverno Cantuariorum* Rav. 5, 31 p. 428, 4.) hodie *Canterbury*, atque ad viam inde Londinium sita Durolevum (itin. Anton. p. 472, 3; tab. Peuting.), de cuius collocatione adhuc lis est, Madus (tab. Peuting.) mansio fortasse ad fluvium *Medway*, Durobrivae (itin. Anton. p. 472, 3. 473, 3. 8; . . *rotibis*? tab. Peuting.; *Durobrabis* Rav. 5, 31 p. 428, 6) *Rochester* (aetate media *Roffa*), Vagniacae (itin. Anton. p. 472, 2) situs incerti. Horum vero omnium oppidorum cum reliquiae alius quidem generis supersint, servatae illae et explicatae magna cum cura a societate archaeologica Cantiana, cuius etiam museum extat in *Maidstone*, tituli tamen nulli adhuc reperti sunt uno excepto, quem hic proponimus (n. 18), ad portum Lemanis effosso cura Caroli Roach Smith, qui de totius Cantiae antiquitatibus in primis est meritus (cf. eius *collect. ant.* 1, 15. 110. 183; 2, 1; 4, 173. 214; 5, 185). Horsleius ex Cantia protomen tantum duplicem (fortasse Liberi et Liberae) novit (*Kent* 1). Praeterea vero hic collocandus erat titulus in urna fictili graphio inscriptus (n. 19), cum aperte sepulcralis sit ideoque certo loco tribuendus. Similis generis alterum infra proponemus in *North Elmham* comitatus *Norfolk* repertum. De Cantiae antiquitatibus Romanis qui praeter Smithium aut in universum commentati sunt, ut Guil. Somner (1693), Edw. Hasted (1778), I. A. Dunkin (1855), aut de singulorum oppidorum reliquiis dixerunt, ut Guil. Newton (1741), Sam. Denne (1772), I. Duncombe (1784), Guil. Boys (1792), W. S. Morris (1845), Guil. Holloway (1849), eorum opera quaere in indice auctorum. Adde quae exponuntur in Archaeologia (5, 1779 p. 325; 14, 1803 p. 27; 15, 1806 p. 392; 17, 1814 p. 176; 22, 1829 p. 336; 28, 1840 p. 443; 29, 1842 p. 217. 414. 421; 36, 1855 p. 120; *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1865 p. 218; *Gent. mag.* 30, 1848 p. 518 ss.; ser. nova 9, 1860 p. 141; 19, 1866 p. 38; *assoc. journ.* 1, 1845 p. 40 ss.; 4, 1849 p. 30 ss.).

18 *Lymne*, ara non magna rep. a. 1850 prope portam castri; nunc servata Londinii in museo Britannico.



..... [*Nep*]*tu*[*no*]? *aram* [*C.*] *Aufidiu*[*s*] *Pantera praefect*(*us*) *clas*(*sis*) *Brit*(*annicae*) ....

Descripsi. C. R. Smith *excavations at Lymne* (1852) p. 25 tab. VII (inde Wright *wanderings* p. 131). Neptuni nomen, quanquam per se aptum, tamen non satis certum est. Praenomen Aufidii v. 3 in. T visum est fuisse Smithio, C mihi. Sed descripsi titulum sine huius exemplo.

Cl(*assis*) *Br*(*itannicae*) tegulas frequenter repertas esse tam Lemanis quam Dubris infra suo loco patebit. [Aufidii Pantherae fortasse originem duxerunt a Cn. Aufidio tribuno plebis cuius lege permissum est pantheras Africanas in Italiam advehi (Plinius h. n. 8, 17, 64). TH. M.]

19 Ad *Newington* (*Crockfield*) prope *Sittingbourne*, inter urnas permultas ibi repertas una erat ita graphio inscripta litteris paene cursivis.

SEVERANVS · PATER · D·
OZA·IOVIIIIOV·FFLLIA

Severianus pater d(*at*) *ola*(*m*) *I*.... *filia*(*e*)?

Meric Casaubon *Marcus Aurelius Antoninus, the Roman emperor, his meditations concerning himselfe* cet. (Lond. 1634) p. 32 ss. (inde Burton *a commentary on Antoninus his itinerary* cet. [1658] p. 183 s.; Goughs Camden 1 p. CCVI tab. fig. 1—4 Hasted *Kent* 2 p. 562; C. R. Smith collect. ant. 5, p. 116), cui miserat Henr. Daring parochiae Newingtonensis vicarius.

IOM·V·FELLIX legebant editores Angli male et ab his verbis titulum incipere putabant; iidemque *oza* pro *ossa* positum volebant, perperam.

VIII. LONDINIVM

(London).

Londinium ... cognomento quidem coloniae non insigne, sed copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre Tacito teste (ann. 14, 33) iam tum erat, cum Suetonius Paulinus, Neronis in Britannia legatus, Corbulonis ille concertator, repentinam provinciae defectionem a. p. C. 61 ita supprimere aggressus est, ut Londinium Britannis diruendum permitteret et unius oppidi damno universa servaret (cf. Agric. 16; Dio 62, 7 ss.). Quod non mirandum, cum iam dictator Caesar ex omnibus Britannis, quorum regiones attigerat in secunda expeditione Britannica, eos qui Cantium incolant humanissimos esse pronuntiaverit (bell. Gall. 5, 14 cf. Diodorus 5, 21. 22 et Steph. Byz. p. 417, 17); quanquam margaritas in thorace Veneri Genetrici ab eo dicato adhibitas (Plinius h. n. 9 §. 116 cf. Suetonius Caes. 47) ex maritimis potius civitatibus eum exegisse putandum est. Post excidium oppidi, in quo, adiectis iis qui Verulamii perierunt, ad septuaginta milia civium et sociorum cecidisse constitit (Tacitus ann. l. s. s.), per longum temporis spatium nulla de eo testimonia; probabile vero est, tam Agricolae quam successorum eius prudentia et benivolentia adiutos cives paullatim antiquam prosperitatem recuperasse. Tegulae satis frequenter Londinii effossae, quae infra proponentur, inscriptae illae aut P·P·BR·LON aut P·PR·BR·LON aut PR·B·LON aut P·BR·LON, quanquam incertae adhuc interpretationis, illud tamen videntur docere publica quaedam vectigalia (fortasse portoria) Britanniae Londinii in statione exacta esse saeculo minimum secundo; nam huic tempori, vel etiam saeculo primo exeunti, litterarum formae conveniunt. Huc accedit servus provinciae memoratus in titulo (n. 28); item numen Caesaris et Genius provinciae ibi culti (n. 22). Etiam Hadriani imperatoris caput aereum Londinii effossum a. 1845 (C. R. Smith *assoc. journ.* 1, 1845 p. 286 cf. *Roman London* p. 65 tab. ante titulum) dignum est, quod hoc loco commemoretur. Unde verisimile fit Londinium iam tum provinciae Romanae quasi alterum caput fuisse praeter Eburacum (v. infra c. XXII), ut in aliis quoque provinciis non raro duo capita fuisse, civile alterum alterumque militare, supra in praefatione observatum est. Militare enim praesidium Londinii fuisse non satis probatur titulis legionariorum legionum II (n. 23. 24), VI (n. 25), XX (n. 25. 27) ibi repertis; tegulae autem proprie militares desiderantur. Apud Ptolemaeum (2, 3, 27) mensurae aliquot inde definiuntur (1, 15, 6 Λουνδίνιον 8, 3, 6); itineraria Antoniniana (nam in Peutingeriano pars Britanniae inde a Londinio deest) docent complures Londinium convenisse vias publicas, scilicet a Regnis (p. 477, 10), a portubus (p. 473, 1. 6), a Lindo (476, 7) et ulterius a vallo (p. 474, 1), ab Eburaco (p. 478, 6), a Venta Icenorum (p. 479, 10); cf. Ravennas 5, 31 p. 425, 14. 428, 7. 429, 12. Columna autem lapidea, quae utrum unquam omnino inscripta fuerit necne diiudicari nequit, *the London Stone* vulgo dicta, inserta illa parieti ecclesiae S. Swithini in *Cannonstreet* et ab antiquariis Londiniensibus (cf. A. Taylor Archaeologia 33, 1849 p. 101 ss.) olim pro miliario oppidi aureo habita fortasse ne pertinebat quidem ad vias Romanas. Inde a Constantini magni tempore frequentior apud scriptores Londinii memoria est; *oppidum Londiniense* per Constantium ab Allecti mercennariis liberatum memorat Eumenius (paneg. Constant. 17. 19); Restitutus episcopus Londiniensis cum episcopis Eburacensi et Lindensi interfuit concilio Arelatensi a. 314 (cf. Lappenbergi historia Britanniae 1 p. 45); Iulianus imperator Lupicinum magistrum militum ex Galliis *Lundinium* misit (Ammian. 20, 1, 2), ut inde procederet ad Scotos Pictosque coercendos; postea sub Valentiniano etiam Theodosius dux *ad Lundinium vetus oppidum, quod Augustam posteritas appellavit*, tendens (Ammian. 27, 8, 7 cf. 28, 3, 1 *Augusta, quam veteres appellavere Lundinium*; (cf. Ravenn. 5, 31 p. 429, 12 *Londinium Augusti*) inde profectus est ad gentium barbararum incursiones repellendas. Tamen notitia imperii ne quinto quidem saeculo militum ibi in praesidio collocatorum meminit. Monetam etiam Londinii cusam esse ea aetate notum est (Goughs Camden 2 p. 92); quo referri solet, quod massa argenti inscripta, quam infra edemus, reperta est ad arcum *Tower*.

De situ oppidi antiqui, qui quasi nucleus est et centrum urbis hodiernae immensae, dubitatio nulla est; quanquam cum ultra Tamesin sit, proprie non ad Cantiorum, sed ad Trinobantum potius territorium pertinet. Sed murorum partes integrae certo Romanae frequenter detectae sunt; pavimenta praeterea tessellata et omnino cuiusvis generis antiquitates tanta multitudine prodierunt, ut iustam earum collectionem nunc in museo Britannico servatam congerere potuerit Caroli Roach Smith praeclara diligentia.

1. Inde a Camdeni tempore (cf. Goughs Camden 2 p. 77 et 88 ss.) quaecunque huc pertinent diligenter observata sunt, veluti a Ioh. Woodward (1712), Guil. Maitland (1739), Thom. Pennant (1790), Ioh. Thom. Smith (1791), Iac. Peller Malcolm (1803 cf. n. 25 al.), Car. Knight (1841) aliis. De situ oppidi dedita opera post Arthurum Taylor, cuius iam memini (Archaeologia 33, 1849 p. 101 ss.) quaesiverunt Ioh. W. Archer (1851), Guil. Tite (Archaeologia 36, 1855 p. 203 ss., 39, 1863 p. 491 ss., 40, 1866 p. 50. 59 ss.), W. H. Black (1863), Alb. Way (*archaeol. journ.* 20, 1863 p. 177 ss.).

2. In primis autem de iis meritus est, ut dixi, C. R. Smith. Ex commentationibus eius potiores tantum in scriptis periodicis dispersas indico hoc loco breviter (Archaeologia 27, 1838 p. 140 ss., 28, 1840 p. 38 ss. 29, 1842 p. 145 ss. 267. 400., *assoc. journ.* 4, 1849 p. 38 ss., collect. ant. 1 p. 139 ss. 3, 45. 255, 4 append. 1 p. 61 ss.); libros integros ei rei impendit duos, alterum inscriptum *catalogue of the museum of London antiquities* (Lond. 1854 8.), alterum *illustrations of Roman London* (Lond. 1859 fol.; cf. *archäol. Zeitung* 1869 p. 69). Tamen ne eius quidem industria efficere potuit indefessa, ut tituli inscripti non multi, qui Londinii reperti sunt, servarentur omnes (perierunt enim aut certe latent n. 22. 25. 27. 32. 34. 35).

3. Quos Smith congesserat servat, ut dixi, museum Britannicum (n. 24. 26. 29. 30. 33), ubi eos descripsi adiutus Caroli T. Newton et Augusti W. Franks praefectorum eius musei liberalitate; duo servari dicuntur in *the Guildhall*, quos non vidi (n. 22. 28. 31; cf. *archaeol. journ.* 8, 1851 p. 115 ss.; *gent. mag.* 19, 1866 p. 675), unus (n. 21) in *the Goldsmiths Hall*, quem item non vidi; unus Oxonium pervenit (n. 23); unus denique servatur in collectione quadam privata (n. 20). Quae praeterea Londinii extant musea privata Ioh. Soane quondam architecti in *Lincolns Inn Fields* (cf. acta acad. Berol. minora a. 1868 p. 86) et societatis antiquariorum in *Somerset House* (cf. A. Way *catalogue of antiquities* cet. *in the possession of the society of antiquaries* Lond. 1847 8.), ea titulos quidem servant varios, sed Londinienses nullos.

Etiam in vicinia Londiniensi vestigia Romana non raro deteguntur (cf. Dan. Lysons *environs of London* 3 p. 391. 636 et scripta societatis archaeologicae *for London and Middlesex*, quorum vidi voll. 6 annorum 1856—1864); tituli vero inde adhuc prodierunt nulli.

Ne prorsus delitescat, addo hoc loco extra ordinem titulum Graecum unicum repertum Londinii, quanquam potest eo asportatus esse fortasse ex Italia.

Londinii rep. c. a. 1774 *among the rains of a house at Islington*; anaglyphum marmoreum(?) est, quod deinde parieti domus negotiatoris alicuius insertum esse fertur in *High Timber Street* prope *Labour-in-vain Hill*. Videtur periisse, sane frustra ibi quaesivit GOUGH.

retiarius
stans
d. tridentem,
s. scutum et
pugionem
tenens

ΞΕΝΙΑ ΜΑΡΤΙΑ
ΛΙ·ΙΤΩ ΑΝΔΡΙ
... νια Μαρτιά|λι[ς] Ἰτῷ (?) ἀνδρί

R. Gough Archaeologia 11, 1794 p. 48 ss. qui non vidit, sed imaginem delineatam emit *at the late Dr. Lots sale*.

Initio paucae litterae videntur deesse.

20 Londinii *near Walbrook* rep. c. a. 1855 (HUGO), in *Budgerow* (GENT. MAG.). Videtur fragmentum esse epistylii. Mensurae non indicantur. Servabatur penes Th. Hugo.

MATE
VICINIA ꝺ DESVO ꝺ RES

Matr[*ibus . . . . .*]| *vicinia de suo res*[*tituit . . . . .*]

Th. Hugo *proceed. of the soc. of antiq.* 4, 1856 p. 113; *gent. mag.* ser. nov. 3, 1857 p. 69.

1 MATR *gent. mag.*

Cf. *vicinia Caperensis* C. I. L. 2, 806 et quae ibi adnotantur. Ceterum anaglyphum matronarum trium sedentium titulo carens prodiit a. 1844 in *Hart Street, Crutched Friars* (cf. E. B. Price *assoc. journ.* 1, 1845 p. 249 cf. 9, 1854 p. 161 ss.; C. R. Smith collect. ant. 1 p. 136 tab. 47, *Roman London* p. 33.

21 Londinii, arula parva rep. a. 1830, cum fundamenta effodiebantur scholae aurifabrorum novae (*the new Goldsmith's Hall*), *Foster Lane, Cheapside.* Servari dicitur in *the Goldsmith's Hall.*

in latere laevo:	*in antica:*	*in latere dextro:*	*in postica:*
arbor	Ь O I i ꟻ F A ſX A V Λ I *tripes* *cuni-culus?* *urna*	*arbor*	*Diana d. sagittam ex pharetra sumens, s. arcum tenens, cum cane*

Ph. Hardwick Archaeologia 24, 1832 p. 350 tab. 105 (cf. 19, 1821 p. 145); W. Chaffers in epist. ad C. R. Smith collect. ant. 1, 1848 p. 130. 134 tab. 45; Archer *vestiges of old London* (Lond. 1851 8.) in tab. non numerata cum brevi descriptione, *Roman London* p. 48 tab. 2 fig. 4.

Litterarum vestigia clare deprehendi affirmat Archer; Hardwick in tabula E tantum litteram depingit; Chaffers litterarum omnino non meminit. Titulum quamvis omnino incertum tamen nolui prorsus omittere, quia qui denuo poterunt examinare fortasse melius legent.

22 Londinii rep. a. 1850 in *Nicholas Lane* prope *Cannonstreet.* Quanquam veri erat non dissimile alteram quoque tituli partem ibi prope latuisse, tamen nec architectum eius quod ibi construebatur aedificii nec magistratus urbanos eo adducere potuit SMITH, ut inquirendi facultatem concederent. Erat lapis magnus (BIRCH), altus p. 2 dig. 4, latus p. 3, crassus dig. 6 litteris optimis saeculi, ut videtur, primi exeuntis. Servabatur tum *in the Guildhall*, ad imam scalam qua ad bibliothecam ascenditur. A. 1859 vero inde remotam esse observavit SMITH; ex quo tempore latet.

NVMC
PROV
BRITA

Num(ini) C[*aes(aris) et Genio*]| *prov*[*inciae*] | *Brita*[*nniae . . . .*]?

C. R. Smith *gent. mag.* ser. II 34, 1850 p. 114, collect. ant. 3 p. 257, *Roman London* p. 29, 11 ligno incisam; Gerhard *archäol. Anzeiger* 1851 p. 5* a Samuele Birch acceptam.

1 NVMO *Birch.* *'The fourth letter in the first line appeared to me . . . more like a C (which I considered it to be), than it seems to be in the woodcut' Smith.*

23 Londinii rep. a. 1669 in fundamentis ecclesiae S. Martini prope portam Luddanam (vel Luddi i. e. *Ludgate*) per Christophorum Wren architectum; servatur Oxonii inter marmora Arundeliana; in museo Britannico ectypum gypseum est. Est cippus magnus sine ornamentis; litterae sunt rudes.

D · M
VIVIO · MARC
ANO . M · E.G · II
AVG · IANVARIA
5 MARINA · CNIVNX ·
PIENTISSIMA · POSV
IT · ME MORAM

miles tunicatus, paenula indutus, cum cingulo, d. pugio-nem (? aut baculum), s. volumen tenens

D. M. Vivio Marciano mil(iti) leg(ionis) II Aug(ustae) Ianuaria Martina coniunx pientissima posuit memoriam

Contuli. Chandler marm. Oxon. pars 3 tab. 2 fig. 10, Prideaux p. 280, 147, Maittaire p. 46, 140 (inde Gale itin. Anton. p. 68; Mur. 871, 1 'ex actis eruditorum Lips.'); Horsley p. 331 *Middlesex* 1 (inde Hoare Giraldus Cambr. p. 126. 132 1 tab. 3, 17); Goughs Camden 1 p. 92; *Antiquarian etching club* 4 tab. 40 male; C. R. Smith collect. ant. 1 p. 127, *Roman London* p. 22, 1.

1 om. Horsley. 3 MIL·EG·III Chandl. et similiter Gough, LEG · II (om. *mil.*) Prid., Maitt. (7·LEG·II Mur.), M·LEG Smith. Nexum litterarum solita diligentia observavit Horsl. In EG primum elementum constat ex L et E. 5 MARINA praeter Horsleium omnes.

24 Londinii rep. a. 1843 in *Playhouse Yard, Blackfriars*, iuxta *Apothecaries' Hall*; postea apud W. Chaffers, nunc in museo Britannico. Est pars superior mutila cippi magni, litteris bonis saeculi, ut opinor, primi, sed parvis et detritis.

d i s m a n i ꝺVS
-. *val* ĪR·L·F·G *al.* CELSV *s*
s PEC · LEG · *ii a* VG·AI≋
N · DARDANVS · CV
5 ≋ERIVS · PVDENS
≋PROBVS · SPeC·L *eg*

caput militis mutilum

[*Dis Mani*]*bus.* [*-. Val*]*er(ius) L. f. G*[*al.*] *Celsu*[*s s*]*pec(ulator) leg(ionis)* [*II A*]*ug(ustae). An*[*t|o*]*n(ius) Dardanus cu*[*r(ator?)*], |[*Val*]*erius Pudens*| [*Ter(entius)*] *Probus sp*[*e*]*c(ulatores) l*[*eg(ionis) eiusdem h(eredes) f(aciundum) c(urarunt)*|]

Descripsi. W. Chaffers (1843) in C. R. Smith collect. ant. 1, 1848 p. 125 C. R. Smith *archaeol. journ.* 1, ed. II 1846 p. 115 (inde citat, non adscripsit, Newton p. 111 adn. f.), *Roman London* p. 26, 7.

4 Primi elementi, quod N fuisse puto, vestigia solus vidi. GV Chaff., Smith. Quod si verum est, poterit cogitari de gubernatore legionis, de quo dixi ad titulum Eburacensem infra n. 238. Cogitavi de curatore aut monumenti aut collegii speculatorum. 5 . . BRIVS Chaff. 6 SR·C·L Chaff., SPOL Smith. Quae in fine supplevi exempli causa, ea potuerunt scripta esse litteris singularibus utrimque iuxta anaglyphum.

25 Londinii rep. a. 1787 *in the Tenter-Ground in Goodmans-Fields, near the Minories* (MALC., SMITH), lapis longus dig. 15, altus 12. Servatur in museo societatis antiquariorum; equidem ibi non vidi. Litterae videntur esse bonae saeculi secundi.

D · M
FL · AGRI©LA · MIL ·
LEG · VI · VICT · V · AN ·
XLII · D · X · ALBIA ·
FAVSTINA · ©NIV©
IN©NPARABILI ·
F · C

Malcolm Londinium redivivum 4 (1807) p. 450 (inde Britton *beauties* 10, 3 p. 123) cui dedit E. Robson; C. R. Smith collect. ant. 1 p. 141, *Roman London* p. 24, 4; A. Way *catal. of the collections of the soc. of antiq.* p. 10, qui de antiquitate subdubitat, iniuria.

---

26 Londinii rep. c. a. 1844 *at Pentonville (on the eastern side of Maiden-lane, Battle-bridge)*, fragmentum lapidis calcarei latum dig. 12; insertum erat ibi pavimento ante ianuam villae rusticae, sed ex urbe allatum esse affirmabant ei, qui repperit (PRICE). *Found near the presumed camp of Suetonius at Bransbury* ARCH. nescio unde. Servatur nunc in museo Britannico.

. . . . . .
. . . . *sat*
VRN*no mit.*
LEG·XX*v. v.*
G·AC*lius*
M*odestus*
heres fecit

Contuli. E. B. Price *gent. mag.* 18, 1842 p. 144; C. R. Smith collect. ant. 1, 1848 p. 139 tab. 48 A, *catalogue* p. 3, 8, *Roman London* p. 29, 10; Archer *vestiges of Roman London* (1851) n. 1.

3 in. punctum omiserunt Smith et Arch. Supplementa vv. 1—3 satis certa sunt.

---

27 Londinii rep. a. 1776 in *Church Lane, Whitechapel, towards Rosemary Lane* (GENT. MAG.). Servabatur a. 1784 *in the Old Bailey*; deinde periit.

D · M
IVL · VALIVS
MIL·LEg·XX·V·V
AN·XL·H·S·E
C·A · FLAVIO
ATTIO · HER

D(is) M(anibus). Iul(ius) Val[en]s, mil(es) le[g(ionis)] XX V(aleriae) v(ictricis), an(norum) XL, h(ic) s(itus) e(st). C(uram) a(gente) Flavio Attio her(ede)

T. H. W. et I. Langford *gent. mag.* 54, 1784 p. 485 et 672 tab. fig. 5 (inde R. Gough in schedis Oxon.; C. R. Smith collect. ant. 1 p. 135 tab. 46, 2, *Roman London* p. 23, 3 tab. 2, 2; Britton *beauties* 10, 3 p. 123; B. Poste *brit. researches* p. 341); Malcolm Lond. rediv. 4 p. 451.

2 VALIVS quod traditur in exemplo unico quod superest, fortasse corruptum est; potuit sane in lapide fuisse VALENS. 3 LEC traditur.

---

28 Londinii rep. a. 1806 *at Ludgate* pone *the London Coffee House*, una cum capite feminae ex lapide calcareo, fortasse Martinae. Est basis alta circiter ped. 4. Servari dicitur in museo municipali in *the Guildhall*.

D M
CL MARTI
NAE AN XIX
ANENCLE
TVS
PROVINC
CONIVGI
PIISSIME
H · S · E

Malcolm Lond. rediv. 4 p. 381; *Gent. mag.* 76, 1806 vol. 2 p. 792; C. R. Smith collect. ant. 1, 1848 p. 131 tab. 45 (inde S. Y. Akermann *arch. ind.* p. 71), *Roman London* p. 23, 2 tab. 2, 3; W. H. Black Archaeologia 41, 1867 p. 46 et *proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1867 p. 453.

4—6 lege *Anencletus provinc(iae)*, i. e. servus.

---

29 Londinii rep. a. 1852 *at Tower Hill*; cippus altus p. 6 dig. 4, latus p. 2 dig. 6. Servatur in museo Britannico, cui dedit eodem anno quo repertus est W. I. Hall. Titulum antiquiorem subesse ratus est Smith, ego nihil tale observavi. Apparet autem v. 5 alio tempore, sed non multo post, esse additum. Litterae sunt evanidae, saeculi fere secundi.

rosa
A · ALFID · POMP
OLVSSA · EXTES
TAMENTO · HER ·
POS·ANNOR·LXX
NA ATIENI
H · S · EST
sertum

A. Alfid(ius) Pomp(tina) Olussa. Ex testamento her(es) pos(uit). Annor(um) LXX [na(tus?) Atheni(s)?] h(ic) s(itus) e(st).

Descripsi. C. R. Smith *Roman London* p. 27, 8 tab. 3, 1.

2 O·IVSSA, 5 NA AELFNI Smith. Fortasse in lapide erat ATHENIs.

Tribus Pomptina solet quidem ita POM notari, sed cum heredis nomen non raro omittatur, Olussa cognomen defuncti barbarum esse credo.

V. 5 de navi aut navarcho vix cogitandum est; nationis vero nomen incertum, ALPINI in re praesenti conieci, sed non probavi. *Natus Athenis* coniecit Mommsen.

---

30 Londinii rep. a. 1852 *at Tower Hill* (ETCH. CL.), *behind Trinity House Square* (FRANKS). Servatur in museo Britannico. Litterae sunt grandes et optimae saeculi secundi ineuntis.

DIS
*m*ANIBVS
*-. f.*AB · ALPINI · CLASSICIANI

Contuli. *Antiquarian Etching Club* 4 tab. 47; A. W. Franks *archaeol. journ.* 9, 1853 p. 4; A. H. Burkitt *assoc. journ.* 8, 1853 p. 241; C. R. Smith *Roman London* p. 28, 9 tab. 3, 2.

Smith de Iulio Classiciano procuratore Neronis (Tacitus ann. 14, 38) ait cogitari posse non sine probabilitate: quod non eget refutatione. Cognomen duplex ad Domitiani Traianive tempora ducit.

---

31 Londinii rep. paucis ante a. 1848 annis in vetere urbis muro *near Finsbury Circus (Moorfields)*; servabatur a. 1859 in bibliotheca *in the Guildhall*. Litterae similes sunt tituli n. 25

D M
GRATA DAGO
BITI·FIL·AN XL
SOLINVS ©N
IVGI KAR F C

C. R. Smith *gent. mag.* 8, 1837 p. 361, *archaeol. journ.* 1, 1846 ed. II p. 115, collect. ant. 1 p. 134 tab. 46, 1, *Roman London* p. 26, 6 tab. 2, 1.

---

32 Londinii rep. a. 1777 in fundamentis, quae in arce *Tower* fiebant *for the Ordnance office*. Lapis utrimque integer est, altus p. 2 dig. 8, latus p. 2 dig. 4. Videtur periisse.

DIS
MANB
T·LICINI
ASCAN
VS·F

Dis Manib(us) T(erentii) Licini Ascanius f(ecit)?

Ier. Milles Archaeologia 5, 1779 p. 304; T. P. *gent. mag.* 55, 1785 p. 332 tab. fig. 2 (p. 512 perperam adnotatur titulum hunc falsum esse; est hoc potius referendum ad n. 1* *gent. mag.* 54, 1784 p. 403 cf. 55, 1786 p. 680); C. R. Smith collect. ant. 1 p. 140, *Roman London* p. 25, 5.

---

33 Londinii rep. a. 1869 *in the churchyard of Westminster Abbey*, ab ipsa ecclesia versus septentriones. Sarcophagus lapideus est, longus ped. 7, altus ped. 2 dig. $4^1/_2$; coperculum saec. XII, ut videtur, cruce insculpta insignitum est, ut canonici puto alicuius sepultura fieret. Litterae sunt optimae saeculi puto secundi. Destinatus est museo Britannico.

MEMORIAE · VALER · AMAN
DINI · VALERI · SVPERVEN
TOR · ET · MARCELLVS · PATRI · F©ER

Imaginem photographicam miserunt Aug. Franks et Alb. Way; unde descripsi. *Archaeol. journ.* 27, 1870 p. 103; *assoc. journ.* 26, 1870 p. 76.


1 VALER potest in lapide fuisse; excidit enim lapidis particula iuxta R litterae apicem.

Eiusdem generis, sed aetatis fortasse aliquanto inferioris, sarcophagus repertus est a. 1853 in *Haydon Square, Minories* (cf. C. R. Smith *archaeol. journ.* 11, 1854 p. 25, collect. ant. 3 p. 45 tab. 13, *Roman London* p. 45 tab. 4). Servatur ille nunc in museo Britannico.

34 Fragmenta varia rep. Londinii

a a. 1846 rep. *in Cloak Lane*; fragmentum tituli sepulcralis marmorei (*Purbeck marble*). *b c from London wall; d from the Thames.* Servantur in museo Britannico omnia.

a *b* *c* *d*



Descripsi omnia. Editum est *a* tantum ab E. B. Price *assoc. journ.* 2, 1847 p. 351 et C. R. Smith collect. ant. 1 p. 139 tab. 48 A.

35 Londinii rep. a. 1852 una cum n. 30 *at Towerhill, in the buttress of London Wall* in fragmento tectorii albi; litterae pictae erant colore rubro. Videtur periisse.

S V P

C. Roach Smith *Roman London* p. 28 ad n. 9.

IX. AQVAE SVLIS

(Bath).

Accedunt *Camerton, Chessels, Combe Down, Pitney.*

Postquam regiones meridionales recensuimus ab occidente versus orientem procedentes, redeundum esse visum est primum ad partes orientales superioris Britanniae, ut deinde ulterius progrediamur versus septentriones.

Atque in Belgarum quidem territorio ὕδατα Θερμά ponit Ptolemaeus (2, 3, 28); similiter *Aquis* mansionem simpliciter nominat Ravennas (5, 31 p. 430, 5). In itinerario autem Antoniniano in itinere ab Isca Silurum (infra cap. XIII) Callevam (supra c. V) ab hac m. p. LXV (mansiones autem intermediae incertae sunt) ponitur *Aquis Sulis* mansio (p. 486, 3). Ibi enim quanquam melioris notae libri scripti *Solis* habent, illud tamen servatum est a codicis Vindobonensis (*L* Partheii) manu altera, item a Remensi (*J*) et Vaticano (*N*). Hanc veram esse lectionem ex titulis deae Sulis Minervae ibi cultae (n. 39—44. 53) diu est quod inter Anglos proposuit Sam. Lysons (reliq. Brit. Rom. I 1813 p. 9 adn. *c*); quem ipse secutus sum (in novo mus. Rhen. 14, 1859 p. 349). Sed neglexit veritatem is quoque qui nuperrime urbis monumenta composuit. De thermis huic deae sacris habemus praeterea testimonium memorabile Solini (c. 21 p. 115, 1 M.), ignoto ex fonte desumptum; narrat ille in Britannia praeter magna et multa flumina esse etiam *fontes calidos opiparo excultos apparatu ad usus mortalium; quibus fontibus praesul est* (*praesule est* cod. Sangallensis) *Minervae numen, in cuius aede perpetui ignes nunquam canescunt in favillas, sed ubi ignis tabuit vertit in globos saxeos.* De qua aquarum indole quid statuendum sit hic non quaerimus; neque vero tacebimus leni transpositione verba tradita ita scribi posse *quibus fontibus praeest Sul(is) Minervae numen.* Qua in re nihil refert utrum Solini librarios peccasse statueris an ipsum Solinum deae ignotae nomen, quod apud auctorem legerat quem sequitur, non recte intellexisse. Alia vero de oppido thermisve testimonia non extant. Nam quod Angli huc rettulerunt Stephani (p. 155, 12 Mein.) de Βάδιζα urbe ignota τῆς Βρεττανίας, ut libri scripti habent, alienum est; agitur enim apud Polybium, unde Stephanus hausit, de oppido τῆς Βρεττίας (13, 10, 4 cf. Liv. 30, 19, 10) neque omnino cum eo componi potest Germanicum balneorum nomen *Bath.* Omnis vero regio illa vestigiis vitae Romanae abundat; ut appareat loca etiam hodie amoenitate coeli non minus quam aquarum salubritate clara inde ab initiis dominationis Romanae praecipue culta esse. Ad deae Sulis aliorumve numinum, ex parte peregrinorum (ut n. 36. 37) cultum pertinent tituli plerique; templi eius a sacerdotibus (cf. n. 53) instaurati et thermarum reliquiae conspicuae detectae sunt saeculo proximo exeunte (n. 38. 39; cf. Goughs Camden I p. 114 tab. 6 et Archaeologia 10, 1792 p. 325 ss. 36, 1855 p. 187 ss.; praeterea T. I. Pettigrew *assoc. journ.* 12, 1856 p. 291 ss. et I. H. Markland ibid. 13, 1857 p. 81 ss.); sed aliorum etiam templorum reliquiae servatae sunt. Neque desunt artis opera non spernendi laboris, velut caput aereum (repertum a. 1725 *in Stall Street*) Apollinis ut putabat Horsley (p. 327 *Somersetsh.* 6); sed feminae potius est atque facile esse potest ipsius deae Sulis. Contra protome illa feminae (Horsley p. 829 *Somersetsh.* 11), quam Musgravius (Belg. Brit. 1 p. 112) Andromachen nuncupaverat, imago est feminae Romanae aevi Domitiani; capillamentum enim gerit noto Iuliae Titi filiae simile. Milites ex universa provincia huc convenisse valetudinis recuperandae causa consentaneum est; unde non mirabimur titulos aut votivos aut sepulcrales hic repertos esse legionariorum legionis II adiutricis (n. 48), II Augustae (n. 42), VI victricis (n. 36. 40. 41), XX Valeriae victricis (n. 49. 50. 51), item equitis Hispani in ala Vettoniana militantis (n. 52; cuius generis videntur extitisse olim plura); ut in museo praeterea alia etiam anaglypha servantur militum variorum, quorum tituli perierunt. Stativa autem nulla ibi fuisse ex tegularum militarium absentia iure concluditur; fuerunt vero castra non procul inde ad *Combe Down* (cf. n. 62. 63). Sed neque vitae municipalis vestigia in titulis reperiuntur; decurio coloniae vicinae ibi defunctus (n. 54) item balneorum causa huc venisse potest, ut fortasse etiam femina ex civitate Mediomatricum (n. 55) itemque civis Trever (n. 37). Tituli autem omnes hic reperti, etiam sepulcrales simplices, exceptis solis militaribus ad *Combe Down* detectis (n. 62. 63), qui saeculi tertii sunt, ad ipsum saeculum primum vel ad initia secundi videntur pertinere; tamen cave inde concludas frequentiam thermarum postea decrevisse. Solidiora enim et grandiora esse solent saeculorum priorum monumenta, unde ad fundamenta aedificiorum aetate postera extructorum aut ad muros magis idonea visa sunt.

1. Reliquiarum Romanarum in *Bath* servatarum iam Lelandus meminit, titulum integrum vero exscripsit nullum (cf. n. 78).

2. Camdenus in tertia editione (a. 1590) duos tantum novit (n. 48. 50); in quinta (a. 1600) tres alii accesserunt (n. 54. 56. 58).

3. Fere eosdem Thomas Guidott medicus attulit, cum de thermis scriberet c. a. 1660 (cf. n. 59).

4. A. 1708 repertum (n. 49) iam notis addidit Musgravius, de quo permulti deinde, neque vero docte, scripserunt.

5. Similiter a. 1748 Stukeleius commentatus est de titulo item militari tum reperto (n. 52).

6. Repetivit eos omnes accurate, ut solebat, Horsleius (n. 72. 73. 74. 78. 80. 82); quibus repertos annis 1752 et 1753 addidit Ward (n. 38. 39. 45).

7. Sed saeculo proximo exeunte demum, dum nova et splendidiora thermarum aedificia extruuntur, prodierunt tituli plurimi et optimi; eorum aliquot descripsit, sed imperfecte Carolus Englefield (n. 38. 39. 40. 41).

8. Omnes una cum reliquis, qui tum extabant, solita diligentia depinxit Samuel Lysons (n. 36. 43. 45. 46. 49 51. 53. 55).

9. Accesserunt postea pauci, reperti annis 1825 et 1828 et editi ab Ios. Hunter (n. 47. 57); nuperrime fragmenta tantum perpauca detecta sunt (n. 44. 60).

E scriptoribus rerum patriarum consulendi erant Ioh. Collinson (*the history and antiquity of the county of Somerset.* Bath 1791 3 voll. 4.) et W. Phelps (*the history and antiquities of Somersetshire.* Lond. 1836 2 voll. 4.); quibus novi nihil debetur. De Aquarum ipsarum antiquitatibus praeter Thomam Guidott, quem dixi, scripserunt Thomas Pownall (1795, cf. n. 63), Ricardus Warner libellis variis, quos composui in indice auctorum (adhibui potissimum *the history of Bath.* Lond. 1801 8.), nuper H. M. Scarth parochus tam in scriptis societatis archaeologicae comitatus Somersetensis (quorum vidi voll. 12 annorum 1851 ad 1865), quam in voluminibus quibusdam actorum *of the archaeological association*, deinde etiam in libro peculiari (Aquae Solis

or notices of Roman Bath, with 52 illustrations. Lond. 1864 4.). In museo societatis litterariae (*the Bath Royal Literary and Scientific Institution*) servantur antiquitatum ibi repertarum pleraeque (perierunt tituli septem n. 37, 48. 50. 54. 56. 58. 59); titulos ibi descripsi Scarthiusque amicus quae postea prodibunt mecum se communicaturum promisit.

Addidi in fine locorum *Somersetshire* comitatus variorum titulos sparsos (sed *Walcot* Aquarum suburbium cum his non coniunxi, cf. Goughs Camden p. 115) repertos ad *Chessels* (n. 65), in quo numinis peregrini mentio fit (ibi prope etiam villarum rusticarum pavimenta diversa detecta sunt, cf. Collinson 2 p. 340; C. R. Smith collect. antiq. 2 p. 51 ss.), militares ad *Combe Down* et *Camerton* repertos (n. 62. 63), qui Scarthio debentur; denique fragmenta inter villae rusticae parietinas reperta (n. 64), quae Ricardus Colt Hoare, de quo dixi cap. II, descripsit et splendide edidit. Villarum rusticarum vestigia non minus conspicua detecta sunt ad *Stunsfield* (Th. Hearne itin. Leland. ed. III vol. 8 p. IX ss.), *Wellow* (cf. Th. Gale it. Ant. p. 88 et Vetusta monumenta 1, 1747 n. 34; Goughs Camden 1 p. 111. 118 ubi adduntur alia; *archaeol. journ.* 4, 1847 p. 355 ss.), *Kings Weston* (*archaeol. journ.* 2, 1846 p. 209), *Cold Harbour Farm* (*proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1867 p. 457). Sed neque ibi neque in reliquis eius regionis urbibus, veluti in *Bristol* (cf. Goughs Camden 1 p. 122 et Sam. Seyer (*memoirs . . of Bristol.* Bristol 1821/3 2 voll. 4. 1 p. 153), *Bridgewater, Portway* praeter rudera varia, nummos, similia quidquam prodiit, quod hic referamus.

Errore a scriptoribus Aquensibus huic loco tribuitur titulus a Listero editus a. 1683 infra n. 211; item a Guil. Phelps (*Somersetsh.* 2, 2 p. 179) ad Uxellodunum in Cumbria pertinens (infra n. 498).

36 *Bath,* rep. a. 1754 *in the upper part of Stall Street.* Servatur in museo. Litterae sunt optimae saeculi primi.

PEREGRINVS
SECVNDI FIL
CIVIS · TREVER
LOVCETIO
MARTI · ET
NEMETONA
V · S · L · M

Peregrinus Secundi fil(ius) civis Trever Loucetio Marti et Nemetona v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Descripsi. I. Ward *philos. transact.* 49, 1755, p. 285 tab. 8 fig. 1 (inde Collinson 1 p. 13 tab.; Warner p. 29 tab. 5; Goughs Camden 1 p. 118 tab. 8 fig. 10; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243; e Camdeno Henzen 5898); Lysons tab. 11 fig. 2; Scarth *assoc. journ.* 17, 1861 p. 9 ss., Aq. Sol. p. 42.

4 IOV · CETIO *Iovi Cetio* Ward indeque reliqui (Scarth excepto) legerun male. Mars Loucetius satis notus est; Nemetona Nemetum dea redit in titulo Altae ripae in Germania superiore reperto Henzen 5904 (Brambach 1790). Dativus in *a* barbarus redit infra n. 46.

37 *Bath* rep. a. 1754 una cum praecedente; servatur in museo. Ara litteris saeculi secundi.

SVLEVIS
SVLINVS
SCVLTOR
BRVCETI · F ·
SACRVM · F · L · M

Sulevis Sulinus scultor, Bruceti f(ilius), sacrum f(ecit) l(ibens) m(erito)

Descripsi. I. Ward *philos. transact.* 49, 1755 p. 285 tab. 8 fig. 2 (inde Collinson 1 p. 13 tab.; Warner p. 32. 122 tab. 6; Goughs Camden 2 p. 118 tab. 8 fig. 11; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 239); Lysons tab. 11 fig. 3; Scarth *assoc. journ.* 17, 1861 p. 9 ss. Aq. Sol. p. 52.

Sulinus Bruceti filius scul(p)tor (non enim cogitandum de cognomine Scultoris cum Wardio) a dea Suli nomen videtur accepisse. Cf. n. 43. Sulevae aliunde notae sunt, ut observavit Ward, qui titulum apud Fabrettium p. 690, 111 et Sponium misc. p. 107 contulit.

38. 39 In *Bath* a. 1790 *in Stall Street* detectae sunt reliquiae templi operis tectonici optimi, quae servantur in museo. Litterae sunt optimae et alte incisae saeculi puto secundi; fragmenta *a* et *b* parum diversa sunt a reliquis, ita ut non ad eiusdem epistylii titulum pertinere videantur; sed eiusdem aedificii esse probabile est propter similitudinem operis tectonici.

38 *a*

caput pilae in modum columnae poricae striatum | D V

b

V M

39 *c*

caput pilae aequale atque ad a servatae

C · PROACIV *s libo ti* cI.ADIVS · LIGVR *sacer(dotes) restituto c* OLEGIO · LONGA · SERIA *annorum abolito aedem*
DE AE·SVLIS M *i n e r v* AE·NMA·VETVST *ate conlapsam s(ua) pec* VNA·ÆFICI·T·ERPINGI·CVR *arunt idemque probarunt*

C. Protaciu[s Libo Ti. C]laudius Ligur [sacer(dotes) restituto c]olegio longa seria [annorum abolito aedem] deae Sulis M[inerv]ae nimia vetust[ate conlapsam sua pec]unia refici et repingi cur[arunt idemque probarunt]

Contuli et supplevi. Collinson 1 p. 8 (inde Goughs Camden 1 p. 116) *c* et *d*; C. Englefield Archaeologia 10, 1792 p. 325. 330 *d* ex parte et *a* tantum exhibet; Pownall p. 11. 24 (inde *a* Gough in schedis Oxon.); Warner p. 29. 122. tab. 6. 7 *d* et *e*; Lysons rel. Brit. Rom. I p. I tab. 6 fig. 6 p. II tab. 2 et tab. 4 fig. 2 *b c d e* optime ut solet (inde Millin *ann. encycl.* 5, 1818 p. 149; ex Millino Orell. 2052 cum adnotatione Henzeni 3 p. 169) Carter *ancient architecture* p. 8 tab. 7 fig. *O* et *Q b—e* male; Scarth Aq. Sol. p. 19 ss.

Apparet supplementa quae proposui ex parte incerta esse; certum autem est v. 1 .. *audius* solvendum esse, non .. *adius*, unde magis de duobus sacerdotibus cogitandum, quam de uno C. Protacio fortasse Palladio Ligure. Quae deinde sequuntur restitui ad exemplum a Mommseno propositum, nam quanquam etiam cogitari potest de supplementis talibus *pro colegio longa seria annorum . . . aedem . . . nimia vetustate conlapsam*, tamen ablativi duplices et verborum collocatio insolens non facile defendentur. Observa *colegio* et *seria* formas, quarum haec nondum videtur observata esse inter permulta eius generis exempla, illa infra redit n. 49.

40. 41 *Bath*, arae duae rep. a. 1790 *on the site of the pump room* et servatae in museo.

40 *a*

DEAE SVLI
PRO · SALVTE · ET
INCOLVMITA
TE · MAR · AVFIDII
MAXIMI · ϒ · LEG
VI · VIC
AVFIDIVS · EV
TVCHES · LIB ·
V · S · L · M

41 *b*

DEAE SVLI
PRO · SALVTE · ET
INCOLVMITATE
AVFIDI · MAXIMI
ϒ · LEG · VI · VIC · M ·
AVFIDIVS · LIBMNVS
LIBERTVS · V · S · L · M

Descripsi. Collinson 1 p. 9; *gent. mag.* 61, 1791 p. 103 *a* tantum; C. Englefield Archaeologia 10, 1792 p. 326 qui *a* et *b* male confundit; Carter *ancient architecture* p. 9 tab. 8—10; Warner p. 29. 117 tab. 2. 3 (ex his omnibus Goughs Camden 1 p. 116); Lysons 1 tab. 10 fig. 1. 2 (inde Newton p. 111, 52 *a* tantum; ex hoc Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 242); Scarth *assoc. journ.* 17, 1861 p. 9 ss. Aq. Sol. p. 49. 50. Litteras in. et in fine versuum, quae evanuerunt, dedi inclinatas.

a 1 DEAE SVLIN Warner et similiter idem *b* 1 DEAE SVLIN, *a* 1 DEAE SVLLEVAE Englef., ex interpolatione ambo. Reliquos priorum errores non recenseo.

42 *Bath*, ara rep. a. 1809 *in the Cistern of the Cross-Bath* LYS. Servatur in museo.

DEAE · SV
L · MN · ET · NV
MN · AVGG · C ·
CVRIA†VS
SATVRNINVS
ϒ · LEG · II · AVG
PROSE SV
ISQVE
V · S · L · M

Deae Suli Min(ervae) et numin(ibus) Aug(ustorum) C. Curiatius Saturninus ɔ (centurio) leg(ionis) II Aug(ustae) pro se suisque v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Contuli. Lysons I tab. 13 fig. 2; Scarth *assoc. journ.* 17, 1861 p. 9 ss., Aq. Sol. p. 48.

43 *Bath*, rep. c. a. 1774 dum rudera vetusta circa caput fontis calidi removentur; ara est alta dig. 24, lata $10^1/_2$. Iuxta inventos esse nummos imperatorum nomina a Nerone usque ad Antoninos exhibentes adnotat LYS.

DEAE
SVLIM
NERVAE
SVLINVS
MATV
RI · FIL
V · S · L · M

Deae Suli Minervae Sulinus Maturi fil(ius) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Contuli. Collinson 1 p. 13 (inde puto Goughs Camden 1 p. 118); Warner p. 32. 116 tab. fig. 1; Lysons 1 tab. 10 fig. 4 (inde Newton p. 118, 117; ex hoc Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243; Henzen 5914); Scarth *assoc. journ.* 17, 1861 p. 9 ss., Aq. Sol. p. 47.

Cf. *Sulinus Bruceti f.* n. 37.

44 *Bath*, fragmentum arae marmoreae rep. a. 1861 in fundamentis aedificii, quod addebatur nosocomio publico (*Mineral Water Hospital*).

DEAE · S
TI · CL · T
SOLLEN
TII

Descripsi. Scarth *archaeol. journ.* 19, 1862 p. 357, *assoc. journ.* 1862 p. 289 ss., *Somersetsh. archaeol. soc.* 12, 1865 p. 188, Aq. Sol. p. 77.

2 in fine utrum T an I legendum esset mihi non liquebat; T Scarth. 4 T... Scarth *arch. journ.*, TIIX .. *Somersetsh. arch. soc.*

45 *Bath*, rep. a. 1752 in fundamentis aedificii alicuius privati *at the lower end of Stall Street.* Servatur in museo. Litterae sunt optimae saeculi puto secundi.

LOCVM RELI
GIOSVM PER IN
SOLENTIAM b
RVTVM
VIRTVT ET N
AVG REPVRGA
TVM REDDIDIT
C · SEVERIVS
EMERITVS Ɔ
REG

Locum religiosum per insolentiam dirutum Virtuti et n(umini) Aug(usti) repurgatum reddidit C. Severius Emeritus c(enturio) reg.?

Contuli. Ward *philos. transact.* 48, 1753 p. 332 tab. 2 fig. 3 (inde Goughs Camden 1 p. 118 tab. 8 fig. 9; Hagenbuch ms. apud Orell. 2478 cum adnot. Henzeni 3 p. 217); Collinson 1 p. 13; Warner p. 29. 121 tab. 4; Lysons I p. 10 tab. 11 fig. 1; Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 68.

3. 4 E|RVTVM Ward, Coll., Warn., L|RVTVM Lysons; dedi quod mihi visum est in lapide esse. 10 PEG Ward, Coll., Warn., quod explicat *pe-c(unia sua)*; inde P·S Hagenb., PIEG Lys. Mihi G omnino certa, R paene non incerta visa est; de LEG cogitari nequit. Ceterum nihil praeterea in hoc versu unquam scriptum erat lapisque infra integer est.

46 *Bath*, rep. a. 1766 *near the hot bath.* Ara non magna, in museo. Superne et ab utroque latere integra est.

N A SACRAT
SSIMA VOTV
M SOLVIT
VETTIVS BE
NIGNVS·L PI

N(emesi) A(ugustae) sacratissima votum solvit Vettius Benignus ...

Descripsi. Collinson 1 p. 14 (inde Warner *history of Bath* p. 32 tab. fig. 3; Goughs Camden 1 p. 118); Lysons tab. 11 fig. 4; Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aquae Solis p. 66.

Initium ita exhibet Collinson: DEAE DIA|NAE SACRATI|SSIMAE; sed Lysons recte observat nunquam quidquam in lapide fuisse ante v. 1. Cum etiam fastigium arae integrum sit neque ulla litterarum vestigia servet, poterit initium dedicationis sculptum fuisse in alio lapide. Ceterum v. 1 IIA Lys., NA Scarth; in re praesenti tam NA quam RIA aut similia legi posse adnotavi; neque vero *Val(eria)* fuit. Ea quam supra proposui explicatio videtur unice vera esse (cf. C. I. L. 2, 1662); *sacratissima* enim dativus barbarus est ut *Nemetona* supra n. 36; unde de dea quadam cogitandum, non de deo. 5 L·M Coll., L M Lys. (qui Collinsonis exemplum novit); quod dedi descripsi sine exemplo; non enim puto feminam quandam cognomine Sacratissimam votum solvisse, Benignum *l(ibentem) p(o-suisse)*. Quanquam quid LP litterae significent ignoro; nisi post P litteram *s* parva fortasse excidit, ut fuerit *l(ibens) p(ecunia) s(ua)*.

47 *Bath*, rep. a. 1825 non longe ab eo loco, quo arae n. 36 et 37 effossae sunt, pars inferior basis magnae, litteris bonis saeculi secundi. Servatur in museo.

NOVANTI FIL
PRO SE ET SVIS
EX VISV POSSV†

Contuli. I. Hunter Archaeologia 22, 1829 p. 421 tab. 38 fig. 1. Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 73.

48 Bathoniae nuperrime ad viam publicam sub urbe effossa, servata in hortis Roberti Chambers (postea *of Mrs. Chives, near the Cross Bath* HORSL.) CAMD. Ex campo de *Walcot* huc translatam esse a. 1592 indicat titulus novicius infra positus, quem exscripsit HORSL. Videtur periisse. Erat cippus fastigio ornatus, litteris non inelegantibus.

rosa
C · MVRRIVS ·
C·F·ARNIENSIS
FORO·IVLI·MO
DESTVS · MIL ·
LEG·II·AD·P·F
IVLI·SECVNDI
NN·XXV·STIP
H s e

Camden ed. 3 (1590) p. 169 (Grut. 554, 2 a Camdeno); Guidot p. 86; M. Lister *philos. transact.* 1683 p. 457 tab. fig. 7; Stukeley it. cur. 1 p. 148; Th. Gale it. Ant. p. 133; Horsley p. 326 *Somersetsh.* 2 (cf. praef. p. XXIII); Collinson 1 p. 11 (ex his Goughs Camden 1 p. 117 tab. 8 fig. 1; *Somersetsh. archaeol. soc.* 3, 1853 p. 77 et *assoc. journ.* 12, 1856 p. 301; ex his I. Becker *Rhein. Mus.* 13, 1859 p. 250); Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 61.

Apparet v. 6 in. deesse ɣ centuriae signum; Horsleius lituram lapidis ibi indicat. Cogitaverunt de filio vocabulo supplendi, vel etiam de manipulo secundo. 7 STIPEND Camd. Numerus stipendiorum (VII aut VIII puto) excidit. Ceterum tribus nomen ita exhibetur a testibus omnibus; Forum Iulii Narbonensis Aniensi et Voltiniae adscriptum erat (Grotefend p. 56. 118), Venetiae Scaptiae (C. I. L. 5 p. 163), de Foro Iulii autem Illiturgi Baeticae deque Foroiuliensibus cognomine Concupiensibus Umbriae (Plinius n. h. 3 § 113), item de Foro Iulii Iriensium (*Voghera*), de quo me monuit Mommsenus, non constat cuinam tribui adscriptum fuerit. Unde inter hos libera adhuc optio est.

V. 5 De legione II adiutrice eiusque castris Britannicis, quae Lindi fuisse puto, dixi in praefatione (p. 5) et infra cap. XVIII.

49 *Bath*, rep. a. 1708 *in repairing the high road called the Fosse, at Walcot.* Collocata est tum ad ecclesiam cathedralem; nunc in museo servatur. Est cippus magnus litteris optimis, saeculi puto secundi.

caput
Medusae
IVLIVS · VITA
LIS · FABRICIES
IS·LEG·XX·V·V·
STIPENDIOR
VM·IX·ANOR·XX
IX·NATIONE·BE
LGA · EXCOLEGO
FABRICE · ELATV
S · H · S · E

Iulius Vitalis, fabriciesis leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis), stipendiorum IX, anor(um) XXIX, natione Belga, ex colegio fabrice elatus, h(ic) s(itus) e(st)

Contuli. Commentario peculiari illustraverunt Dodwell et Musgrave (Iulii Vitalis epitaphium cum notis H. Dodwelli et commentario G. Musgrave. Iscae Dumn. et Lond. 1711 8.; cf. *philos. transact.* 28, 1713 p. 283 ss. tab. 7; Th. Gale it. Ant. p. 134; Stukeley itin. cur. p. 140; ex his Orell. 4079; B. Poste *brit. researches* p. 92); Th. Hearne in add. ad Lelandi itinerar. vol. 8 p. XXXVII cui descripsit Halley; Moyle *posthumous works* (1728) 1 p. 170. Gudius in praef. *** *** *** cui dedit Philippus de Groulard; Horsley p. 323 *Somersetsh.* 1 (inde Goughs Camden 1 p. 117 tab. 8 fig. 7); Collinson 1 p. 7 in tab.; Warner p. 32. 121 tab. 1; Lysons I p. 12 tab. 12 fig. 4 (inde Newton p. 112, 60); Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 59.

Lectio certa est neque differunt descriptores nisi in minimis. *Fabriciensis legionis* et *collegium* (*colegio* ut n. 39) *fabricae*, ut Horsleius aliique perspexerunt, ad armorum fabricam referenda sunt (cf. Henzen 6751); minime vero inde consequens est, ut Musgravius voluit, titulum scriptum esse saeculo quinto.

50 *Bath*, rep. (a. 1590) una cum n. 48 et una etiam servata atque pessumdata.

DIS MANIBVS
M · VALERIVS · M
FIL·LATINVS CEQ
MIL · LEG·XX·AN
XXV·STIPEN XX·
H · S · E

Camden ed. III (1590) p. 169 (Grut. 565, 3 a Camdeno, paullo aliter; ex Grut. et Mur. Orell. 476); Guidot p. 86; M. Lister *philos. transact.* 1683 p. 457 tab. fig. 6 (inde Mur. 864, 5); Th. Gale it. Ant. p. 133; Stukeley it. cur. p. 148 tab. 64 2d I; Horsley p. 326 *Somersetsh.* 3 (inde Goughs Camden 1 p. 117 tab. 8 fig. 2; Collinson 1 p. 11; Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 62.).

3 POL·EATINVS·C·EQ Camd., RELATINVSCEQ List. In praef. p. XXIV Horsleius CEQ, nam ita iunctas exhibet litteras, pro *d(ecurione) eq(uitum)* positum existimat. Galius et Horsleius explicuerunt *c(enturio), eq(ues), miles*; *c(enturio) eq(uitum)* Reines. p. 16; Hagenbuchius (apud Orell.) *c(olonia) Eq(uestri)*; sententia hic iusta, verbis non recte solutis; est autem omnino *c(ivis) Equester*, quod tam dici potuisse quam civem Rauracum et similia Mommsenus monuit. 4 MILES·LEG·X.A·AN Grut. ex Camdeno. 5 XXX Camd., XXI List., STIPEND·X Grut. ex Camdeno.

51 *Bath, pillar supporting the roof of the Roman bath* (1801) WARN. Extat in museo, litteris optimis saeculi primi.

SER·/ INVS
NIC · EMERITVS · EX
LEG·XX·AN·XLV
· H · S · E
G·TIBERINVS·HERES
F C

Contuli. Warner p. 24 in tab.; Lysons I p. 11 tab. 12 fig. 3; Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 58.

1 SLIH INVS Lys. Latet cognomen velut *Amandinus* aut simile. 2 Nicopolim aliquam, sed. nescimus quam, fuisse tribus Sergiae observavit Grotefend *die röm. Tribus* p. 142. 5 Est *G(avius) Tiberinus*.

52 *Bath*, rep. a. 1736 (GOUGH, 1748 STUK.) in fundamentis aedificii quod *Atwood* pistoris erat, *opposite the town hall, on the site of the present market place.* Anaglyphi pars tantum inferior servata est; superior quae eodem loco prostat, aliena est. Litterae sunt bonae et grandes saeculi fortasse primi; puncta profunda et formae triangularis. Servatur in museo.

eques hosti pro pedibus equi revoluto insistens
L · VITELLIVS ✣ MA
NTAI · F · TANC NVS ·
CIVES ✣ HISP ✣ CAVRIESIS
EQ·ALAE✣VETTONVM·C·R
ANN ✣ XXXXVI ✣ STIP ✣ XXVI
H ✣ S ✣ E ✣

Contuli. *Gent. mag.* 6, 1736 p. 622; Stukeley *philos. transact.* 1748 p. 409 male omnino; Mur. 870, 6 cui misit Bimard; W. Bowyer *miscellaneous tracts* (1785) p. 133. 139; Collinson 1 p. 12 in tab.; Warner p. 32. 118 tab. 2 imperfecte; Goughs Camden 1 p. 117 tab. 8 fig. 8; Lysons 1 p. 11 tab. 12 fig. 1 (inde Newton p. 114, 76); Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289, Aq. Sol. p. 64.

1. 2 MAXIMI|NIANI Stuk., MA|NIAI Bim., Collins., MANIALI Bow.; mihi cum Sam. Lysons T potius quam I longa in lapide esse visa est. Tancinus nomen tam Caurii (cf. C. I. L 2 p. 96) quam alibi in Hispaniis frequentissimum est, Mantaius hic primum comparet; nomina vero in *-aius* non infrequentia sunt in Lusitania et Vettonia.

Anaglyphi pars superior ad hunc titulum non pertinens (Horsley p. 328 *Somersetsh.* 9), sed similem equitem exhibens, a Musgravio in libello peculiari edita et tractata est, cui titulum dedit *Geta Britannicus* (Iscae Dumnon. 1715-8.). Capitolini vitam Getae in eo proponit explicatam et tab. I p. 1 ss. anaglyphum illud Getae imaginem esse studet probare; frustra.

53 *Bath*, ara non magna rep. a. 1795 *in Sydney gardens*; servatur in museo.

D · M
C · CALPVRNIVS
ÆCEPTVS SAC
DOS DEAE SV
LS·VIX·AN·LXXV
CALPVRNIA TRIFO
SA · IP. E CNNX
F · C

D(is) M(anibus). C. Calpurnius Receptus, sacerdos deae Sulis, vix(it) an((nos) LXXV. Calpurnia Trifosa, lib(erta) et coniunx, f(aciendum) c(uravit)

Contuli. Warner p. 29. 115 tab. 1 male; Goughs Camden 1 p. 118 etiam peius; Lysons 1 tab. 10 fig. 3 accurate (inde pendet Carter *anc. archit.* tab. 11 fig. E); Scarth *Somersetsh. archaeol. soc.* 3, 1853 p. 103, *assoc. journ.* 17, 1861 p. 9 ss., Aq. Sol. p. 54.

V. 7 in lapide fuit LB·E, *lib(erta) et coniunx.*

54 *Bath. There be divers notable antiquitees engravid in stone that yet be sene yn the walles of Bathe betwixt the south gate and the west gate, and agayn betwixt the west gate and the north gate* LEL. Infixum moenibus interius inter portam borealem et occidentalem, fragmentum saxi litteris magnis et pulchris CAMD. Ibidem etiam HORSL. vidit. Postea periit.

DEC COLoNÆ GLEV*ensis*
VIXT AN · LXXX QVI*nque*

Leland itin. 2, 35, 39 praeter varia anaglypha verba VIXIT ANNOS XXX tantum memorat; Camden ed. V (1600) p. 203 (Grut. 498, 3 a Camdeno; e Camdeno pendet etiam Donat. 346, 4 'ex schedis Petri Gnocchi'; e Grut. Orell. 207); M. Lister *philos. transact.* 14, 1683 p. 457 in tab.; (inde pendet Th. Gale it. Ant. p. 129; Stukeley it. cur. 1 p. 149); Horsley p. 327 *Somersetsh.* 5 (inde Goughs Camden I p. 113 tab. 8 fig. 3; Collinson 1 p. 10; Newton p. 119, 127); Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 10. 63 (*gent. mag.* 5, 1868 p. 83).

2 AN · I · XXX · QVI Camd. ed. V, in posterioribus legitur interdum LXXXVI (ita Donat.), ANL XXX QVT List. Recte legit Horsley, sed male explicuit *LXXX q(ue) VI* similemque que particulae collocationem quamvis insolentem deprehendere sibi visus est in titulo in Moresby Cumbriae reperto (n. 364); sed ibi pro Q apographa meliora D habent, quod omnino praestat. Supplementum simplicissimum neminem invenisse miror. De colonia Glevo dicemus infra c. X.

---

55 *Bath*, rep. a. 1804 in muro oppidi vetere. Servatur in museo. Litterae sunt bonae saeculi secundi ineuntis.

RVSONIAE · AVEN
NAE · C · MEDIOMR
ANNOR · LVIII · H · S · E
L · VLPIVS · SESTIVS
H · F · C

Contuli. *Gent. mag.* 74, 1804 vol. 2 p. 1006 tab. fig. 4; Lysons I tab. 13 fig. 1; Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 56.

1 in fine apex ligaturae, qui T et I litterarum elementa cum N et E iungebat, periit in litura lapidis. Lege *Rusoniae Aventinae c(ivi) Mediomatr(ici)*. AVSV|NAE gent. mag., AVEN|NAE Scarth male. 4 Praenomen heredis om. gent. mag. et Lys.

56 *Bath, a* infixa moenibus una cum n. 54 in saxi fragmento grandioribus litteris CAMD. Similiter GUID. et LIST. Videtur periisse. Inter portam occidentalem et australem vidi ophiucum (*sic*) serpente implicatum, duo humana capita crispis capillis intra loricam moenium, leporem currentem et huic adnexum in saxo litteris transversis *fragm. b*; hominem nudum quasi manum militi iniicientem etiam inter loricam moenium, folia, duos iacentes basiantes et se amplexantes, peditem vibrato gladio et protenso clypeo, peditem cum hasta, in saxo litteris transversis *fragm. c.* De *b* et *c* similiter GUID. et LIST. Etiam *b* et *c* perierunt.

a	*b*	*c*
VRN	VLIA	LIIVS SA
IOP	ILIA	/S VXSO

Camden ed. V (1600) p. 204 (Gough 1 p. 112. 117 tab. 8 fig. 5. 6 *a* et *b* tantum superesse adnotat); Guidot p. 81. 82; M. Lister *philos. transact.* 14, 1683 p. 457 tab. fig. 2—4; Hearne ad Lelandi itin. 2 p. 64 cui dederunt Thwaites et Oddy; Stukeley it. cur. 1 p. 148; Horsley p. 328 *Somersetsh.* 7. 8 item *a* et *b* tantum vidit; Collinson 1 p. 11 et Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 10 s. 78 ex prioribus pendent.

a uno versu Camd. *b* ILLA|ILLA Guid. *c* III VSA|IS·VXSC Camd., III·VS·SA IS·VX·SC Guid., IVLIVS SA|VL·VXSC Coll., LIVS·SA|IL·VXSO Oddy, ITIVS-SA| IS VX SC Thwaites apud Hearne.

Cum mensurae litterarum accuratae traditae non sint, utrum fragmenta haec coniungenda sint necne incertum est; *b* et *c* sane visa sunt descriptoribus continuari posse; sed *c* et *a* facilius inter se coniunguntur quam cum *b*, ita:

c *a*
-. Tu]l[ĺ]ius Sa[t]urn[inus]
marit]us uxso[r]i op[timae]

In *b* potest latere *[I]ulia[e ... f]ilia[e ...* vel similia.

---

57 *Bath*, rep. c. a. 1828 *in the upper borough walls*, non procul a situ portae borealis. Cippus rudis cum fastigio, litteris malis, sed non recentibus. Servatur in museo.

D M
MERG MAGNII
ALVMNA VIXIT AN I
M·VI D·XII

Contuli. I. Hunter *gent. mag.* 99, 1829 vol. 1 p. 31 et Archaeologia 22, 1839 p. 420 tab. 38 fig. 2; Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 72.

1 MERC tradebatur, sed G esse adnotavi in re praesenti. Latet nomen peregrinum.

58 *Bath*, infixa moenibus una cum n. 54, in sepulchrali tabula inter duas imagunculas, quarum altera tenet cornu Amalthaeum [videtur fuisse genius nudus sine alis, cum cornu copiae; altera fuit femina tunicata, palmam sinistra tenens, sed item sine alis], deteriori charactere qui non facile legitur CAMD. Ibidem vidit HORSL., qui anaglypha duo non ad titulum pertinere putat. Tam haec quam titulus videntur periisse.

D M
SVcc · PETRONIAE VIX
ANN · III · M · IIII · D · IX · VE?O
MVRVS · F VICT SAbINA
FIL · KAR · FEC

D. M. Succ(essae) Petroniae. Vix(it) ann(is) III m(ensibus) IV d(iebus) IX. Ve(ttius?) Romulus (an *Vepomulus?*) *et Vict(oria) Sabina fil(iae) kar(issimae) fec(erunt)*

Camden ed. V (1600) p. 204 (inde Grut. 700, 6 paullo aliter); M. Lister *philos. transact.* 14, 1683 p. 457 tab. fig. 5; Hearne ad Lelandi itin. 2 p. 63 cui dedit Thwaites; Stukeley it. cur. 1 p. 148; Horsley p. 326 *Somersetsh.* 4 (Goughs Camden 1 p. 117 tab. 8 fig. 4; Scarth Aq. Sol. p. 70) quem sequor, excepta littera una.

3. 4 D·XV (DI·XV Grut.) EPO|MVLVS ET VICTISIRANA Camd., DIX VEDO|MVLVS · F · VICTSARINA List., DI · XV·RO|MVLVS HVIC E SABINA Thwaites apud Hearn., ut dedi Horsl. et Oddy apud Hearn., praeterquam quod hic SARINA, ille SAPINA habet; hoc iam Gough correxit. Observa filiolae cognomen praenominis loco positum. Patrem Petronii nomen habuisse facile conieceris, sed ex litteris traditis aegre efficies; nisi forte legendum DI·XV·F O|MVLVS, *di(ebus) XV. Pe(tronius) Omulus.* 5 FIL·PAR·FEC Thwaites apud Hearn.

---

59 *Bath*, rep. *at the Bell in Walcot.* Frustra indagavit HORSLEY.

VIBIA IVCVNDA
H · S · E

Guidot p. 83 (inde Horsley p. 328; Goughs Camden 1 p. 117; Stukeley it. cur. 1 tab. 64 2d IV (inde Collinson 1 p. 112 Scarth Aq. Sol. p. 74).

In fine ANN·XXX add. Stukeleius.

---

60 *Bath*, rep. a. 1860; fragmentum litteris bonis.

S CORNELIANV

Descripsi. Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 78.

61 *Chessels, West Coker, Somersetshire.* Lamina aenea tenuis.

DEO · MARTI
RIGISAMO
IVENTIVS
SABINVS
V · S · L · L · M

Deo Marti Rigisamo Iuentius Sabinus v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ibens) m(erito)

J. Moore *assoc. journ.* 19, 1863 p. 322 (cf. 18, 1862 p. 392); *gent. mag.* ser. nova 15, 1864 p. 60.

3 INVENTIVS Moore.

62 *Combe Down*, basis lapidea rep. a. 1854 *in the burial ground.* Servatur in museo. Litterae nec bonae sunt nec accurate incisae.

PRO · SALVE · IMP · CAES · M · AVR
ANTONINI · PII · FELICIS · INVIC
TI · AVG · N · NAEVIVS · AVG
LIB · ADIVT · PROCC PRINCI
PIA·RVINA·OPRESSA· A SOLO RES
TITVIT

Pro salute imp. Caes. M. Aur(elii) Antonini Pii felicis invicti Aug(usti) n(ostri) Naevius Aug(usti) lib(ertus) adiut(or) proc(uratorum) principia ruina opressa a solo restituit

Descripsi. Scarth *proceedings of the soc. of antiq.* 3, 1855 p. 149, *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 90. 178, *Somersetsh. archaeol. soc.* 5, 1855 p. 138, *assoc. journ.* 18, 1862 p. 289 ss., Aq. Sol. p. 75.

3 Elementum, quod post Augusti vocabulum legitur, evanidum est, sed aut M fuisse aut N perspicitur; hoc solum aptum est. Principia indicant castrum aliquod militare ibi prope *Bath* situm fuisse.

63 Prope *Camerton* ab Aquis m. p. VI fragmentum rep. a. 1814 iuxta viam Romanam *the Foss Road.* Videtur periisse

AIIVS
ON DEDIT
severo ET QVINTIANO COS p. C. 235

Scarth *assoc. journ.* 18, 1862 p. 304, *Somersetshire archaeol. soc.* 11, 1863 p. 181, Aq. Sol. p. 79 ex epistula Skinneri ad Sam. Lysons iun., quam hic servat, et ex adnotatione in exemplo Horsleii a *Leman* adscripta, quod servat museum Aquense.

Alterum Scarthii exemplum hoc est APIVS | CONDEDIT | BASSO ET QVINTIANO COS (p. Chr. 289); illi magis confido.

64 *Pitney* prope *Somerton*; inter parietinas villae rusticae splendidae a. 1828 etiam fragmenta titulorum haec reperta sunt.

a
PATER
PATRI
SANC

b
VIXI SINE *cum qua ulla querella*
TRIGINTA
QVAE CAPI
NONO · A

R. C. Hoare *the Pitney pavement* (1831) p. 18. 19 (inde Th. Wright *the Celt* p. 201); Phelps *Somersetshire* 2 p. 157 in tab. ad p. 171.

X. DVROCORNOVIVM

(Cirencester).

Accedunt *Chedworth*, *Custom Scrubs* prope *Painswick*, *Hearsleywood*, *Daglingworth*, *Lasborough*, *Woodchester*.

Quod in itinerario Antoniniano in itinere ab Isca Callevam (quae ambae notae sunt) et a Glevo (quae est *Gloucester*; cf. supra n. 54 et titulus urbanus Mur. 872, 4 ubi *Glevi* scriptum est) m. p. XIIII ponitur Durocornovium (p. 485, 5 cf. Ravenn. 5, 31 p. 424, 9 *Purocoronavis*, quod sane loco prorsus diverso videtur enumerari), id diu observatum est quadrare in hodiernum *Cirencester*, ubi oppidi Romani vestigia conspicua, muri, aedificiorum rudera, pavimenta tessellata (observata illa iam a Lelando loco ad n. 65 allato) supersunt. Nulla vero necessitate, sed novicii tantum nominis similitudine quadam incerta ducti itemque famosa Ricardi Corinensis auctoritate male freti antiquarii Angli Durocornovium non diversum esse solent putare a Corinio, quod Ptolemaeo (2, 3, 25) Dobunnorum oppidum est quodque apud Ravennatem redit ita *Cironium Dobunorum* dictum (5, 31 p. 427, 16) et collocatum sane inter *Glebon Colonia* (p. 427, 12) et *Caleba Arbatium* (p. 427, 17) eodem fere ut in itinerario ordine (p. 485, 4 *Clevo m. p. XV Durocornovio m. p. XIIII Spinis m. p. XV Calleva m. p. XV*). Sed nihil inde videtur consequens esse, nisi id quod per se non caret probabilitate, scilicet duo fuisse oppida vicina, per quorum utrumque ab Isca proficiscebantur Callevam. Duo enim inter utrumque oppidum in itinerario Antoniniano itinera perscripta sunt, et facile esse potuerunt etiam plura; observant antiquarii Angli situm esse *Cirencester* in trivio viarum Romanarum dictarum *the Foss, Erminestreet, Ickenieldway* (Goughs Camden 1 p. 410). Inde a saeculo XVI, ut dixi, continuo in oppido hodierno et in campis adiacentibus vestigia vitae Romanae eruderantur, inprimis pavimenta tessellata, sed etiam signa aenea, anaglypha, alia (cf. Stukeley itin. cur. 1 p. 63; I. Price Archaeologia 7, 1783 p. 405; Vetusta monumenta 2 1789 n. 31; S. Lysons Archaeologia 9, 1789 p. 12 s. tab. 20 fig. 1—6; C. R. Smith ibid. 31, 1846 p. 461; Goughs Camden 1 p. 407 ss.; *archaeol. journ.* 6, 1849 p. 321 ss.; *gent. mag.* ser. II 32, 1849 p. 357 ss.; *assoc. journ.* 19, 1863 p. 100 ss.); tituli vero prodierunt non multi.

Praeter fragmentum a Lelando observatum (n. 65), quod posteri paene omnes neglexerunt, Stukeleius et Horsleius unum tantum noverunt titulum sepulcralem (n. 71). Per Samuelem Rudder (*a new history of Gloucestershire* cet. Cirencester 1779 fol.) et Ric. Gough unus accessit (n. 72); nuper fragmentum item sepulcrale detectum est (n. 70). Thom. rudge (*the history of the county of Gloucester.* Gloucester 1803 2 voll. 8) et G. W. Counsel (*the history and description of the city of Gloucester.* Gloucester 1829 8.) novi nihil attulerunt (cf. n. 72). Reliquorum titulorum tres annis 1835 et 1844 reperti militares sunt equitum alae Indianae (n. 66), cohortis VI Thracum (n. 67), alae Thracum (n. 68), quartus sepulcralis civis Sequani (n. 69), editi illi a Conrado Leemans Batavo in scriptis societatis antiquariorum Londiniensis, atque sepulcretum ibi fuisse docent militum numerorum eorum, qui in castris Durocornoviensibus videntur meruisse; castra enim non pauca ibi erant saeculo primo puto munita ad provinciae fines contra Silures tuendos (cf. I. L. Baker Archaeologia 19, 1821 p. 161 ss.; G. Ormerod ibid. 29, 1842 p. 5 ss.), uti ad *Kings Stanley*, ubi octo arae Romanae non inscriptae, sed anaglyphis ornatae ex parte, genii, militis, aliorum, detectae sunt (cf. Goughs Camden 1 p. 397). Tegulae autem certo militares in ipso oppido nondum detectae sunt; prodierunt ita TC · M inscriptae similesque ita TPFC, TPFA, TPFP signatae ex locis vicinis. De antiquitatibus autem oppidi universis, quae nunc in museo urbano servantur (cf. *rev. archéol.* 1857 p. 315) consulatur liber a Buckman et Newmarch editus *illustrations of the remains of Roman art in Cirencester* (Lond. 1850 4.; cf. *Zeitschr. für Alterthumswiss.* 1853 p. 88).

Addidi titulos locorum vicinorum *Custom Scrubs* (n. 73. 74), ubi in lapicidinis, ut videtur, tituli aliquot votivi reperti sunt aliis fortasse destinati locis, servati a Sam. Lysons et a Thoma Dudley Fosbroke, historiographo urbis *Gloucester*; *Hearsleywood* et *Lasborough* vicorum, qui sepulcrales singulos protulerunt (n. 75. 76) editos a Ruddero et Alfredo Scuse; denique pavimenti reperti ad *Woodchester* (n. 77), quod S. Lysons delineavit accurate; item ad *Chedworth* et *Daglingworth* nuper effossos (n. 72 *a* et *b*).

Mirum sane est, quod in Glevo colonia, uti nominatur in titulo Aquensi (n. 54) et apud Ravennatem (5, 31 p. 427, 12 *Glebon colonia*; *Clevo*

itinerar. Anton. p. 485, 4), quam convenire omnino cum *Gloucester* hodierno et nomen evincit et antiquitates Romanae frequenter ibi effossae (cf. Goughs Camden 1 p. 391; S. Lysons Archaeologia 10, 1792 p. 131 s., 18, 1815 p. 112 ss. 443; A. Way *Gloucester and Gloucestershire antiquities, a catalogue of the museum formed at G. at the meeting of the archaeol. instit.* Lond. 1860 8. p. 8), inter quas anaglyphum est Mercurii et Minervae, ut videtur, aut Aesculapii et Hygiae (cf. Way l. s. s. p. 9), nulli omnino prodierint tituli inscripti. Claudii ibi nummi frequentissimi sunt (cf. Archaeologia 18, 1815 p. 120); unde facile ex antiquissimis eam fuisse conieceris coloniis militaribus, quae postea in pace provinciae ab incolis fere deserebantur. Sed per totum praeterea comitatum frequentia sunt vestigia castrorum, ut dixi, tumulorum, villarum rusticarum (cf. in universum Archaeologia 7, 1783 p. 379 ss.; Goughs Camden 1 p. 387; Sam. Lysons iun. *the Romans in Gloucestershire* cet. Lond. 1868 8.); velut in *Chedworth* (*assoc. journ.* 24, 1868 p. 132), *Cheltenham* (cf. W. H. Gomonde *notes on Cheltenham* s. a. 8.), ad *Great Witcombe* (cf. S. Lysons Archaeologia 19, 1821 p. 178), *Whitington* (ib. 18, 1815 p. 118; *proceed. of the soc. of antiqu.* ser. II 2, 1864 p. 422), *Bisley* (*archaeol. journ.* 20, 1863 p. 186 s.), *Andoverford* (*proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 2, 1863 p. 313). Ego ipse haec loca non adii.

Qui in *Lydney Park* reperti sunt tituli ad fanum, ut videtur, dei Nodontis pertinentes, eos, cum ultra Sabrinam fluvium locus situs sit, coniunxi cum titulis reliquis in regione Silurum detectis, quanquam hodie pertinent ad comitatum *Gloucester*.

65 *Cirencester*; *nere to the place wher the right goodly clothing mylle was set up a late by the abbate, was broken down the ruine of an old tower towards making of the mylle waulles, in the which place was found a quadrate stone fawllen down but broken* in aliquot frusta, *wherein was a Roman inscription, of which one scantly lettered told me that he might perceive*

PONT · MAX

Leland itin. ed. Hearne 5 f. 65 (inde Goughs Camden 1 p. 410).

Lapis quadratus vix videtur fuisse miliarius; unde hoc loco retinui. Lectio, quanquam profecta ab homine non litterato, fraudis certe suspicione caret; neque incredibile est imperatori hic factam esse dedicationem.

---

66 *Watermore* prope *Cirencester*, iuxta viam Romanam (*Irmine Street*) rep. a. 1835, cippus altus ped. 7, latus 2¼. Servatur in museo.

eques lanceam tenens,
hosti prostrato inequitans

DANNICVS · EQES · ALAE
INDIAN · TVR · ALBANI ·
STIP · XVI · CIVES · RAVR ·
CVR · FVLVIVS · NATALIS · IL
5 FLAVIVS · BITVCVS · ER · TESTAME
H S E

Dannicus, eques alae Indian(ae) tur(ma) Albani stip(endiorum) XVI, cives Raur(acus). Cur(averunt) Fulvius Natalis [et] Flavius Bitucus er(edes) testame(nto). H(ic) s(itus) e(st)

Gent. mag. 39, 1835 p. 212. 303; C. Leemans *gent. mag.* 7, 1837 p. 586 tab. fig. 1 et Archaeologia 27, 1838 p. 211 ss. tab. 14 fig. 1 (inde Akerman *archaeol. index* p. 66; Newton p. 114, 72 *a*; Mommsen *die Schweiz in röm. Zeit* p. 25 tab. fig. 1; Henzen 6722); Buckman et Newmarch p. 113 (inde Osann *Zeitschr. für die Alterthumswiss.* 1853 p. 88).

5 FL . . IVS Leemans in tab., FLAVIVS idem in textu, Buckm.

De ala Indiana vide Henzenum *Bonner Jahrb.* 19, 1853 p. 57. Bitucus nomen Gallicum in nummis regum Galatarum extare observavit Iul. Friedlaender (apud Mommsenum); extat etiam in titulis Grut. 673, 1; Mur. 1314, 5, quos attulit Leemans.

Titulus videtur coaevus esse alteri n. 68, ubi vide. —

67 *Cheltenham*, rep. a. 1844(?) iuxta eum locum, ubi via ad *Cheltenham* divergit a via Romana dicta *Irmin Street*. GOM. *Wotton près de Gloucester* FÉR. Anaglyphum simile est duorum praecedentium.

eques hastatus hostem prostratum perfodiens

RVFVS SITA EQVES CHO · VI
TRACVM ANN · XL · STIP · XXII
HEREDES · EXS · TEST · F · CVRAVE
H · S · E

Férussac *bulletin* 1824 II p. 190; Gomonde *assoc. journ.* 1, 1845 p. 237 (inde Akerman *archaeol. index* p. 69; Wright *the Celt* p. 314). Noli iungere *sit(us) aeques*; nam inepte *situs* hoc loco repetitum esset, cum in fine suo loco sequatur formula solemnis *h(ic) s(itus) e(st)*. Immo *Sita* videtur esse nomen Thracicum; ut solebant homines Thraces duo habere cognomina, Latinum et patrium (cf. C. I. L. 2, 2984). Poteris autem etiam emendare *Ruf[i]us Sita*.

---

68 *Watermore* prope *Cirencester* rep. a. 1836.

eques lancea
hostem prostratum perfodiens

SEXTVS · VALE
RIVS · GENIALIS
EQES · ALAE · THRAEC
CIVIS · FRISIAVS · TVR
5 GENIALIS · N · XXXXIIIIXX
H · S · E · E · F · C

Sextus Valerius Gen[i]alis, eques alae Thrae-c(um), civis Frisiaus, tur(ma) Genialis, an-(norum) XL, [stip(endiorum)] XX h(ic) s(itus) e(st). E(res) f(aciendum) c(uravit)

Gent. mag. 3, 1835 p. 303 et 5, 1836 p. 296; C. Leemans *gent. mag.* 7, 1837 p. 586 tab. fig. 2 et Archaeologia 27, 1838 p. 211 tab. 14 fig. 2 (inde Akerman *archaeol. index* p. 68; Newton p. 114, 76 *e*; Mommsen *die Schweiz in röm. Zeit* p. 25 tab. fig. 3); Buckman et Newmarch p. 113 (inde Osann *Zeitschr. für Alterthumswiss.* 1853 p. 88 *c*; J. Becker *Bonner Jahrb.* 21, 1854 p. 89 s.).

2 GENALIS traditur.

Cum ala I Thracum a. 104 in Britannia tetenderit (ut apparet ex diplomate eius anni), saeculo vero altero medio iam ad Danubium (Cardinali *diplomi* n. XX. XXIII), apparet titulum hunc aut saeculi primi exeuntis esse, aut secundi ineuntis (ut observavit Mommsenus). Conveniunt formae litterarum.

69 *Watermore* prope *Cirencester*, rep. a. 1836.

homo paenulatus, cucullum in capite gerens, bracchiis involutis stans

PHILVS · CA
SSAVI · FILI ·
CIVIS · SEQV
ANN XXXXV
5 H · S E

Philus Cassavi fili(us), civis Sequ(anus), ann(orum) XLV. H(ic) s(itus) e(st)

C. Leemans *gent. mag.* 7, 1837 p. 587 tab. fig. 3 et Archaeologia 27, 1838 p. 211 ss. tab. 14 fig. 3 (inde Akerman *archaeol. index* p. 69; Mommsen *die Schweiz in röm. Zeit* p. 25 tab. fig. 2); Buckman et Newmarch p. 114 (inde Osann *Zeitschr. für die Alterthumswiss.* 1853 p. 88 *c*).

---

70 *Cirencester*, rep. a. 1848.

D M
CAST
CASTREN
V A

Croker *assoc. journ.* 4, 1849 p. 70.

---

71 *Cirencester*, rep. ½ *mile west of the town*, iuxta viam Romanam *the Foss road*, in loco *Quern* dicto; servabatur *at Mr. Isaac Tibbot's in Castle Street*, litteris altis dig. 4. STUK. Lapis longus erat p. 5, latus 3½. Periit; alter lapis inscriptus qui simul repertus est, statim deletus est.

D · M
IVLIAE · CASTAE
CONVGI · VIX
ANN · XXXIII

Stukeley itin. cur. 1 p. 63 tab. 64 2d V (inde Rudder p. 346); Horsley p. 323 *Gloucestersh.* 1 (inde Goughs Camden 1 p. 410 tab. 17 fig. 9; C. Leemans Archaeologia 27, 1838 p. 226; Akerman *archaeol. index* p. 71; Croker *assoc. journ.* 4, 1849 p. 70; Buckman et Newmarch p. 116; Osann *Zeitschr. für die Alterthumswiss.* 1853 p. 88 *c*).

72 *Cirencester*, rep. c. a. 1764 *in Watermore common, just without the city wall (of Cirencester)*, servata in horto ad *Siddington house*.

luna
D · M
P · VICANAE
P · VITALIS
CONIVX

Rudder p. 347 (inde Rudge *Gloucester* 1 p. XLIII; Goughs Camden 1 p. 410; ex hoc C. Leemans Archaeologia 27, 1838 p. 226; Akerman *archaeol. index* p. 71; Buckman et Newmarch p. 116; Osann *Zeitschr. für Alterthumswiss.* 1853 p. 88 *d*).

P erit Pompeiae gentis indicatio.

---

72 *a Chedworth*, lapis quadratus rep. a. 1864 in effossionibus institutis ibi in parietinis villae rusticae. Videtur scriptus esse litteris paene cursivis.

PRASIATA

H. M. Scarth *assoc. journ.* 24, 1868 p. 132. Titulus fortasse pertinebat ad anaglyphum, in quo ludi circenses repraesentati erant.

---

72 *b Daglingworth*; *Roman altar converted into a church window.*

...RIB....
..IIOL...
../NI/....

Assoc. journ. 25, 1869 p. 304 ubi de ara [*deabus mat*]*rib*[*us et Gen*]*io l*[*oci*] a [*I*]*unia* quadam posita cogitatur probabiliter.

73 Anaglyphum votivum rep. *at the Custom Scrubs, parish of Bisley*, una cum aliis antiquitatibus; servatum ibi *at the manor house*.

MARTI OLLVDIO

Fosbroke *abstracts and records* 1 p. 347 (inde Th. Baker *archaeol. journ.* 2, 1846 p. 45) qui addit Samuelem Lysons res ibi repertas delineavisse; neque vero editae sunt imagines, si quae fuerunt, ab illo. Nomen dei videtur corruptum esse.

---

74 *Painswick*, rep. a. 1799 in latomiis in loco dicto *Custom Scrubs*. Titulus supra anaglyphum in fastigio scriptus est.

DEO ROMVLO VETTINVS
DONAVIT
IVVENTINVS
FECIT

vir armatus, paludatus, d. hastam, s. scutum tenens; ad latus laevum gladius pendet. Iuxta ad d. arula, in qua cornu copiae (?)

Lysons rel. Brit. Rom. 2 tab. 28 fig. 5. 7.

---

75 *Hearsleywood*, rep. c. a. 1835, servata in aedibus *Kingscote*.

D · M
IVL · INGENVIL
LN·VX·AN·XX·M·V
D XXXVIIII

A. Scuse *assoc. journ.* 1, 1845 p. 336. Fuit fortasse INGENVI FI|LIA.

---

76 Rep. *a few years since* (1807) *in Bowldownfield in the parish of Lasborough* prope *Kingscot* (*Woodchester*).

D M
SVIICENA
ANNOS
XIIII VIXIT

Rudder p. 515 (inde Goughs Camden 1 p. 404).

---

77 *Woodchester*, pavimentum tessellatum detectum a. 1793 et 1795 intra parietinas villae rusticae.

pueri duo corbem tenentes
BONVM EVENTVM

BIINII *Colite*

S. Lysons reliq. Brit. Rom. 2 pars 1 tab. 23 et in *collection of Gloucestershire antiquities* 1803 tab. 19 n. 3 (inde Sam. Lysons iunior *the Romans in Gloucestershire* p. 43); C. R. Smith *Roman London* p. 53.

Lysons supplementa, quae proposuit probabiliter, non distinxit ab iis quae servata sunt.

XI. DOBVNI.

Worcestershire, Warwickshire, Northamptonshire, Buckinghamshire, Oxfordshire, Berkshire, Hertfordshire.

In regionibus mediterraneis, quas fere occupant hodierni comitatus, quorum nomina supra scripta sunt, vitae Romanae reliquiae multo minus frequentes, quam in regionibus magis occidentalibus, quas modo recensuimus, repertae sunt, tituli paene nulli. Unde visum est dispersa per hunc tractum testimonia aevi Romani uno capite comprehendere. Inscripsi autem capiti huic Dobunorum nomen (Ptolem. 2, 3, 25) eo magis consilio, ut ne deesset illi proprium vocabulum, quam quod omnem istam regionem occupatam olim esse crediderim a populo illo; nam quae magis ad orientem spectant partes eius ad Catuvellaunos quoque et Atrebates aliosque videntur pertinuisse. Neque vero omnino gentium illarum sedes vetustas a Ptolemaeo memoratas certis finibus circumscribere licet.

Worcestershire adscribi solet, nec sine quadam probabilitate illud, Cornaviis (Ptolem. 2, 3, 19). Certa vero ibi oppida Romana non habemus; quanquam fieri potest, ut ipsum *Worcester* ex castro aliquo Romano originem ceperit, cum nomen id indicet atque nummi sane Romani ibi dicantur interdum reperti esse (cf. V. Green *the history and antiquities of the city and suburbs of Worcester*. Lond. 1796 4.; Goughs Camden 2 p. 469. 477; *sketch of the antiquities of the ancient city of Worcester*. Lond. s. a. 8.). Viae tamen Romanae (*the Ickenield Street*) supersunt vestigia conspicua unumque eius repertum est miliarium ad *Kempsey*. Quaecunque praeterea reperta sunt in toto comitatu observata illa passim a *Tredway* Nash (*the history and antiquities of Worcestershire*. Lond. 1782—1799 3 voll. fol.), ea nuper diligenter composuit *Jabez* Allies (*on the ancient British, Roman and Saxon antiquities of Folk-lore of Worcestershire* ed. II Lond. 1852 8.; cf. I. A. Dunkin *Brit. archaeol. assoc., Worcester meeting* 1848. Lond. 1851 8. et *archaeol. journ.* 19, 1862 p. 372 *catalogue of the temporary museum 1862*).

Ex comitatu *Warwick*, per quem via eadem Romana atque in *Worcestershire* pergebat, ne miliarii quidem adhuc prodierunt; non desunt autem ibi consolita vitae Romanae vestigia (cf. W. Dugdale *the antiquities of Warwickshire* cet. Lond. 1656 fol., ed. III Lond. 1730 2 voll. fol.; B. Bartlett Manduessedum Romanorum *being the history and antiquities of the parish of Manceter* cet. Lond. 1791 4.; Goughs Camden 2 p. 449 ss.; Archaeologia 17, 1814 p. 332; C. R. Smith collect. ant. 1, 1848 p. 33 ss.; *archaeol. journ.* 5, 1848 p. 217 ss. 328 ss.)

Per *Northamptonshire* duarum viarum itinera ducebant, *Watlingstreet* et *Erminestreet* vulgo dictarum (cf. Bridges 1 p. 3. 585. 2 p. 490. 599; *Kennet* Gibson *a comment upon part of the fifth journey of Antoninus* cet. Lond. 1800 4., ed. II Lond. 1819 4.; Goughs Camden p. 265. 272 ss.); tamen singularum mansionum situs nondum ita licuit definire, ut omnis dubitatio evanuerit. Qua de re in capite viarum publicarum dicendum est. Castrorum vero Romanorum, item villarum rusticarum vestigia hic quoque reperta sunt variis locis (cf. I. Morton *the natural history of Northamptonshire* Lond. 1712 fol. p. 498. 527 ss.; Vetusta monumenta 1, 1747 n. 32; Ioh. Bridges *the history and antiquities of Northamptonshire* ed. P. Whalley Oxon. 1791 2 voll. fol. 1 p. 519. 566. 571. 2 p. 181. 190. 194; Goughs Camden locis modo indicatis; G. Baker *the history and antiquities of the county of Northampton*. Lond. 1822. 1830 2 voll. fol. 1 p. 345 s. 396; G. Butler Archaeologia 30, 1844 p. 125; C. R. Smith *assoc. journ.* 1, 1845 p. 1 ss.; collect. ant. 1, 1848 p. 113; C. H. Hartshorne Archaeologia 32, 1847 p. 1 ss.; E. Pretty *assoc. journ.* 5, 1850 p. 126. 7, 1852 p. 107; B. Botfield Archaeologia 35, 1853 p. 383); ex duobus autem eorum tantum adhuc prodierunt tituli. Alterum *Irchester* est prope *Wellingborough* (cf. Goughs Camden 2 p. 282), ubi prodiit titulus stratoris consularis (n. 78), alterum *Chasterton* (n. 79). Longe melius vero quam duo illa notum est tertium ad *Castor* (vel *Caistor*) prope *Peterborough* situm; ibi enim effossiones institutae sunt quaeque ex iis prodierunt accurate illustravit E. T. Artis (Durobrivae *of Antoninus identified, a series of plates* cet. Lond. 1828 fol., tabulas aeri incidit eleganter G. Scharf); sunt autem praeter miliarium unum imperatoris Floriani patellarum tantum fragmina, quibus nuper accessit vas plumbeum inscriptum. Castrum vero illud num re vera putandum sit non

diversum esse a Durobrivis itinerarii (p. 475, 1) hic non diiudico; mensurae quidem a Lindo colonia computatae videntur in universum convenire, sed miliarium illud numero LI signatum ubi steterit incertum est.

In universo *Buckingham* comitatu praeter villarum rusticarum et sepulcrorum vestigia non multa (cf. Goughs Camden 2 p. 39; G. Lipscomb *the history and antiquities of Buckinghamshire.* Lond. 1847 4 voll. 4. passim; I. Y. Akerman Archaeologia 34, 1852 p. 21 s.; H. Lapton apud C. R. Smith collect. ant. 4, 1857 p. 155) uno tantum loco repertae sunt tabellae votivae argenteae quaedam (n. 80—82), quae sacelli alicuius situm ibi fuisse videntur indicare; nam errore ad insignia militaria eas pertinuisse suspicatus est editor Sam. Lysons.

Similiter in *Oxfordshire* variis locis prodierunt prodeuntque reliquiae Romanae (cf. in universum post Camdenum R. Plot *natural history of Oxfordshire* Oxon. 1677 fol., ed. II ibid. 1705; *White* Kennet *parochial antiquities attempted in the history of Ambrosden, Barcester* cet. Oxon. 1695 4.; Goughs Camden 2 p. 3. 14; Archaeologia 27, 1838 p. 298. 32, 1847 p. 392; *archaeol. institute, Oxford meeting 1850*, Lond. 1854 8.), ut villarum prope *Stunsfield* (cf. I. Pointer *an account of a Roman pavement lately found at St.* cet. Oxon. 1713 8.), *Northleigh* (cf. Skeltons *engraved illustrations of the principal antiquities of Oxfordshire, from original drawings from* F. Mackenzie. Oxon. 1823 fol., *Wotton hundred* p. 10. 13), *Wheatley* (cf. *assoc. journ.* 2, 1846 p. 350. 3, 1846 p. 116. 4, 1847 p. 74), castrorum in *Alchester* (cf. I. Dunkin *the history and antiquities of Bicester .. to which is added an inquiry into the history of Alchester.* Lond. 1816 8.; *assoc. journ.* 12, 1856 p. 176) et aliis locis (cf. A. Beesley *the history of Banbury* cet. Lond. 1841 8.; O. Halliwell *archaeologist* I 2, 1847 p. 1 ss.; Dr. Giles *history of Bampton* cet. ed. II Lond. 1848 8. et eiusdem *history of Witney* cet. Lond. 1852 8.). Sed in solo *Dorchester*, quod cuinam oppido veteri respondeat incertum est, titulus prodiit unus (n. 83) a milite positus. Oxonii in florentissima studiorum sede inter titulos Graecos et Latinos multos ex longinquis regionibus ibi congestos vix unus alterve est in Britannia repertus (n. 23 168) editusque cum illis a Seldeno, Prideaux, Maittaire, Chandler. In museo Ashmoleano servantur praeterea reliquiarum per regiones illas detectarum specimina selecta (cf. P. B. Duncan reliquiae Romanae *or specimens of the arts of the Romans found in England and Wales.* Oxon. 1836 8.); sed patellae tantum aliquot inscriptae nobis inde profuerunt.

De *Berkshire* comitatus antiquitatibus post Camdenum, Eliam Ashmole (*the antiquities of Berkshire.* Lond. 1719 3 voll. 8., ed. II Reading 1736 fol.), Thomam Hearne (*a letter containing an account of some antiquities between Windsor and Oxford.* Oxon. 1725 8. et in Lelandi itin. ed. III vol. 5 p. 127 ss.) eaque quae Ric. Gough Camdeno addidit (1 p. 213. 222 ss.) egerunt H. Beeke (Archaeologia 15, 1806 p. 179) et nuper comes de Carnarvon et T. I. Pettigrew (*assoc. journ.* 16, 1860 p. 1 ss.). Adde de equi imagine formae et magnitudinis mirificae (longa enim est pedes 325) excisa ex solo rupis calcariae prope *Ashdown*, quam *the white horse* dicunt et ad Aelfredi regis victoriam de Danis reportatam referunt, libellos mutuos irae plenos Francisci Wise (*letter to Dr. Mead concerning some antiquities in Berkshire.* Oxon. 1738 4. et *further observations upon the white horse and other antiquities in Berkshire.* Oxon. 1742 4.) et Georgii North (Philalethes Rusticus, . . *refutation of Mr. Wise.* Lond. 1739 4. et *an answer to . . Mr. Wise's letter to Dr. Mead.* Lond. 1741 4.; praeterea Goughs Camden 2 p. 222; Archaeologia 31, 1846 p. 298 et T. I. Pettigrew *assoc. journ.* 16, 1860 p. 30), item qui de singulis locis scripserunt, ut de *Basildon* eiusque pavimento C. R. Smith (Archaeologia 28, 1840 p. 447, collect. ant. 1 p. 65), Guil. Hensett (*the history and antiquities of the hundred of Compton* cet. Reading 1844 8.), alii (Archaeologia 19, 1821 p. 96 ss.; *the history and antiquities of Newbury* cet. Lond. 1839 8.; *archaeol. journ.* 4, 1848 p. 279 ss.; *assoc. journ.* 16, 1860 p. 70 ss.). Viarum Romanarum vestigia diligenter, ut solet, Gough composuit (1 p. 227); idem tituli meminit unici in regione illa reperti (1 p. 238) et editi a Ier. Milles (Archaeologia 2, 1773 p. 129 tab. 13 fig. 9), qui est saeculi XII.

Ad *Hertfordshire* pertinent Verulamii, quod fuit regis Cassivellauni oppidum (cf. Caes. bell. Gall. 5, 21; Tacit. ann. 14, 33; Ptolem. 2, 3, 21; itin. Anton. p. 471, 3. 476, 8. 479, 8; Rav. 5, 31 p. 429, 11), reliquiae extantes prope *St. Albans* (cf. Goughs Camden 2 p. 61. 71; Vetusta Monumenta 1, 1747 n. 8; I. Yates *archaeol. journ.* 22, 1865 p. 299), ubi nuper theatri Romani vestigia detecta sunt (R. Grove Lowe *description of the Roman theatre at Verulam.* Lond. 1848 8. cf. *archaeol. journ.* 4, 1848 p. 327; *assoc. journ.* 4, 1849 p. 187; Th. Wright *wanderings* p. 42); tituli vero nulli. In aliis quoque eius comitatus locis variis antiquitates effodiuntur (cf. in universum praeter Camdenum et Ric. Gough 1 p. 59. 65 Henr. Chauncey *the history and antiquities of Hertfordshire.* Lond. 1700 fol.; N. Salmon *the history of Hertfordshire* cet. Lond. 1728 fol.; Rob. Clutterbuck *the history and antiquities of the county of Hertford.* Lond. 1815—1827 3 voll. fol.; adde quae observantur in Archaeologia 17, 1814 p. 335; 24, 1832 p. 350. 351; 26, 1836 p. 368; 27, 1838 p. 484; 35, 1853 p. 56 et in *proceed. of the soc. of antiq.* 4, 1859 p. 285); sed patellarum tantum titulos inde enotandos habuimus. Uno tantum loco, qui est prope *Barkway* (versus meridiem a *Royston* oppido, quod Stukeleii commentis notum est, cf. eius origines Roystoniae Lond. 1743/6 4. quaeque contra eas scripsit C. Parkin Lond. 1744 et Norwich 1748 4.), reperta sunt sigilla et laminae tam aeneae quam argenteae ex parte inscriptae (n. 84—86); sed possunt illae casu huc delatae esse, quanquam viae Romanae (*Erminestreet*) tramitem ibi prope esse observaverunt editores.

78 *Irchester* prope *Wellingborough* rep. c. a. 1853 in situ castrorum Romanorum. Est lapis longus ped. 3 dig. 6, altus ped. 1 dig. 8. Servatur Londinii in museo Britannico dono Guil. Allen. Litterae sunt grandes, sed non bonae, saeculi secundi.

D · M · S ·
ANICIVS · SATW
STRAT⊙ · ⊂S · M · S · F

D(is) M(anibus) s(acrum). Anicius Saturus strator co(n)s(ularis) m. s. f(ecit)

Descripsi. C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 251. Cognomen potest etiam fuisse *Saturn(inus)*. Quid M·S significet ignoro; vix enim erit *m(onumentum) s(ibi) f(ecit)*. [Potest esse *M(oesiae) s(uperioris)*. Th. M.].

79 *Chasterton* (indicari videtur aut *Great Casterton* prope *Stamford*, aut *Chesterton Lordship* a *Castor* versus meridiem situm in *Huntingdonshire*) rep. (ante a. 1828) in situ castri (*in removing a part of the old wall on the north side of the fortified ground*). Litteris bonis.

MARTO

Artis Durobrivae tab. 15 fig. 1.

80 *Stony Stratford*, lamella argentea quadrata (alta m. 0.05, lata 0.04). Litterae sunt tenues et fugitivae. Servatur Londinii in museo Britannico.

D E O
IOVI ET VOLCA
V A S S I N V S
C V M/ V E L L I
5 N T M E C O N
S A C R A T V M
C O N S ЭR V A I E
P R O M I S I D E N A
R I O S S I X P R O V O
10 T O S AR E S T

Deo Iovi et Volca(no) Vassinus. Cum vellint me consacratum conserva[re], promisi denarios s[e]x pro voto .....

Contuli. Lysons rel. Brit. Rom. 2 tab. 39 fig. 7. 4 Lineola obliqua post M litteram videbatur fortuita esse. 7 CONSIRVAI Lys.; E minuta in fine incerta est. 10 R incerta est. Latetne *sa[lutis r]est(itutae)*?


81 Fragmentum lamellae argenteae insuper fastigatae, rep. et serv. una cum praecedente in museo Britannico, ubi ego tamen non vidi. Litterae punctis formatae sunt.



Deo Ma[rti] s(acrum) A . . . . . nus . . .?

Lysons rel. Rom. 2 tab. 39 fig. 10.

82 Pars lamellae aeneae insuper arcuatae, litterae ex punctis formatae sunt. In museo Britannico.



Doe (pro *deo*?) *Mar(ti)*? . , *s . . mi* (aut *an*?) . . *s . . l*

Contuli. Lysons rel. Brit. Rom. 2 tab. 39 fig. 9.

83 *Dorchester*, rep. a. 1730 *in digging a sawpit behind the lion inn, on the westside of the town.* Ara alta p. 3, lata p. 2 dig. 9, servabatur in *Little Wittenham*, quod praedium erat Georgii Oxenden baronis. Num adhuc extet ignoro.

I · O · M
ET NMINB · AVG
M · AR · SEVERVS
· B · CS ·
ARAM · CVM
CANCELLIS
· D · S · P ·

Horsley p. 339 *Oxfordsh.* 1 cf. I. Ward apud eundem p. 352 (inde Wesseling ad itinerar. p. 483; ex hoc Mur. 12, 4; ex Horsleio item per Bimardum Mur. 130, 1; Goughs Camden 2 p. 28 et 1 tab. 17 fig. 11; ex Mur. et Saxii miss. 1 p. 39 Orell. 1806); Skelton *illustrations of Oxfordshire* (1823), *Dorchesterhundred* p. 2.

Cf. Henzen 5786 *cancellis circumdatis*, 6774 *aram et aediculam cum columnis et cancellis*.

Nomen solvi solet *Vari(us)*; sed fuit fortasse *Vatr(ius)*.

84 85 86 In *Rooky Wood* (*Rockley Wood* GOUGH) prope *Nucelles in Barkway parish, Hertfordshire*, in fodina calcaria a. 1743 reperta sunt sigillum Martis gradientis aeneum (altum dig. 7), lamella aenea non scripta, septem lamellae argenteae inauratae, in quarum tribus Martis item signum opere anaglypho inter varia ornamenta conspicitur, in duabus Volcani, in reliquis ornamenta. Secundum formas quae folia vel flores exprimunt, lamellas ad signa militaria pertinere iudicavit LYS., sed hoc valde incertum est. Servantur in museo Britannico; litterae punctis indicantur lectuque difficiles sunt.

84 Folium altum dig. 21, latum 10

In tabella ansata:
MARTI
TOVTATI
TI · CLAVDIVS PRIMVS
ATTII · LIBER
V · S · L · M

85 Folium altum dig. 8, latum circiter 4

Mars armatus stans intra aediculam
Infra in tabella ansata titulus scriptus est
D · MARTI · ALATORI
DVM · CENSORINVS
GEMELLI · FIL
V · S · L · M

86 Lamina Volcani imagine insignita, *in tabella ansata*
MVLco

Contuli meaque causa denuo inspexerunt Aug. Franks et A. S. Murray amici Londinienses. J. Ward *philos. transact.* 43, 1745 p. 349 ss. tab. I II (inde Goughs Camden 2 p. 65) qui n. 86 omisit; D. Lysons rel. Brit. Rom. 2 tab. 40 et 41 fig. 2 et 4 (inde *Annales encyclopéd.* 5, 1818 p. 153 n. 84 tantum); Smart Lethieullier ms. 2 f. 99. 100 accurate.

84, 2 IOVIALI Ward de Diocletiano cogitans, IOVIATI Lys. LOVTATI Leth. T primam perspicuam esse affirmant amici. 3 TB Ward, TP Lys. Teutates sine dubio a Marte hoc Toutate non diversus ex Lucano 1, 445 notus est. Cf. C. I. L. 3, 5320.

85, 1 ALATOR Ward de castris Alatorum cogitans. ALATORI Lys. Videtur ita legenda *d(eo) Marti Alatori Dum(nonius?) Censorinus Gemelli fil(ius) v. s. l. m.* 86 ΛVΛZ<O Lys.

XII. CAMVLODVNVM,
COLONIA VICTRIX
(Colchester).

Accedunt *Essex, Suffolk, Norfolk, Cambridgeshire, Bedfordshire, Huntingdonshire.*

Camalodunum Britanniae oppidum primum a Plinio (n. h. 2 § 187) ex commentariis fortasse Agrippae memoratur. Dio deinde (60, 21) anno p. C. 43 Claudium post devictos ad Tamesim Britannos τὸ Καμυλόδουνον, τὸ τοῦ Κυνοβελλίνου βασίλειον cepisse refert. Ex Taciti autem narratione Ostorium Scapulam, consularium Britanniae secundum, *redegisse paullatim in formam provinciae proximam partem Britanniae additamque insuper veteranorum coloniam* (Agric. c. 14) deducendum est; atque ibi quidem nomen eius non addidit. Accuratius vero idem refert in annalibus (12, 32), scilicet anno p. C. 51, cum Iceni, Brigantes, Silures rebellassent, per P. Ostorium legatum *coloniam Camulodunum* (ita hic et deinceps liber Mediceus) *valida veteranorum manu deductam in agros captivos, subsidium adversus rebelles et inbuendis sociis ad officia legum.* Plura deinde de ea disserit ubi Boudiccae Icenorum reginae contra Suetonium Paulinum, legatum Neronis, rebellionem narrat (a. p. C. 61; cf. supra cap. XI p. 32). Ait enim *in coloniam Camulodunum recens deductos veteranos incolas domibus expulisse, agris exturbasse, captivos servos eos appellando, foventibus inpotentiam veteranorum militibus similitudine vitae et spe eiusdem licentiae* (ann. 14, 31). Denuo igitur veterani eo deducti erant; tamen praeterea etiam praesidium erat militare, cum milites ibi in castris fuissent quamvis pauci. Pergit Tacitus ita: *ad hoc templum divo Claudio constitutum quasi arx aeternae dominationis aspiciebatur; delectique sacerdotes specie religionis omnis fortunas effundebant.* Addit deinde coloniam fuisse nullis munimentis saeptam, *quod ducibus Romanis parum provisum esset dum amoenitati prius quam usui consuleretur; delapsum* denique *nulla palam causa Camuloduni simulacrum Victoriae ac retro conversum, quasi cederet hostibus*, aliaque portenta observata esse, antequam *modica quae inerat militum manus* una *cum haud amplius ducentis a Cato Deciano procuratore in auxilium missis, sed sine iustis armis,* qui in templum se conglobavissent, biduo obsessi essent expugnatique. Templi illius Camulodunensis festive memoriam fecisse Senecam in divi Claudii ἀποκολοκυντώσει (c. 8 *parum est quod templum in Britannia habet? quod hunc barbari colunt et ut deum orant μωροῦ εὐιλάτου τυχεῖν?*) dudum observatum est. Cum a Claudii legato primum, ut videtur, veterani Camulodunum in coloniam deducti essent (Tacit. ann. 12, 32), Claudiae ei nomen fuisse vulgo creditur;

certa tamen eius nominis testimonia desunt. Victricensis autem colonia appellatur in titulo urbano saeculi, ut videtur, secundi *Cn. Munatii M. f. Pal. Aurelii Bassi proc(uratoris) Aug(usti)*, qui inter alia etiam fuit *censitor civium Romanorum coloniae Victricensis quae est in Brittannia* (sic) *Camaloduni* (Orell. 208, Kellermann Vig. 70, 271). Cognomen hoc derivari solet a legionibus Claudianis XIV Martia victrice aut XX Valeria victrice. Illa vero decem fere annis post demum cognomen illud videtur adepta esse (cf. quae adnotavi ad titulos Viroconienses infra n. 154. 155), huius quanquam Camuloduni reperti sunt tituli duo, scilicet militum duorum sepulcrales (n. 90. 91), tamen tegulae desunt, videturque illa castra principalia habuisse Devae (v. cap. XVII). Magis crediderim veteranos Camulodunum deductos esse tam quartadecumanos quam vicensimanos reliquarumque legionum Claudianarum II Augustae et VIIII Hispanae, in castris vero ibi fuisse vexillationes vel unius ex illis vel plurium vel etiam omnium. Itaque victricis cognomen colonia a legione accepisse non potest, potest autem a Claudii victoria, quam imagine eius deae in arce puto ad divi Claudii templum collocata vidimus ibi fuisse celebratam. Unum fatendum est, nescire nos ubinam fuerint castra *quartadecumanorum, domitorum Britanniae* (Tacit. hist. 5, 16) et apte sane conici posse, fuisse eos collocatos in devicti regis olim sede, antequam in Germaniam avocati sunt a. p. C. 70 (Tacit. hist. 4, 68. 76), unde non redierunt in Britanniam. Tamen cum certa stativorum testimonia tegulae legionis eius nondum prodierint, certi nihil de hac re statui posse apparet. Nomen vero oppidi vetustum eiusdem stirpis esse atque Camuli Gallorum et Britannorum dei cum Marte Romanorum componi soliti recte a multis observatum est; unde Camulodunum nominis forma a testibus optimis et fere vetustioribus probata praeferenda est Camaloduni formae Plinii et tituli, quem supra attuli, item nummorum omnium (Evans *ancient brit. coins* p. 291); quanquam illud quoque conici potest, Camali nominis formam fuisse barbaram magis et antiquiorem, Camuli ad usum Latinum magis accommodatam. Etenim Ptolemaei quoque scriptura corrupta Καμυδόλανον (2, 3, 22) illi potius favet; itinerarii Antoniniani (p. 480, 4) libri scripti aut *Camoloduno* habent aut *Camuloduno* aut formas varias corruptas, quarum nulla *a* vocalem iterat, altero vero eiusdem itinerarii loco simplici *coloniae* vocabulo designatur (p. 474, 4); apud Ravennatem denique scriptum est (5, 31 p. 429, 14) *Manulodulo colonia*. Situm vero eius convenire omnino cum hodierno *Colchester* pro certo atque explorato habendum est; quanquam fuerunt inter viros doctos Anglos suntque fortasse hodie quoque qui (cum Camdeno et Horsleio) *Maldon* oppidum aliquanto minus procul a Londinio distans propter situm magis maritimum et nominis similitudinem incertam iudicent praeferendum esse; nam Rogeri Gale opinionem de *Walden* cogitantis nemo fere secutus est. Dirimunt enim mea quidem opinione quaestionem diu agitatam (cf. Goughs Camden 2 p. 123. 135; Th. Walford Archaeologia 16, 1812 p. 145 ss.; Cromwell p. 359 ss.; H. Jenkins Archaeologia 29, 1842 p. 243 ss.; Th. Wright *Essex* 1 p. 293; C. R. Smith *assoc. journ.* 2, 1847 p. 29 ss.) loci ipsius opportunitas, murorum reliquiae conspicuae (quanquam ineptum est in ipso castelli hodierni situ templum divi Claudii collocare, qua de re scriptionibus quibusdam peculiaribus disputarunt H. Jenkins et E. Cutts), pavimenta (Vetusta monumenta 3, 1796 n. 13), aedificia varia (Ios. Parish *Essex archaeol soc.* 4, 1866 p. 53), artis opera elegantissima ibi effossa (velut sigilla Mercurii Iovis novi anni aenea, capita item aenea Sileni et Gai Caesaris, vasa cretacea varia; cf. C. R. Smith Archaeologia 30, 1844 p. 548, collect. ant. 2, 1852 p. 25 ss.; C. T. Newton ibid. 31, 1846 p. 443; Archaeologia 32, 1847 p. 404; *assoc. journ.* 2, 1847 p. 364 ss. 4, 1849 p. 60 et 5, 1850 p. 85. 91. 133; *Essex archaeol. soc.* 2, 1859/62 p. 56; Catal. n. 253—255), nummi Cunobellini aliorumque regulorum frequentes item per has regiones (Evans *ancient British Coins* p. 288), denique tituli hi ipsi quamvis pauci, quos hoc capite composui. Nomen hodiernum ex coloniae castro effecisse Anglosaxones statuitur probabiliter. Accedunt instrumenti domestici tituli suis locis recensendi, inter quos excellunt vas argillaceum, in quo venatio repraesentatur adscriptis gladiatorum nominibus, et poculum vitreum ludis circensibus itemque nominibus aurigarum distinctum; nam ea quoque oppidum ibi fuisse non ignobile aliqua ratione significant. Quod vero tam pauci adhuc ex coloniae illustris patrietinis tituli prodierint casui partim tribuendum est, partim eo referendum, quod coloniae illae militares vetustae, uti in aliis provinciis, ita in Britannia quoque paene desertae videntur esse postquam eae regiones, ad quas domandas erant constitutae, in pace perseverarunt. Id quod in Glevum coloniam cadere supra vidimus et videbimus infra redire in Lindo colonia. Isca enim et Deva, ut de oppidis magis versus septentriones sitis nihil dicam, paullo aliter sunt comparatae; id quod suo loco explicabimus.

Titulos Camulodunenses praeter unum, qui periit (n. 87), vidi omnes; referunt eos scriptores patrii Thom. Cromwell (*history and description of the ancient town and borough of Colchester in Essex.* Lond. 1825 8.) et Thom. Wright (*the history and topography of the county of Essex.* Lond. 1831—1835 2 voll. 4.); unus (n. 92) per Disneium Cantabrigiam venit in museum publicum, ubi servatur. Reliqui in museo oppidi adservantur a societate archaeologica comitatus *Essex* potissimum condito (cf. eius catalogus et scripta societatis, quorum vidi volumina I ad IV annorum 1855 ad 1863).

Inter eius regionis locos varios, in quibus repertae sunt vitae Romanae reliquiae, eminet *Chesterford*. Lapidem anaglypho ornatum sed non scriptum inde refert Horsleius (p. 331 *Essex* 1; Goughs Camden 2 p. 141); tempore recentiore non paucae inde prodierunt varii generis antiquitates (cf. A. Way Archaeologia 31, 1846 p. 475 et R. C. Neville s Lord Braybrooke ibid. 32, 1847 p. 350). *Icenos* itinerarii Antoniniani mansionem Horsleius ibi collocavit itemque nuper Arthurus Taylor (*ancient topography of he Eastern Counties of Britain* cet. Lond. 1869 4. p. 79), quem miror hodie etiam decipi se passum esse fraudibus Ricardi Corinensis; nomen autem castris illis certum tribuere nondum licet. De huius comitatus reliquis locis, in quibus similia vestigia detecta sunt, dixerunt praeter Philippum Morant (*the history and antiquities of the county of Essex.* Lond. 1768 2 voll. fol.) et Ric. Gough (Goughs Camden 2 p. 119. 127; cf. eiusdem Ric. Gough *the history and antiquities of Pleshy.* Lond. 1803 4.) varii (cf. Archaeologia 5, 1779 p. 137. 14, 1803 p. 24. 61. 16, 1812 p. 364. 19, 1821 p. 409. 32, 1847 p. 402; *archaeol. journ* 3, 1846 p. 162; *proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 2, 1863 p. 184. 247). Inprimis autem meritus est Ric. C. Neville, postea Lord Braybrooke, tam scriptis variis quam effossionibus institutis et conditis collectionibus (cf. eius *the history of Audley End, to which are appended notices of the town and parish of Saffron Walden.* Lond. 1836 4.; Antiqua explorata, *being the result of excavations made . . in and about the Roman station at Chesterford.* Saffron Walden 1847 8.; Sepulchra antiqua, *or, an account of the opening of barrows with remarks upon antiquities discovered near Audley End.* Saffron Walden 1848 8. cf. *assoc. journ.* 3, 1848 p. 173 et *archaeol. journ.* 4, 1848 p. 236; *an abridged catalogue of the Saffron Walden Museum.* Saffron Walden 1845 8.; cf. *assoc. journ.* 1, 1845 p. 267 et 3, 1848 p. 208). Ipse loca illa non adii.

Ex comitatu *Suffolk* praeter nuper repertum n. 93*a* tituli nulli prodierunt, alius vero generis reliquiae Romanae non paucae (cf. Goughs Camden 2 p. 151. 159; Vetusta monumenta 4, 1815 n. 5; Archaeologia 23, 1831 p. 349. 25, 1834 p. 609. 27, 1838 p. 359; A. Suckling *the history and antiquities of the county of Suffolk.* Lond. 1847/8 2 voll. 4.; *assoc. journ.* 4, 1849 p. 195; C. R. Smith collect. ant. 4, 1857 p. 95; *proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 2, 1863 p. 177), praesertim ad *Burgh Castle* (cf. Suckling 1 p. 328; *proceed. of the soc. of antiq.* 2, 1855 p. 227), ubi Gariannonos notitiae imperii (p. 81* 5 *praefectus equitum Stablesianorum Gariannonensium Gariannonorum*) inde a Camdeni tempore quaeritur (cf. I. Ives *remarks upon the* Garianonum *of the Romans* cet. Lond. 1774 8. ed. II ed. Dawson Turner. Yarmouth 1803 8.), in *Eastlow Hill* prope *Rougham* (cf. Prof. Henslow *account of the Roman antiquities found at Rougham.* Bury St. Edmunds 1843 8. et 1844 8. cf. *archaeol. journ.* 21, 1864 p. 134), prope *Haughley* et *Stowmarket* (cf. A. G. H. Hollingsworth *the history of Stowmarket* cet. Lond. 1844 4. p. 3 ss.), in *Southwold* (cf. Rob. Wake *Southwold and its vicinity.* Yarmouth 1839 8. p. 205). Colliguntur eae et explicantur a societate archaeologica peculiari (*the Bury and West Suffolk archaeological institute*; vidi actorum eius volumina duo annorum 1853 et 1854; cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 399).

Aliquanto plura, sed tituli item nulli, ex *Norfolk* innotuerunt (cf. Goughs Camden 2 p. 175. 183; Thom. Browne hydriotaphia: *urnburiall, or a discourse of the sepulcral urns lately found in Norfolk* cet. Lond. 1658 8.; Archaeologia 12, 1796 p. 132. 14, 1803 p. 1. 16, 1811 p. 354. 18, 1815 p. 436. 22, 1829 p. 412. 422. 29, 1842 p. 389. 34, 1847 p. 64); in primis de iis meritus est Samuel Woodward (*a descriptive outline of the Roman remains in Norfolk* Archaeologia 23, 1831 p. 358 ss.; cf. idem et W. E. Ewing et Dawson Turner *the Norfolk topographers manual* cet. Lond. 1842 8. et liber a filio huius editus *the history and antiquities of Norwich castle.* Lond. 1847 4). Ad *Caister* (sive *Caistor*) omnes fere fuisse putant Ventam Icenorum Ptolemaei (2, 3, 21; ubi errore scriptum est Σιμώνοι pro Ἰκήνοι), itinerarii Antoniniani (p. 479, 10) et Ravennatis (5, 31 p. 430, 1 *Venta Cenomum*; cf. inter alios Dawson Turner *sketch of the history of Caister castle, Norfolk.* Lond. 1842 8. et Hudson Gurney *letter to Dawson Turner Esq. on Norwich and the* Venta Icenorum. Norwich 1847 8. cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 402 et 14, 1858 p. 123 ss.). Reliquorum locorum a geographis veteribus nominatorum situs nondum licuit certo definire (cf. R. Hart *account of some Anglo-Roman antiquities lately discovered at Felmingham* 1845 8. et eiusdem *the antiquities of Norfolk: a lecture delivered at te Norfolk and Norwich Museum* cet. s. a 8.; cf. *assoc. journ.* 2, 1847 p. 127; *archaeol. assoc., Norwich Meeting* 1847, *memoirs illustrative of the history and antiquities of Norfolk and the city of Norwich.* Lond. 1851 8.; T. I. Pettigrew ibid. 14, 1858 p. 1 ss. aliique; R. Fitch *Norfolk archaeol. soc.* 4, 1855 p. 232 et *assoc. journ.* 14, 1858 p. 123. 193. 305), quanquam hic quoque societas archaeologica effossionibus institutis studiis illis laudabilem navare coepit operam (*the Norfolk and Norwich archaeological society*; vidi volumina scriptorum eius quinque, annorum 1847 ad 1855; cf. *assoc. journ.* 10, 1853 p. 372). Titulum urnae cretaceae ad *North Elmham* repertae inscriptum (n. 94) non posui inter suspectos propter causas ibi expositas. A Greville I. Chester accepi in *Sheringham Hall, Cromer, Norfolk* apud H. R. Upcher servari titulum Latinum tabellae marmoreae inscriptum, neque vero verba eius nec utrum ibi repertus sit an ex Italia fortasse vel aliunde advectus potui indagare.

In *Cambridgeshire* praeter instrumenti domestici titulos nonnullos reperti sunt miliarii aliquot servati nunc Cantabrigiae in museo publico (*the Fitz William Museum*) et in collegio Trinitatis, ubi extant marmora Cottoniana, de quibus in praefatione dixi. In museo publico nunc collocata est etiam collectio Disneiana, olim servata in praedio possessoris (*the Hyde* prope *Ingatestone, Essex*). De reliquis antiquitatibus post Camdenum (cf. Goughs Camden 2 p. 211. 219) aliosque (Archaeologia 19, 1821 p. 56 ss. 409; W. Watson *an historical account of the ancient town and port of Wisbech.* Wisbech 1827 8. p. 370) accurate dixit Car. Cardale Babington (*ancient Cambridgeshire, Cambridge Antiquarian society*, 8°. Series N. III Cantabrig. 1853 8.). Titulus laminae aeneae inscriptus in sarcophago quodam Cantabrigiae detecto repertus siquidem omnino titulus est, vix videtur esse aevi Romani; tamen nolui prorsus omittere, sed posui inter suspectos (n. 3 *), ne omnino delitesceret.

De *Bedfordshire* idem fere valet (cf. Goughs Camden 2 p. 47. 52; Archaeologia 8, 1787 p. 377. 25, 1834 p. 606. 27, 1838 p. 96. 28, 18. p. 434. 31, 1846 p. 254; *gent. mag.* ser. II 30, 1848 p. 518; Prof. Henslow *Roman British remains; on the materials of two sepulcral vessels found at Warden, Bedfordshire, Cambridge antiq. soc.* vol. I. Cambridge 1846 4. cf. *assoc. journ.* 2, 1847 p. 213; Frid. Davis *the history of Luton, Bedfordshire.* Luton 1855 8. p. 39); titulos item nullos inde novi.

Denique etiam in *Huntingdonshire* (cf. Goughs Camden 2 p. 247. 252), quanquam ad *Godmanchester* (cf. Rob. Fox *the history of Godmanchester in the county of Huntingdon.* Lond. 1831 8.) et ad *Caster* sive *Chesterton* (Gough p. 257) castrorum Romanorum reliquiae dicuntur superesse conspicuae, tituli nulli reperti sunt.

Totam illam partem Britanniae maxime orientalem me non peragrasse consentaneum est, cum tituli paene nulli ibi reperti sint.

87 *Colchester*, rep. a. 1764 d. Nov. 14. Periit.

NVMINIB
AVG
ET MERCV·DEO
ANDESCOCI
VOV CO]:: MI
LICO' AESVBI
LINI LIBERIVS
ARAM OPERE
MARONIO
D S D

Ph. Morant misit societati antiq. Londiniensi; exemplum eius, quod propono, meum in usum transcripsit C. Knight Watson; Fausset invent. sep. append. p. 213 cui misit Ducarel medicus (eodem exemplo Goughs Camden 2 p. 137). V. 5. 6 VOV COMI|LICO AESVRI, 7 LIBERTVS Ducarel; ad versus 6 litteram paenultimam Morant adnotavit *this letter looks like a B.* Idem A litterae formam hanc A ubique servavit solus.

88 *Colchester*, rep. a. 1821 in situ nosocomii, sphinx lapidea alis elevatis sedens supra ossa humana. Servata in museo. Basis longa est dig. $25^1/_2$, lata 10; sphinx ipsa alta dig. 25; in basi cernitur littera infra scripta, alta circiter dig. 5.

S

Contuli et genuinum esse iudicavi opus integrum et litteram inscriptam; E. W. Auriol Drummond Hay *a letter to the Committee of the Essex and Colchester General Hospital upon the recent discovery, at that place, of a beautiful monument of Roman sculpture, representing the Theban Sphinx.* Colchester 1821 8. (quam dissertationem non vidi, sed ex C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 37 tantum novi); *Essex archaeol. soc.* 1, 1855 p. 64; Catal. p. 12, 217. Editores adnotant a. 1820 ibidem repertum esse sigillum sphingis aeneum, item sphingem cerni in nummis quibusdam regis Cunobelini argenteis et aeneis (cf. Evans *ancient brit. coins* p. 311. 338 tab. X fig. 9. XII fig. 9.

89 *Colchester*, rep. *at the Colchester Union, on the Balkerne Hill* cum instrumentorum ad sacrificia, ut aiunt, pertinentium reliquiis variis; est littera singularis aenea et inaurata, olim in marmore infixa, alta dig. 8, forma optima.

V

Vidi. Catal. p. 16, 256.

90 *Colchester*, cippus operis elegantis, rep. a. 1868. Litterae videntur esse saeculi prim exeuntis.

centurio stans, lorica cingulo ocreis armatus, sago humeros tectus, d. vitem, l. gladium teneus; ad dextrum latus pugio dependet

M · FAVON · M · F · POL · FACI
LIS · Y · LEG · XX · VERECND
VS · ET · NOVICIVS · LIB · POSV
ERVNT · H · S · E ·


in parte postica:
TVL

M. Favon(ius) M. f. Pol(lia) Facilis, (centurio) leg(ionis) XX. Verecundus et Novicius lib(erti) posuerunt. H(ic) s(itus e(st)

Descripsi ex imagine photographica ab Ioh. H. Pollexfen missa, qui posticae titulum solus vidit Cf. *Archäol. Zeitung* 1868 p. 112; *assoc. journ.* 26, 1870 p. 240.

Tam litterarum forma quam operis anaglyphi elegantia, deinde etiam legio XX cognominibus carens, aevi fere Vespasiani indicia sunt.

91 *Colchester*, rep. a. 1821 in situ nosocomii (CROMW.); fragmentum cippi altum dig. $10^1/_2$, lat. 8. Servatur in museo. Litterae visae sunt saeculi secundi esse.



. . . . . .


(centurio) leg(ionis) . . . ., (centurio) leg(ionis) III Aug(ustae), [(centurio) l]eg(ionis) XX Val(eriae) V[ict(ricis), oriun]dus Nicae[a in Bithyni]a, militavi[t an(nos) . . . ., v]ixit ann(os) [. . . . . .]

Descripsi et supplevi. Cromwell p. 374 in tab. accurate; Th. Wright *Essex* 1 p. 295; Catal. n. 218.

1 VIVIT Cromw., Wright. Mihi elementum primum vix visum est V fuisse. Neque *vivit* vocabulum huc quadrat; latebit cognomen. 3 BIS·⅂·L·L Cromw., BIS·T·LL Wright. 7 A·MLITAVE Cromw., Wright. 9 ERIT Cromw., ERIT . . V Wright.

Quid vv. 2. 3 lateat incertum est.

92 *Colchester*, rep. a. 1821 in situ nosocomii. Servatur Cantabrigiae in museo inter marmora Disneiana; fragmentum est tabulae lapideae, litteris saeculi fere secundi bonis.



Contuli. Cromwell p. 374 in tab.; Th. Wright *Essex* 1 p. 296; mus. Disn. p. 102. Supplementa incerta sunt.

93 *Colchester*, fragmentum tabellae marmoreae rep. a. 1854 in cloacae Romanae parte tum detecta; servatur in museo.



Contuli. Duncan *Essex archaeol. soc.* 1, 1855 p. 210 ss.; Catal. p. 10, 197.

93*a* Rep. ante a. 1867 ad *Martlesham* in comitatu *Suffolk* et nuper delata in museum Britannicum, ubi servatur. Est imago clipeata (forma oblonga scuto simili) hominis (cuius caput et brachia desiderantur) iacentis ex aere facta. In basis lateribus quattuor titulus scriptus est hic, litteris bonis,

DEO·MARTI | COROTIAC | SIMPLICIA | PROCE · V · P · L · M ·

Infra in parte scuti postica nomen artificis scriptum est, litteris rudioribus,

GLAVCVS
PECIT

Descripsi ab A. W. Franks amico exhibitam, qui hominem iacentem hostem esse coniecit a deo Marte aut ab equite aliquo occisum.

94 Urna cretacea inter supellectilem ex sepulcris Saxonicis collectis a Bryan Faussett et servatis in museo olim Mayer nunc publico in Liverpool. Cum urnae duae ad Faussettum delatae essent, ut ipse testatus est in schedula manu sua scripta (Smith p. 121) a. 1767 ex *North Elmham*, *Norfolk*, cumque haec plane similis sit earum, quae reperiri solent in *Norfolk*, SMITH hanc confidenter pronuntiat alteram esse earum; tamen fatetur Faussetum titulum in ea non observasse. Litterae in argilla iam cocta stilo acuto insculptae sunt firmiter et eleganter. Ego in museo illo, quod adii, non vidi.

D M
LAELIAE
RVFINAE
VIXIT · A · XIII
5 M · III · D · VI ·

C. R. Smith collect. ant. 5, 1861 p. 115 ss.; Th. Wright *essays on archaeological subjects* 1 p. 98.

Smith comparat n. 19, sed ipse observat urnam eius esse formae et indolis, quae in sepulcris Saxonum tantum reperiantur.

Quidquid de origine statuatur, titulum ipsum urnamque nullam praebere suspicionis ansam testari possum, postquam Iacobi Yates amicitia effecit, ut ectypum et photographiam utriusque, tituli urnaeque, nanciscerer a domino eorum liberalissimo. Unum tantum non est neglegendum, scilicet litteras, quamvis formae omnino optimae, quadratas esse omnes, neque ullo modo accedere ad cursivas, ut fere solent terrae coctae vel tegulis inscriptae. Tamen ne hoc quidem ut titulum simplicissimum damnemus videtur satis esse. Videndum potius, num recte iudicaverint antiquarii Britanni, cum similis formae et indolis urnas omnes Saxonicae originis esse pronuntiaverint (cf. *Archäol. Zeitung* 1870 p. 79).

XII. ISCA,
LEGIO II AVGVSTA
(Caerleon on-Usk).

Silures, a Plinio iam memoratos (4 § 103), validam et pugnacem gentem (Tac. Agric. 17 cf. 11), a P. Ostorio frustra tentatam (ann. 12, 31. 32. 33) itemque deinde ab A. Didio (ann. 12, 38. 40), a Iulio Frontino demum subactam paullo ante a. 78, quo anno Agricola in Britanniam venit, habitasse in *Wales* hodierni partibus occidentalibus et meridionalibus certum est (cf. Ptolem. 2, 3, 24). Redimus igitur ab occidentali Britanniae tractu ad orientalem, ut ibi quoque dominationis Romanae progressum a meridie versus septentriones prosequamur. Inter castra ad Avonam et Sabrinam fluvios posita (hodie *Avon* et *Severn*), quibus eius regionis gentes cohibere paraverat P. Ostorius (Tac. ann. 12, 31), etiam Isca videtur fuisse. Dubitari enim nequit quin duplici errore ex tabulis fortasse, quas secutus est, derivando apud Ptolemaeum (2, 3, 30) inter Dumnoniorum oppida posita sit Ἴσκα primum et deinde situ paullo ab huius distante Λεγίων δευτέρα σεβαστή. Etenim *Isca* (*Iscae* codd.) *leg. II Augusta* mansio itineris a Moriduno Viroconium (itin. Anton. p. 484, 4) itemque caput viae duplicis a Calleva illuc tendentis per Durocornovium et Glevum (itin. p. 484, 10) et per Aquas Sulis (itin. p. 485, 8), quarum viarum supra meminimus (cap. XIV), *Isca Augusta* Ravennatis (5, 31 p. 427, 2), ab Isca Dumnoniorum (supra cap. I) diversa, non potest non eadem esse atque Ptolemaei illa Isca Silurum. Ceterum in eo fortasse non erraverunt Ptolemaei auctores, quod in loco paullum distante ab Isca, vetere fortasse Silurum oppido, castra legionis ponunt; potuerunt enim illa facile munita

esse non in ipso oppidi situ. Illud autem ignoramus, quando primum stativa collocaverit legio secunda, cum etiam in partibus septentrionalibus diutius morata et ad Hadriani potissimum vallum construendum adhibita sit, ut infra videbimus; Dio certe de suo ipsius tantum tempore loquitur, cum dicat (4, 23) νῦν μὲν γὰρ ἐννεακαίδεκα (στρατόπεδα) ἐξ αὐτῶν (scilicet ex legionibus viginti tribus Augustis) μόνα διαμένει, τό τε δεύτερον τὸ Αὐγούστειον τὸ ἐν Βρεττανίᾳ τῇ ἄνω χειμάζον e. q. s.; ubi significatur Isca sine dubio, ut dixi in praefatione. De situ autem Iscae dubitari omnino non sinunt cum nomen hodiernum *Caerleon*, quod est castri legionis, tum tituli ibi inventi; Iscae autem nomen, etiam olim fortasse tam fluvii quam oppidi, in fluminis *Usk* hodierna appellatione adhuc viget (cf. T. Wakeman Archaeol. Cambr. 3, 1848 p. 228 ss.). Tituli omnes fere ad legionem secundam pertinent; praeterquam enim quod centurias cohortis VII (ubi nomen legionis non additur, utpote de qua non esse possit dubitatio) a solo restitutas videmus sub Valeriano et Gallieno auctoritate summorum magistratuum legati provinciae, legati legionis, praefecti legionis (n. 107), tegulae potissimum legionis quinque ad minimum formis diversis inscriptae ibi inventae stativa eius certissime demonstrant. Praeterea tituli referunt Genium legionis (n. 103), legatos tam provinciae quam legionis (n. 95. 98. 107) cum legato aliquo provinciae Ciliciae (n. 108), praefectos castrorum sive legionis (n. 96. 100. 101. 107), de quibus nuper Mommsenus dixit (*archäol. Zeitung* 1869 p. 124 ss.), centuriones (n. 99), signiferos (n. 119. 125), actarium (n. 127), tesserarium (n. 117), equites (n. 118), milites (n. 121), veteranos (n. 120. 122. 123) in collegio constitutos cum honoratis suis (n. 105). Etiam *expeditio* illa *Germanica* memorata in titulo uno hominum privatorum (n. 150) sine dubio militaris fuit legionis secundae. Ipsas autem legionis eius cohortes et centurias castra munivisse tituli docent breves numeros tantum cohortium cum nomine centuriae aut illos solos referentes, quos hic primum deprehendimus (n. 109—116) posteaque per Britanniam ubique reperiemus, ubi per milites castra vel alia munimenta extructa sunt. Qui tituli breves cuius aetatis sint cum ipsi non indicent difficile est diiudicatu; secundum litterarum formas possunt facile adscribi saeculo tertio, ut saeculi eius sunt omnes qui anni notas habent huius capitis tituli (n. 95. 103. 104) neque dedicationes imperatoribus factae vel opera ab iis dedicata extant nisi Pii (n. 105), Severi et filiorum (n. 101. 106), Valeriani et Gallieni (n. 107). Iuliae gentis in titulis sepulcralibus frequentia (n. 97. 114. 120—124. 130—133) referenda fortasse est ad eas regiones, ubi delectus legionis institui solebat, Galliam nisi fallor Lugdunensem; Iulii sane (et Valerii, cf. n. 125) frequentes sunt in ipso Luguduno. Praeter tegulas legionarias etiam alius generis tegulae aliquot atque varii generis instrumentum Iscae repertum est; quae omnia infra dabimus suis locis.

Ex Iscae reliquiis a Giraldo Cambrensi describendo in maius auctis atque a Lelando iam (itin. 5 f. 6) Camdenoque observatis (cf. Horsley p. 327; Goughs Camden 3 p. 108. 117) Franciscus Godwin episcopus Landavensis primus titulos protulit inscriptos sex (n. 118. 124. 129. 132. 137. 140), qui primum prodierunt in Camdeni editione sexta a. 1607 (p. 490 '*inscriptiones . . hic nuper effossas rev. pater Franciscus Godwinus episcopus Landavensis . . . mihi impertivit*'; schedas eius Camdeno Cottonive missas repperi in codice musei Britannici (Cotton Iulius F VI f. 281 ss.) Accesserunt per Eduardum Lhwyd in Gibsonis Camdeno duo (n. 98. 121) et apud Horsleium duo item (n. 121. 125), quorum alter antea publici iuris erat factus in transactionibus philosophicis (n. 149). Tres alios addidit W. Coxe (*an historical tour in Monmouthshire, illustrated with views by Sir R. Colt* Hoare *Bart.*, cet. Lond. 1801 2 voll. 4.) — nam qui ante eum *Monmouthshire* comitatus historiam conscripsit David Williams (*the history of Monmouthshire.* Lond. 1796 4.) titulos non protulit; eorum vero quos Coxe habet unus nuper demum denuo prodiit (n. 128), reliqui duo perierunt. Singuli deinde tituli reperti et editi sunt a variis (n. 118. 123. 124. 126. 127. 133); sed anno demum 1845 et sequentibus Eduardus Lee operam utilissimam navare coepit reliquiis Legionensibus easque delineavit et descripsit accurate in scriptis suis variis (*description of a Roman building* cet. *at Caerleon* Lond. 1845 4.; *delineations of Roman antiquities found at Caerleon* Lond. 1850 4. cf. *archaeol. journ.* 2, 1846 p. 417, *assoc. journ.* 7, 1852 p. 62 ss., C. F. Hermann nunt. Gotting. a. 1846 p. 1421 s.; deinde Isca Silurum, *or an illustrated catalogue of the museum of antiquities at Caerleon* Lond. 1862 fol. cf. *gent. mag.* 19, 1866 p. 471 ss.; *Supplement to* Isca Silurum. Newport 1868 fol.) Instituta est eius potissimum et aliorum, ut Octavii Morgan, qui pro comitatu *Monmouth* in parlamento Britannico sedem habet, societas archaeologica (*the Monmouthshire and Caerleon antiquarian association*, cuius scriptorum fasciculus unus tantum prodiit Romani nihil continens) et museum, ubi quaecunque Iscae prodierunt antiquitatis reliquiae servatae et dispositae sunt commode atque eleganter (cf. *assoc. journ.* 18, 1863 p. 260 ss.). Hoc ego praeclara Eduardi Lee amici hospitalitate usus excussi totum a. 1867; quae postea accesserunt non multa accepi submissa ab eodem.



Non procul ab Isca versus orientem castri Romani reliquiae sitae sunt a Lelando (itin. 5 f. 5) item iam observatae, quibus nomen est *Caer Gwent* vel *Caerwent* (cf. Goughs Camden 3 p. 106. 113). Reperta sunt ibi annis a. 1689. 1693. 1777 pavimenta tessellata aliaque vitae Romanae indicia non dubia (cf. Ch. Heath *descriptive accounts of Persfield and Chepstow, including Caerwent and the Passages* cet. Monmouth 1793 8.); nuper autem etiam effossiones ibi institutae sunt per Octavium Morgan eum, quem supra dixi, potissimum (cf. Archaeologia 36, 1855 p. 418 ss. et Lee Isca p. 94 ss.), quae muros, villae Romanae atque thermarum parietinas, item varia suppellectilis Romanae fragmenta protulerunt (cf. C. R. Smith *assoc. journ.* 4, 1849 p. 246 ss. et 13, 1857 p. 77 ss., collect. ant. 4, 1857 p. 212; G. Ormerod *a memoir on British and Roman remains illustrative of communications with* Venta Silurum, *antient passages of the Bristol channel and Antoninus* iter XIV cet. Lond. 1852 4; cf. *archaeol. institute, Bristol meeting* 1851 p. 40 ss.), neque vero titulos inscriptos ullos, exceptis tegulis aliquot non legionariis, quae signo quodam potius quam littera erant insignitae. Tamen si nomen respicitur et situs, dubitari nequit quin Venta Silurum ibi fuerit olim collocata (itin. Anton. p. 485, 9; Ravennas 5, 31 p. 426, 18; Ptolemaeus enim hic quoque 2, 3, 21 errore Ventam aliquam tribuit Simenis, i. e. Icenis, supra p. 35).

95 *Caerleon*, rep. a. 1603, tabella ansata lapidea longa dig. 26, alta 16; servata deinde in *Mathern* apud Franciscum Godwin episcopum Landavensem (cf. n. 101), et postea in *St. Pierre* apud *col. Lewis*, postremo restituta museo Legionensi, ubi extat. Litterae sunt elegantes saeculi tertii, prorsus ut in n. 101.

T · FL · POSTVMIVS
VARVS · V · C · LEG
TEMPL · DIANAE ·
RESTITVIT

Contuli et ectypum reportavi. Camden ed. VI (1607) p. 490 (inde Burton itin. Anton. p. 249; Horsley p. 321; Coxe *Monmouthshire* 1 p. 12; Goughs Camden 3 p. 108. 118; ex Horsleio puto Donat. p. 68, 7 'ex schedis Petri Gnocchi') a Francisco Godwin, cuius exemplum fortasse autographum casu servatum esse in tegumento cod. mus. Brit. bibl. Reg. 1 C. I observavit Guil. Wright; A. I. K. *gent. mag.* 3, 1835 p. 601; Lee Isca p. 10 tab. 3 fig. 4 (inde *gent. mag.* 19, 1866 p. 474).

Postumius Varus praefectus urbi a. 271 secundum chronographum qui dicitur a. 354 (p. 627 Momms.; cf. Fea *giorn. arcad.* 44, 1829 p. 337 et Henzen *ann. dell' inst.* 16, 1845 p. 53 s.) potest ab hoc legato aut provinciae aut legionis II non diversus esse, scilicet postmodo ad praefecturae dignitatem promotus.

96 *Caerleon*, rep. a. 1850 *at the castle villa*. Servatur in museo, pars basis alta dig. 28, lata 9. Litterae sunt saeculi tertii non bonae.

D E A E
) R T V
N A E
≋I V S
/ S S V S
› R A E F
ᑕASTRO

Contuli. Lee *archaeol. journ.* 8, 1851 p. 4 tab. fig. 1, Isca p. 12 tab. 4 fig. 3.

Deae [*F*]*ortunae* [*Iun*]*ius*[..]*ussus praef*(*ectus*) *castror*(*um*)

97 *Caerleon*, basis rep. *by the late Mr. John Jenkins, at the foot of the castle mound*; alta est dig. 56, lata 24. Servatur in museo; imago Fortunae admodum evanida est, Bonus Eventus sub forma iuvenis togati repraesentatur. Infra nihil deest. Litterae sunt non bonae.

Fortuna *Bonus*
stans *Eventus*
cum cornu
copiae
arula
*for*TVNE ET BONo EVE
NTOCORNEL·CASTVSTIVL
BELSMVS · CONVGES·
POS*ue*R

Contuli. Lee Isca p. 19 tab. 8, 1 (inde *gent. mag.* 19, 1866 p. 474) ubi refertur de variis opinionibus prolatis, ut coniuges duo viriles explicarentur. Mihi *Belismius* videtur cognomen feminae esse, ut *Tadia Vallaunius* infra invenietur n. 126; nam quanquam formam in *-us* pro feminino usurpari alibi nondum quod sciam repertum est, tamen nec de formis per compendium scriptis *Belismius*(*a*) *Vallaunius*(*a*) cogitari potest neque alia suppetit explicatio certa. Cf. infra n. 327 *Aicetuos mater* et *Lattio filia*.

[*For*]*tune et Bono Evento Corneli*(*us*) *Castus et Iul*(*ia*) *Belismius coniuges pos*[*ue*]*r*(*unt*)

98 *Caerleon*, rep. c. a. 1680 prope *St. Iulians*, basis longa p. 4, lata p. 3. Videtur periisse.

IOVI·O·M·DOLICH*eno et*
*Iun*ONI · o · AEMILIANVS
CALPVRNIVS
RVFILIANVS *v. c. lEg*
AVGVSTORVM
MONITV

Edw. Llwyd in Gibson's Camden ed. I 1695 p. 604 (inde Th. Gale itin. Anton. p. 126; Horsley p. 322; Goughs Camden 3 p. 118; Orell. 1235; Wright *the Celt* p. 259; ex Orell. Seidl *Dolichenuscult* 1851 p. 41, 8) cui descripsit I. Aubrey.

1 DOLICHV, 2 I . . ONI·o, 4 RVFILIANVS . . . EC traduntur.

o littera singularis v. 2, nisi foliolum tantum hederaceum est, vix potest optimam significare, nec placet emendatio Seidelii de *Iunone* [*D*(*olichena*)] cogitantis. Magis visa est latere C littera nomen gentile prius legati indicans, ut fuerit fortasse *C*(*ornelius*) *Aemilianus Calpurnius Rufilianus;* quod nomenclaturae legibus (cf. Mommsen *Hermes* 3, 1868 p. 70 ss.) magis respondet quam cognomen antepositum. V. 4 [*f*]*ec*(*it*) suppleverunt Angli male; quod accipiens Seidelius Augustos appellatos esse putavit Iovem et Iunonem, item male. *Monitu* breviter dictum est pro monitu eorum; poteris etiam supplere *monitu*[*s*].

Iovi o(*ptimo*) *m*(*aximo*) *Dolich*[*eno et*] *I*[*un*]*oni* [*C*(*ornelius*)] *Aemilianus Calpurnius Rufilianus* [*v*(*ir*) *c*(*larissimus*), *l*]*eg*(*atus*) *Augustorum, monitu*

99 *Caerlon*, rep. in *the castle villa*. Ara rotunda fracta, alta p. 3 dig. $8^1/_2$, litteris bonis saeculi puto secundi exeuntis. Servatur in museo.

*deo sa*NCTO
*mi*HRAE
. . . . S·IVSTVS
*c. le*C·Π·AVG
*b.*M · F

Contuli. Lee *archaeol. journ* 8, 1851 p. 158 tab. fig. 2, Isca p. 11 tab. 4 fig. 2. Supplevi.

4 IEIEAVG Lee. 5 Est [*b*(*ene*)] *m*(*erenti*) *f*(*ecit*).

100 *Caerleon*, rep. a. 1845 *in the churchyard*. Ara alta dig. 40, lata 20. Servatur in museo.

SALVTI · RE
GINAE · P · SAL
TIENIVS · P·F·
MAECIA · HA*la*
M S·HAD*ria*
sic PRF · LEG Π *Aug*
CVMLIS SVIS
AMPEIANOE LV
CILIANO · D D

Contuli. Lee *antiquities of Caerleon* p. 40 tab. 27 (inde Newton p. 110, 39*a*; ex hoc Henzen 5823), Isca p. 7 tab. 3 fig. 1.

V. 2. 3 SALTIENIVS primum incisum erat, sed delevit quadratarius postea I litteram alteram utpote errore adiectam.

101 *Caerleon*, rep. 1603 et servata tum in *Mathern* apud Franciscum Godwin episcopum Landavensem (cf. n. 95), postea in *St. Pierre* apud *col. Lewis*, nunc in museo Legionensi. Est ara alta dig. 23, lata 16. Litteris prorsus similibus ut n. 95.

PRO · SALVTE
AVGG ⌖ NN
SEVERI · ET · ANTON
IN · ET GETAE · CAES
P·SALTIENVS·P·F·MAE
CIA · HALAMS · HADRI A
PRAEF · LEG · Π · AVG
sic CV AMPEIANO ET
filis
suis . . . . . .

Contuli. Camden ed. VI (1607) p. 491 (inde Burton itin. Anton. p. 249; Horsley p. 321; ex hoc puto Donat. p. 68, 6 'ex schedis Petri Gnocchi'; Coxe *Monmouthshire* 1 p. 12; Goughs Camden 3, 108. 118; Orell. 918; Newton p. 110, 39) a Francisc. Godwin cod. Cotton. Iulius F. VI f. 289; Lee Isca p. 8 tab. 3, 2.

V. 4 litterae consulto erasae tamen facile distinguuntur. 5 *Maeicia*, nam ita clare scriptum est, videtur referre vetustam scribendi rationem, cf. C. I. L. 1, 3439. 6 Ultima littera Hadriae vocabuli in margine posita est, forma minore; quod neglexerunt priores.

102 *Caerleon*, rep. in *Mr. John Jenkins grounds*. Arula parva, alta dig. 25, lata 15, servata in museo.

MCAPAMGP
OVSAVCNM
MMNILC'A
/////// IA
//////////
/////// TI
V·S·L·M

Descripsi ut potui atque ectypum reportavi. Lee Isca p. 23 tab. 8, 4 qui nihil dispexit litte rarum.

103 *Caerleon*, fragmenta duo eiusdem lapidis (*evidently two parts of one stone*), alta, si composueris, p. 9, lata dig. 19, crassa 15. Tituli in lateribus duobus scripti sunt (*mutilated inscriptions on both sides*). Rep. sunt a. 1801 m. Sept. *by Mr. Gethin, master of the market boat to Bristol, when building a house near the churchyard. The plinth, which formed the base of the first stone was also found; and as these stones were found close to each other, Mr. Evans conjectures that the whole formed a kind of pillar* COXE. Videntur periisse.

in fronte:

N N
AVGG
GENIO
LEG
II AVG
IN HoNo
RENMI'T
M VA
F H
I V
L E
S O
PP
DD

in latere:

DD
VIIII
OCCB
PRCR
EIML
COS
CVR
VRSO
AGTæ
EI : IVS

p. C. 224

[*Pro salute d(ominorum)*] *n(ostrorum) Aug(ustorum) Genio leg(ionis) II Aug(ustae) in honorem milit(um* . . . . . .
D[e]d(icatum) VIIII [kal(endas)] Oc[to]b(res) P[e]r[eg]r(ino) . . . . *e[t] [Ae]m[i]l(iano)* . . . . . *co(n)s(ulibus) cur(ante) Urso act[ario? l]e[g(ionis) e]ius[dem]*

Coxe *Monmouthshire* 2 append. p. 433 (inde Lee Isca p. 106), cui misit Evans. Supplementa mea sunt. Ad signum Genii lapideum (non Victoriae, ut putabat editor), quod Lee append. p. 1 tab. 1 publici iuris fecit, fortasse hic titulus pertinebat. Consules agnovit Mommsenus; Augusti igitur sunt Philuppus pater et filius.

104 *Caerleon*, rep. a. 1801 m. Iunio, una cum n. 126. 127 *in digging a saw pit.* Nunc in museo, ubi tamen ego nondum vidi. Titulus frontis periit, *it was defaced by the mason in cleaning it;* servatus est lateris tantum titulus.

Coxe:

DEDICATV
VRF
OG ES
VE NIO
MAXIMOIE
FVRPANO
COS

p. C. 234

Lee:

DEDICATV
ÐIIIINII
OC *tobr* ES
///A NIO
MAXIMo II
ET VRBANO
COS

Coxe *Monmouthshire* 2 app. p. 433 (inde Lee Isca p. 105); Lee Appendix p. 7 tab. 2.

Dedicatu[m a(nte) d(iem) illum [kal(endas) ....] *Oc[tobr]es* . . . . . *Maximo II et Urbano co(n)s(ulibus)*

105 *Caerleon*, rep. a. 1602 et remota ad *Moin's Court* in *Mathern*, nunc in museo. Est pars dimidia fere tabulae lapideae altae dig. 46, latae 26, litteris bonis.

IM | *p. caes.*
M · AV | *relio*
ANTO | *nino*
AVC | *pio*
VETE | *rani*
ET · HO | *norati*
LEG · II · | *Aug*

Contuli. Camden ed. VI (1607) p. 491 (inde Horsley p. 322; Goughs Camden 3, 109; Lee Isca p. 18 tab. 7 fig. 5 et ex meo exemplo *supplem.* p. 21) a Franc. Godwin; Lee Isca p. 18 tab. 7, 5. V. 5. 6 SEVER·*Lucii* | FILIO Camd. Honorati sunt qui honoribus functi sunt in collegio veteranorum, ut monuit Mommsenus in act. acad. Berol. minoribus a. 1866 p. 798.

106 *Caerleon*, pars epistylii rep. *in the churchyard*, longa dig. 43, alta 17, litteris optimis altis circiter dig. 4 et minio pictis.

imperatores | CAESARES · L · SEPTI | *mius severus et m. aurelius*
antoninus a | VG ET · P · SEPTIMIVS | *geta caesar templum?*
vetustate c | ORRVPTVM ɔ | *de suo restituerunt*

Contuli. Lee *Roman building* p. 23 tab. 11, Isca p. 3 tab. 1 fig. 2. V. 2 Getae nomen coeptum tantum est eradi.

107 *Caerleon*, rep. a. 1845, tabula lapidea longa dig. 36, alta 29, litteris bonis. Servatur in museo.

IMPP · VALERIANVS ET GALIENVS
AVGG · ET · VALERINVS · NOBILISSIMVS — p. C. 253
CÆS · COHORTI · VII · CENTVRIS · A SO — —259
LO RESTITVIT · PER DESTICVM IVBAM
VC LEGATVM · AVGG · PR · PR · ET
VITVLASIVM LÆTINVM · EG EG
II · AVG · CVRANTE · DOMIT · POTENTIN
PRAEF · LEG · EIVSDEM ɔ

Contuli. Lee *antiquities of Caerleon* p. 33 tab. 19 (inde C. F. Hermann nunt. Gotting. a. 1846 p. 1422 et Philol. 6 p. 576; Newton p. 109; 26; ex hoc Henzen 6746).

V. 1 et 2 IMPP et AVGG vocabulorum litterae ultimae consulto videntur eradi coeptae esse. V. 2 Valerianus Caesar obiit a. 259, cf. Henzen 5546. Centuriae sunt aedificia singulis centuriis destinata, ut in titulis Africanis. V. 4. Desticius Iuba postea patronus coloniae Concordiae C. I. L. 5, 1875 et in titulo Industriae apud Zaccariam *stor. lett.* 2, 325 inter annos 276 et 282 ab hoc non videtur diversus esse.

Imp(eratores) Valerianus et Gallienus Aug(usti) et Valerianus nobilissimus Caes(ar) cohorti VII centurias a solo restituerunt per Desticium Iubam v(irum) c(larissimum) legatum Aug(ustorum) pr(o) pr(aetore) et Vitulasium Laetinianum leg(atum) leg(ionis) II Aug(ustae) curante Domit(io) Potentino praef(ecto) leg(ionis) eiusdem

108 *Caerleon*, rep. a. 1602 una cum statua Dianae succinctae et pharetratae; litterae dicuntur fuisse digitorum trium CAMD. Servabatur in *Mathern* (cf. n. 95), ubi videtur periisse.

ISVS · CL
FILIVS · Q · N
HATERIANVS
LEG · AVG · PR · PR
PROVINC · CILIC

Camden ed. VI (1607) p. 490 (inde Grut. 1102, 9 'a Camdeno'; Burton itin. Anton. p. 429; Horsley p. 322; Goughs Camden 3 p. 108) a Francisco Godwin episcopo Landavensi, cuius hanc repperi adnotationem in cod. Cotton Iulius F. VI f. 281* *'the words of the inscription remaynjng I tooke a while to be* Drusus [Clau]dii filius Qu. nepos Hat. legatus Augusti propraetor provinciae Cil[iciae]; *afterwards uppon better vieu I espyed the piece of a perpendicular lyne in the begynning of the first word, assurying me it could not be* Drusus *in any wyse. Iune 1602. Franc. La* . . . .

Haterianus ille legatus Ciliciae mihi aliunde non notus patri fortasse in Britannia defuncto titulum hunc posuit.

109 *Caerleon*, fragmentum rep. a. 1845; altum dig. 6, latum 8. In museo.



Contuli. Lee *Roman building* p. 26 tab. 18 fig. 1, Isca p. 5 tab. 1 fig. 5.

[*cohors*] *II*, [ↄ (*centuria*) *Cap*]*elliani*

---

110 *Caerleon*, rep. *near the inn called the Hanbury arms*. Lapis longus dig. 23, altus 15. In museo.

COH · II
ƴ VALERI · FL
AVI

Contuli. A. J. K. *gent. mag.* 3, 1835 p. 601; Lee Isca p. 6 tab. 2, 2.

---

111 *Caerleon*, rep. *in the castle villa*; lapis longus dig. 14, altus 5. In museo; litteris saeculi fortasse secundi, intra tabellam ansatam.

CHOV
ƴ PAETINI

capricornus? aquila capricornus

Contuli. Lee Isca p. 5 tab. 2, 1.

---

112 *Caerleon*, in museo. Lapis longus dig. 15, altus 6. Litterae intra tabellam ansatam.

CHOR · VI · HAST · PRI ·
ƴ ROESI · MODERA

Contuli et ectypum reportavi. A. J. K. *gent. mag.* 3, 1835 p. 601; Lee Isca p. 6 tab. 2, 3.

Chor(*tis*) *VI hast*(*ati*) *pri*(*mi*) (*centuria*) *Roesi Modera*(*ti*)

---

113 *Caerleon.* '*I can not but impart unto you a copy of 2 fragments of Roman Antiquity I light uppon lately at Carlyne. The first stoode in the wall of a ruinous thatcht* (sic) *house. But now is at home with me. The other* (n. 116) *is yett a corner stone of the churchhouse there. All those that belonged unto* Haterianus (n. 108) *I have heere lykewise in my custody, as also that of* Postum. Varus (n. 95), *beside my* Sallienus (n. 101). *Jan. 14, 1603* Franc. Landaveñ.' *In Moins Court garden wall* GIBS. *Now fixed in the wall of a farm house* GOUGH. Periit.

)) coh. VIII
ƴ VALER ((
MAXSIMI

Camden ed. VI (1607) p. 492 (inde Burton itin. Anton. p. 250; Horsley p. 321; Goughs Camden 3 p. 109. 117) qui habuit a Franc. Godwin cod. Cotton. Iulius F. VI f. 284.

---

114 *Caerleon*, rep. *in the wall of the ruined bathhouse*. Litteris malis intra tabellam ansatam. Lapis longus est dig. 15, altus $5^1/_2$.

ↃC IVLII
CAIICINIANI

Contuli. Lee Isca p. 16 tab. 6, 5, ubi recte legit A. W. Franks: (*Centuria*) *C. Iulii Caeciniani.*

---

115 *Caerleon*, in museo, lapis perparvus.

Ↄ PLAN

Descripsi.

---

116 *Caerleon*, rep. a. 1603 *a corner stone of the church-house*, cf. n. 113.

ƴ VECILIANA

Camden ed. VI (1607) p. 492 (inde Horsley p. 321; Goughs Camden 3 p. 109. 117) a Francisco Godwin.

---

117 *Caerleon*, rep. a. 1845 *in the castle grounds*, lapis longus dig. 13, altus 5, litterae intra tabellam ansatam. In museo.

PRIMVS TES
ERA

Contuli et ectypum reportavi. Lee *Roman building* p. 26 tab. 15, Isca p. 11 tab. 4, 1.

Adnotavi nihil deesse. Tesera videtur positum esse pro tesserario, ut armatura pro milite.

Primus tesera

---

118 *Caerleon*, rep. a. 1848 prope vicum in effossionibus viae ferratae. In museo, cippus altus est dig. 31, latus 29; litterae bonae.


D M
AVRELIVS HERCVLA
NVS·AEQVES VXT AN
NOS · XXVII CONVX F
ACIENDVM CVRAV
T

Contuli. F. Fox Archaeol. Cambr. 3, 1848 p. 371; C. R. Smith *assoc. journ.* 4, 1849 p. 258 (inde I. Becker *Rhein. Mus.* 13, 265); Lee Isca p. 10 tab. 3 fig. 3.

Puto equitem fuisse legionis.

---

119 Rep. in ecclesia *Kennys* vici, *about 2 miles from Caerleon*. Servatur in museo; fragmentum longum est dig. 33, latum 20. Litterae inclinatae perierunt, quae restant evanidae sunt et malae.



Contuli. Lee Isca p. 18 tab. 7 fig. 3. Litteras inclinatas solus vidit Edmundus Jones. Apparet fuisse titulum duplicem militis fortasse et uxoris. Restitui exempli causa.

[*M. Ae*]*m*[*ilius M. f.*]? *Genialis .... leg*(*ionis*) *II Aug*(*ustae*) *ex* [*signi*]*fero Se*[*nt*]*iu*[*s Se*]*necianus* [*h*(*eres*)] *f*(*aciendum*) *c*(*uravit*)

---

120 *Caerleon*, *from the tomb at Bulmore*; in museo. Cippus altus dig. 43, latus 31. Litterae, intra tabellam ansatam, malae sunt.

ƥ M
C ø IVLI
DECVM
INI·V·L·II·A
A · XXXV
C · F · C

Contuli. Lee Isca p. 16 tab. 6 fig. 4. V. 4 INIA·V·L·II·A videtur in lapide esse, sed fortasse casu aut errore; nam probabiliter Lee explicuit *v*(*eterani*) *l*(*egionis*) *II A*(*ugustae*). Poteris autem etiam legere *Decuminian*(*i*), *l*(*egionis*) cet. De *ala Indiana* (cf. n. 66) male cogitavit W. T. P. Shortt *assoc. journ.* 4, 1849 p. 397; siquidem de hoc titulo loquitur. 6 Solve *c*(*oniux*) *f*(*aciendum*) *c*(*uravit*).

---

121 Rep. c. a. 1680 *at a place called Tredynogg*, (vel *Tre-Dy noq*), *near the church*, *about 3 miles from Caerleon*; ibique dicitur servari muro ecclesiae inserta; litteris bonis LLWYD, HORSL.

DM · IVL · IVLIANVS ·
MIL · LEG · II · AVG · STIP
XVIII · ANNOR · XL ·
HIC · SITVS · EST ·
CVRA · AGENTE ·
AMANDA
CONIVGE

Edw. Llwyd in Gibsons Camden ed. I 1695 p. 605 cui descripsit loci accola aliquis; Horsley p. 320 *Monmouthsh.* 1 (inde Wesseling ad itin. Anton. p. 484; Mur. 820, 9 a Bimardo et 823, 3 ex Wesselingio; Goughs Camden 3 p. 118 tab. 5 fig. 6; Hoare Giraldus Cambr. 1 p. 126. 133 tab. 3, 16; Wright *the Celt* p. 315)

---

122 *Caerleon*, in museo; tabula lapidea longa dig. 19. alta 15, litteris non bonis.

Q · IVLI · SEVERI ·
DINIA · VETERANI
LIIG · II · AVG · CNIVX · F · C ·

Descripsi. A. J. K. *gent. mag.* 3, 1835 p. 601; Lee Isca p. 6 tab. 2 fig. 4.

Dinia Bodionticorum Galliae Narbonensis populi oppidum est a Galba formulae provinciae adiecti ex Plinio 3 § 37 et Ptolemaeo 2, 10, 19 notum.

---

123 Rep. ad *Bulmore*, tabula alta dig. 33, lata 36. In museo, cui dedit E. Jones. Litteris saeculi tertii.

ø IVL · VALENS · VET ø
· LEG · II · AVG · VIXIT ·
· ANNIS · C · IVL ·
· SECVNDINA · CONIVNX ·
· ET · IVL · MARTINVS · FILIVS ·
· F · · C ·

Contuli. Wright *the Celt* p. 320; Lee Isca p. 14 tab. 6, 1 (inde *gent. mag.* 19, 1866 p. 474).

124 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*. Tabula lapidea alta dig. 45, lata 31, litteris non bonis.

D ⊗ M ET
MEMORIAE
IVLIAE · SECVNDI
NAE · MATRI · PI
ISSIMÆ · VIXIT · AN
NIS · LXXV · G · IVL
MARTINVS · FIL
F · C

Contuli. *Gent. mag.* 69, 1799 p. 934; Wright *the Celt* p. 315; Lee Isca p. 14 tab. 6, 2.

IVLIAESSEVNDA FIXXIT ANNO XXV *gent. mag.*

Cf. titulus mariti praecedens.

---

125 *Caerleon*, rep. a. 1717 *about* 1/4 *mile from the town*, ad ripam fluvii *Usk*, lapis longus *about a yard*, latus 3/4 RICE. *Mr. George's at Caerleon purchased this stone and sent it to London, where I saw it at Douglass' Coffeehouse in St. Martins Lane* HORSL. Inde pervenit in museum Britannicum, ubi servatur. Litterae mihi visae sunt esse saeculi secundi.

⊗ D · M ⊗
sic G · VALERIVS · C · F
GALERIA · VICTOR
LVGDVNI · SIG · LEG · II · AVG
STP · XVII · ANNOR · XLV · CV
RA·AGENT·ANNIO·PERPETVO·H≋

Descripsi sine exemplo. W. Rice *philos. transact.* 30, 1717 p. 945 (inde Mur. 862, 8; *mémoires littéraires de la Grande Bretagne* 1, 1719 p. 124); Horsley p. 320 *Monmouthsh.* 3 (inde Hoare Giraldus Cambr. 1 p. 126. 133 tab. 3, 18; Goughs Camden 3 p. 118; Lee Isca p. 104).

V. 6 RA · AGINT · AMNIO · PERPITVO · B Rice et Horsley. Ultima littera incerta est, tam L quam F esse posse iudicavi in re praesenti; ut vix dubitem H fuisse. Observa genetivum patriae positum pro ablativo.

D. M. G. Valerius C. f. Galeria Victor Lugduni, sig(nifer) leg(ionis) II Aug(ustae), stip(endiorum) XVII, annor(um) XLV. Cura agent(e) Annio Perpetuo h(erede)

---

126 Rep. a. 1849 ad *Pil Bach* iuxta pavimenta duo tessellata. Est cippus altus dig. 45, latus 33; servatur in museo. Litterae visae sunt aevi Septimii Severi esse C. W. King, mihi aliquanto antiquiores, scilicet saeculi fere secundi.

D *rosa iuna rosa* M
TADA · VALLAVNIVS · VIXIT
ANN · LXV · T · TADVS · EXVPERTVS
FLVS · VIXT · ANN · XXXVII · DEFVN
TVS · EXPEDITONE GERMANCA
TADA EXVPERATA · FLA
MATR · ET FRATR · PIISSMA
SECVS TVMVLVM
PATRIS POSVIT

Contuli. Lee Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 73 tab. 7 fig. 1, *Roman building* p. 21, Isca p. 1 tab. 1 fig. 1 (ex eo Wright *the Celt* p. 315).

1 *Vallaunius* fortasse cognomen feminae est ut supra *Belismius* n. 97; nam hic quoque de Tadiae sexu omnis dubitatio excluditur, cum diserte mater nominetur una cum fratre v. 7. 6 EXVPERATEA lapidarius sculpserat, sed errorem emendavit; v. 3 in *Exupertus* item errore videtur omisisse A litteram aut T litteram, quae certa est, posuisse pro I, ut fuerit *Exuperius*; v. 7 in *piissma* I omisit. 5 Expeditio Germanica qualis indicetur frustra quaesiveris; probabile tamen est Exuperatum aut militem fuisse legionis secundae aut alia ratione eam secutum esse, cum vexillationes fortasse eius ad saeculi secundi aliquod bellum Germanicum avocarentur. 8 Secus a vulgo pro iuxta usurpatum notum est.

D. M. Tadia Vallaunius vixit ann(is) LXV et Tadius Exuper[a]tus filius vixit ann(is) XXXVII, defuntus expeditione Germanica. Tadia Exuperata filia matri et fratri piiss[i]ma secus tumulum patris posuit

---

127 *Caerleon*, rep. *about* 1 1/2 *mile from the town, at Bulmore, on the left bank of the river Usk.* Museo dedit Edw. Jones.




Contuli. Wright *the Celt* p. 318; Lee Isca p. 14, tab. 5 fig. 2.

Supplementa ex parte praeivit Lee. Vocabula duo ultima inserenda potius erant ante *fecerunt*.

D(is) M(anibus). Caesoria Coroca v(ixit) a(nnos) XLVIII Rem[u]s? coniux [eiu]s et Munat[ius et Cae]lest[i]nus e[t L]eontius fecer[u]nt fili eius

---


128 *Caerleon, from the burying place on the hill side between Caerleon and Bulmore.* In museo, long. dig. 13, lat. 13.



Contuli. Lee Isca p. 18 tab. 7, 4. Possis etiam ita supplere *[Vict]or vi[xit an]nis XVII.*

---

129 *Caerleon*, in museo.



Descripsi et supplevi exempli causa.

---

130 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*. In museo, cippus altus dig. 46, latus 31.

iuli A IBERNA VXS
ANNOS XV MES·SEX·F
C FLA FLAVNA · MATER

Contuli. Lee Isca p. 17 tab. 7, 1. In fine lege *f(aciendum) c(uravit) Fla(via) Flavina mater.*

---

131 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*. Servatur in museo, cippus longus dig. 51, altus 33. Litteris malis.

D M
IVL ⊗ NVNDINAE
VIXIT · AN · XXX
AGRIVS CIMARVS
CONIVNX·PIISSIMVS
F · C

Contuli. Lee Isca p. 14 tab. 5 fig. 3.

---

132 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*; litteris rudibus. Alta dig. 46, lata 32.

D M
IVLIE · SENICE
VICS ANOS E

Contuli. Lee p. 17 tab. 7 fig. 2.

---

133 *Caerleon*, rep. ad *Bulmore*; pars dimidia est tabulae sepulcralis, alta dig. 39, lata 20. In museo, litteris bonis.

D · M
IVLIA · VENERI
A · AN · XXXII
I · ALESAN · C⊗ *deest*
PIENTISSIMVS
ET·I·BELICIANVS
F · MONIME
F · C

Contuli. Wright *the Celt* p. 315; Lee Isca p. 15 tab. 6, 3.

6 In museo Legionensi servatur tegula infra edenda, in qua quater scariphatum est *Bellicianus*.

D. M. Iulia Veneria an(norum) XXXII. I(ulius) Alesan(der) con(iux) pientissimus et I(ulius) Belicianus f(ilius) momime(ntum) f(aciendum) c(urarunt)

---

134 *Caerleon*, rep. una cum n. 135. In museo fragmentum altum dig. 16, latum 10.



Contuli. Lee Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 81 tab. 7 fig. 3, *Roman building* p. 23, Isca p. 2, tab. 1 fig. 3.

Palmae ramus non indicat originem Christianam, ut putabant viri docti Angli.

---


135 *Caerleon*, rep. iuxta viam Romanam intra Legionem et *Bulmore*. In museo, lapis altus dig. 21, latus 15, litteris rudibus.

D M
VITALI
VIXIT
AN · VII

Contuli. Lee Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 81 tab. 7 fig. 2, *Roman building* p. 23, Isca p. 2 tab. 1 fig. 2.

136 *Caerleon*, fragmenta varia in museo.

a *b* *c* *d*



Descripsi; *a* et *b* itemque *c* et *d* singulorum lapidum particulae esse posse visae sunt.

Extat praeterea in museo folium hederaceum singulare aeneum satis grande, quod videtur pertinuisse ad titulum operis alicuius publici scriptum litteris paene novem unciarum (Lee Isca p. 70 tab. 37, 2).

XIV. FANVM DEI NODONTIS
(*Lydney Park, Gloucestershire*).

Ad confinia paene comitatuum *Monmouth* et *Gloucester*, a *Caerwent* versus septentriones et ad Sabrinae ripam dextram, *Lydney* vicus situs est. Ibi prope, in praedio *Lydney Park*, iam saeculo proximo exeunte reperta est lamella stannea (n. 140) a Samuele Lysons edita accurate; sed hoc demum saeculo accuratius explorata sunt castra duo, ut videntur, Romana, sita inter *Lydney* et *Ailburton*, per Carolum Bathurst v. cl. In maiore eorum detecta sunt moenia aedificii quadrati formae irregularis et in medio eo sita fuisse visa est iis, qui effossionem instituerunt, aedes dei illius Nodontis (aut Nodentis vel Nudentis), cuius iam lamella illa ibi fuisse sacellum fidem fecerat. Ibi enim repertum est pavimentum tessellatum, in quo legebatur titulus (n. 137), qui sane quanquam interpretationis incertae est, tamen videtur referendus esse ad eiusdem dei sacellum, et arae duae lapideae (n. 138. 139); atque videntur ad eas etiam pertinuisse litterae aeneae tituli alicuius dedicatorii (n. 141). Acceperat illas Raimundus Guarini antiquarius Neapolitanus multitudine scriptorum magis quam pretio eorum notus (cf. Mommsen I. N. p. XX) edi-ditque in collectaneis iterum impressis Neapoli a. 1840. Post eum unus quod sciam eas repetivit, sed ut Guarini libellum ignoraret, Georgius Ormerod in actis minoribus instituti archaeologici Britannici a. 1849 et postea libello peculiari ita inscripto: Strigulensia (*Estrighoiel* nomen Gallicum esse putat *Chepstow* oppidi vicini), *archaeological memoirs relating to the district adjacent to the confluence of the Severn and the Wye*. Lond. 1861 8. (cf. *assoc. journ.* 17, 1861 p. 262 ss.). Putavi fanum tantum ibi fuisse dei illius peregrini, aetate fortasse recentiore demum munitum in castrorum formam; neque mirum quod hic quoque milites (n. 137? 138) in titulis nominantur, scilicet qui ex castris in vicinia sitis huc convenerunt.

Nuper locum visitaverunt antiquarii Legionenses; qua occasione reliquiae ibi servatae una cum titulis descriptae sunt accurate in ephemeridibus *the Star of Gwent and South Wales Times* Aug. 30 a. 1870; eas mecum communicavit Eduardus Lee amicus.

137 *Lydney*, in pavimento tessellato detecto in aedificio quadrangulari, *placed over a fanciful border representing the twisted bodies of salmon, the fish of the Severn.*

Guarini:	*Ormerod*:
D[ ]:....FLAVIVS...SENILIS..POSSV..	D.A...FLAVIVS.SENILIS.PR.REL.EX.STEPIBVS
C[ ]: Λ.....): VICTORINO ANTE....	POSSVIT O....ANTE.VICTORINO.INTER...ATE

Guarini comm. IX p. 5 ss.; Ormerod *proceedings of the archaeol. instit.* 1849 p. 62, Strigulensia p. 37 (inde J. Becker *Bonner Jahrb.* 42, 1867 p. 106).

Quid in *rel....* lateat non assequor; de interprete aliquis cogitaverit oraculorum, sed potest etiam latere alterum nomen aut patriae indicatio, velut *Interamnate*, ut voluit Beckerus.

D(eo) [*N(odonti)*?] *Flavius Senilis pr(aepositus) rel(iquationis) ex stepibus possuit* [*cur*]*ante Victorino Inter*[*amna*]*te*?

Praepositi reliquationis officium classiarium hic latere vidit Mommsenus collato titulo apud Henzenum n. 6872.

138 *Lydney.*

D · M · NODONTI
FL · BLANDINVS
ARMATVRA
V · S · L · M

Guarini comm. IX p. 15; Ormerod *proceedings of the archaeol. instit* 1849 p. 62, *ancient remains of Venta* p. 29, Strigulensia p. 37 (inde J. Becker *Bonner Jahrb.* 42, 1867 p. 106). 1 *Divino monitu* Guar. male. 2 I·L·BLANDINVS Ormerod male. 3 Armatura est miles; cf. titulus Mogontiacensis apud Henzenum 6794 (Brambach 1178) et Borghesi opp. 4, 187; Böcking ad notit. occid. p. 934*.

Deo M(arti?) Nodonti Fl(avius) Blandinus, armatura, v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

139 *Lydney.*

PECTILLVS
VOTVM QVOD
PROMISSIT
DEO NVDENTE
M · DEDIT

Guarini comm. IX p. 16; Ormerod *proceedings of the archaeol. instit.* 1849 p. 62, *ancient remains of Venta* p. 29 (inde J. Becker *Bonner Jahrb.* 42, 1867 p. 106).

4. 5 DEO NVDENTI|M·DEDET Guar. Est *deo Nudente M(arti*? vel *magno*?) *dedit.* [*M(erito)*? TH. M.]

140 *Lydney Park*, lamella stannea (*lead of pewter*). Num et ubi extet ignoro. Lysons videtur exhibere eodem, quo erat, modulo; secundum quem alta est centim. $7^1/_2$, lata 6. Litterae apparent esse fugitivae, neque vero cursivae, possuntque facile esse saeculi primi.

DEVO
NODENTI SILVLANVS *sic*
ANILVM PERDEDIT
DEMEDIAM PARTEM
DONAVIT NODENTI
INTER QVIBVS NOMEN
SENICIANI NOLLIS
sic PETMITTAS SANITA
TEM DONEC PERFERAT
VSQVE TEMPLVM NO
DENTIS

Lysons reliq. Brit. Rom. 2 tab. 32 fig. 9 (inde Guarini comm. IX. p. 8; J. Becker *Bonner Jahrb.* 42, 1867 p. 105); Ormerod Strigulensia p. 37.

1 DFVO Guar., DIVO Orm. 2 Erravit qui inscripsit *L* littera perperam iterata; voluit enim sine dubio *Silvanus* dare; SILVIANVS Lys. Orm., S · CVLANVS Guar. 7 *Nollis* et *nolis*, vel *nolles*, non, ut Lys. voluit, *nullis*. 8 PETMITTAS clare exhibetur; sed T sine dubio posita est pro Λ (R cursiva). 9 PERFERA quod perferant suppl Lys., PERFERA.. quod supplet *perferam* Guar.

Devo Nodenti Silv[*l*]*anus anilum perdedit; demediam partem donavit Nodenti. Inter quibus nomen Seniciani nollis pe*[*r*]*mittas sanitatem, donec perferat usque templum Nodentis.*

Ita fere videtur intellegenda: Silvanus divo Nodenti dimidiam partem pretii anuli perditi sic donavit, ut ad fures detegendos anulumque recuperandum sibi praesto esset. Putat inter fures *nomen Seniciani* esse; ei (deum iam adloquitur) noli sanitatem permittere, donec annulum perferat ad templum. Cf. precatio deae Ataecinae Emeritensis C. I. L. 2, 462.

141 *Lydney Park*, ubi servabantur; litterae quinque aeneae clavis (quorum foramina habent) figendae; nullo ut videntur ordine dispositae.

N T V E O

Lysons reliq. Brit. Rom. 2 tab. 29 fig. 5. Cogitari potest de [*d*]*eo Nu*[*den*]*t*[*i*].

XV. CAMBRIAE OPPIDA VARIA.

Consentaneum est Romanos cum Silurum Ordovicum Cangorum aliorumque populorum regiones in provinciae formam redigebant castra ibi disposuisse eaque viis munitis inter se coniunxisse. Atque viarum vestigia non pauca reperta sunt per *Wales* principatum hodiernum, quam Cambriam dicimus vocabulo usi quamvis novicio cum Britannis brevitatis causa, veluti viae eius quam *Sarn Helen* dicunt incolae, servantque nomina vicorum aliquot viae Romanae memoriam (ut *Ystradaelte* in *Brecknockshire*, *Ystrad Flur* in *Cardiganshire* et similia); miliarii sane ad vias illas pertinentes, quos infra proponemus, imperatorum saeculi tertii sunt omnes a Severo ad Postumum et Victorinum. Praeterea castrorum indicia certa supersunt tegulae legionis II Augustae Iscensibus prorsus similes itemque legionis XX, ut Devae, repertae in castro (*the Gaer*) prope *Brecon*, in *Abergavenny* (quod non sine quadam probabilitate creditur esse Gobannium itinerarii p. 484, 6), fortasse etiam ad *Conwy* (Conovium? itin. p. 482, 6 cf. Ravenn. 5, 31 p. 428, 15 *Canubio*) et *Hopecastle* in *Flintshire*; eae infra edentur suis locis. Tituli vero inscripti perpauci tantum prodierunt. Inter quos unice notabilis repertus est in castris prope *Caernarvon* sitis et vulgo *Caer Seiont* dictis, unde probabiliter Segontium itinerarii (p. 482, 5) et Ravennatis (5, 31 p. 428, 14) ibi collocatum est (de reliquiis aedificiorum ibi repertis dixerunt R. R. Parry Mealy Archaeol. Cambr. 1, 1846 p. 75. 177. 284 et I. Jones ibid. 2, 1847 p. 204. 249 et 3, 1848 p. 30 ss.); docet ille cohortem I Sunucorum aquae ductus ibi restituisse (n. 142). Deinde castra munita esse per cohortes centuriasve Romanas indicant tituli centuriales, uti solent nominari, reperti in monte *Tommen y mur* in *Merionethshire*, in *Tretower* in *Brecknockshire*, in *Llannio i saw* in *Cardiganshire*. Sepulcrales duo tantum prodierunt in *Brecon* et ad *the Gaer* prope *Brecon* (n. 152. 153). Oppida sane non pauca in regione illa memorant Ptolemaeus, qui Ordovicibus duo tribuit Μεδιολάνιον, quod etiam in itinerario est (p. 482, 4) et Βραννογένιον (2, 3, 18), et itineraria viarum Deva Segontium (p. 482 5—8), ubi praeter Conovium supra iam memoratum Varis mansio, est, et Moriduno Uriconium (p. 484, 2—8 cf. Ravenn. 5, 31 p. 427. 428), ubi praeter Gobannium, de quo dixi, Nidum, quod facile fuisse potest *Neath* hodiernum in *Glamorganshire*, Bomium Burrium Magnae Bravonium alia ponuntur, situs illa omnia incerti. Frustra autem est, in tanta titulorum penuria de situ eorum hoc loco ulterius quaerere.

Recensebimus vero hoc capite titulorum Cambriae auctores omnes, quanquam eorum plurimi titulos aevi christiani tantum norunt.

1. Gyraldus Cambrensis sive potius *de Barri*, qui Balduini archiepiscopi iter per Cambriam factum a. 1188 enarravit (cf. *the itinerary of archbishop Baldwin trough Wales* cet. *by Gyraldus de Barri, translated into English and illustrated by Sir Richard Colt* Hoare Lond. 1806 2 voll. fol.), antiquissimus quidem est scriptorum Cambricorum, sed ad titulos non attendit. Quae ad illustrandum eum addidit editor eius Ric. Colt Hoare, ea desumpta sunt ex Horsleio omnia; schedas vero Williams alicuius de *Anglesey* et *Caernarvon*, quas idem memorat in catalogo bibliothecae suae in *Stourhead* servatae (p. 280. 285), equidem non vidi.

2. Camdenus in editione ultima a. 1607 tres tantum ex Cambria titulos edidit christianos ab ignoto homine secum communicatos (cf. cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 284 ss).

3. Franciscus Godwin episcopus Landavensis a. 1603 vel Camdeno vel Cottoni (extant eius epistulae inter Cottoniana musei Britannici Iulius F VI) eosdem titulos miserat. Postea eosdem vidit

4. Edwardus Lhwyd (s. *Lluyd* vel *Lloyd*, scribitur enim nomen illud ab ipsis Anglis Cambrisque variis modis), scriptor operum variorum (Archaeologia Britannica Oxon. 1707 fol.; adversaria de fluviorum, montium, urbium cet. in Britannia nominibus Lond. 1719 8.; cf. *philos. transact.* 27, 1710 p. 500) inter antiquarios Cambricos princeps, musei Ashmolensis, quod Oxonii est, tum curator, Gibsonis episcopi amicus. Is enim inde fere ab saeculo septimo decimo exeunte totius principatus antiquitates diligentissime investigavit cumque Camdeni descriptionem Cambriae Gibsoni ex Latino verteret in sermonem vernaculum multa addidit antea non observata (cf. eius epistula in Gibsonis Camdeno p. 583); postea schedae eius Oxonii servatae a Ricardo Gough adhibitae sunt et ab editoribus Archaeologiae Cambrensis, qui epistulas eius non paucas de antiquitatibus ad varios amicos datas publici iuris fecerunt. Atque huic tituli debentur tres (n. 148. 150. 152); christianos aevi posterioris praeter unum Westwood omnium plurimos congessit tam a se ipso descriptos quam subministratos ab amicis; scilicet viginti plus minus. Gibson autem ab aliis quoque titulos aliquot Cambriae infimi aevi accepit.

5. Horsleius quae ex Cambria novit perpauca (n. 148. 149), ea sumpsit ex Gibsonis Camdeno, haec addens (p. 320): *there are few or none inscriptions that are certain in Wales; though I saw at Bangor and some other places severat sepulcral inscriptions in Latin, but of a Saxon character*; *and I take those inscriptions* (loquitur de titulis christianis hic omissis), *which contain only the names of the person deceased in a very rude character, to be later than Roman, and therefore pass them by.* In eo tantum erravit vir egregius, quod eius ipsius generis titulos duos, quos etiam Orellius (n. 2777. 2779) recepit, antiquiores esse iudicavit quam reliquos.

6. In codice musei Britannici addit. ms. 14934 f. 206—216 v. Anonymi alicuius saeculi, ut videtur, XVIII medii (a. 1728 semel adscriptum est) exempla titulorum aliquot Cambricorum servantur; sed sunt aevi christiani omnes.

7. Henr. Rowlands (Mona antiqua restaurata ed. II. Lond. 1766 4.) et

8. *A history of Anglesey, ... serving as a supplement to Rowlands* Mona antiqua (Lond. 1775 4.) huc non pertinent.

9. Thom. Pennant (*a tour in Wales* Lond. 2 voll. 1778. 1781 4.) cum supplemento tabularum) non multa habet sibi propria; tamen contuli.

10. Ex scriptoribus Archaeologiae Londiniensis saeculo proximo exeunte D. Barrington tantum et I. Strange Cambriae titulos ediderunt christianos; postea aliae ephemerides in eius locum successerunt.

11. Ric. Gough huic quoque libri Camdeniani capiti nova quaedam de suo addidit; sunt autem omnes tituli recentiores.

12. Theophil. Jones (*history of the county of Brecknock*. Brecknock vol. I et vol. II 1 et 2, plura non prodierunt, 1805 4.). Scriptor est accuratus et diligens; debentur ei huius capitis tituli duo (n. 152 153), christiani plures.

13. Samuel Rush Meyrick (*the history and antiquities of the county of Cardigan*. Lond. 1808 4.) officio suo functus est accurate et docte; dolendum quod pauci tantum comitatus Cambrici tales scriptores nacti sunt.

14. Ric. Fenton (*a historical tour through Pembrokeshire*. Lond. 1811 4.) titulum unicum profert christianum.

15. Georg. Grant Francis (*original charters of and materials for the history of Neath*. Swansea 1846 8. cf. *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 273 ss.) titulos item christianos aliquot profert.

16. Saluberrimo consilio inde ab a. 1846 constituta est societas antiquariorum Cambriae, quae inde ab eo anno publici iuris fecit corpora annalium tria (Archaeologia Cambrensis, *a record of the antiquities of Wales and its marches, and the journal of the Cambrian archaeological*

association voll. 1—4 Lond. 1846—1849, series nova voll. 1—5 ibid. 1850—1854, series III voll. 1—14 ibid. 1855—1868; plura nondum vidi). In his ad titulos Latinos cognoscendos contulerunt H. L. Jones, Boston, I. Foster (n. 142), T. L. D. Jones Parry alii; inprimis autem de iis meritus est I. O. Westwood professor Oxoniensis, qui studio indefesso lapides inscriptos quotquot extant per Cambriam indagavit, ectypa eorum collegit, plurimos edidit et explicuit. Vidit ille huius capitis titulos septem (n. 143—147. 151. 152), christianos vero omnium longe plurimos (quinquaginta plus minus ex circiter octoginta qui extabant).

Extat praeterea in *Swansea* academia *the Royal Institution of South Wales* dicta, cuius impressae quas vidi relationes titulorum nihil continent. Etiam museum in oppido illo conditum est; sed ego neque illud potui adire neque reliquam Cambriam peragrare volui propter titulos vicatim et in locis solitariis dispersos.

De Cambriae antiquitatibus Romanis in universum videnda sunt quae post Ric. Gough (3 p. 91 ss.) observata sunt a variis scriptoribus in Archaeologia (16, 1812 p. 127. 17, 1814 p. 168), in Archaeologia Cambrensi (1, 1846 p. 75. 418; 2, 1847 p. 108. 181. 3, 1848 p. 13. 91. 172. 187; ser. nova 1, 1850 p. 81. 155. 277; 2, 1851 p. 122. 177. 336; 3, 1852 p. 203; 4, 1853 p. 90. 95; 5, 1854 p. 77. 186. 267; ser. III 2, 1856 p. 30; 5, 1859 p. 125; 6, 1860 p. 186); in *assoc. journal* (10, 1855 p. 1. 362; 11, 1855 p. 128 ss.).

Ut in *Cornwall* et *Devon* (cap. I), ita in Cambria quoque, ut ibi dixi, reperti sunt tituli infimae aetatis non pauci, quos cum nulla ratione coniuncti sint cum castrorum municipiorumve Romanorum antiquitatibus satis est summatim hoc loco commemorare; nam proprium sibi locum propriamque postulant tractationem.

Reperti sunt praeterea in Cambria lapides aliquot non litteris inscripti, sed signis tantum variis (circulis, punctis cet.) notati (cf. E. L. Barnwell Archaeol. Cambr. 13, 1867 p. 150 ss.), quorum similes etiam in Caledonia observati sunt. Eos quoque sufficiat breviter memorare, cum ab huius syllogae consilio alieni sint.

Hiberniam saeculis quinto ad octavum cum Cambria arte coniunctam fuisse inter alia docent tituli *Ogham* litteris, quas dicunt, scripti tam ibi reperti quam in Cambria, cuius generis christiani non pauci bilingues sunt, scilicet Latinis litteris scripti et Hibernicis illis (de quibus cf. I. Graves in actis academiae regiae Dublinensis 4, 1849 p. 151 ss.). Ita in Hibernia quoque, quam nunquam a Romanis occupatam fuisse constat (quanquam video de hac re nuper dubitatum esse, v. Th. Wright Archaeol. Cambr. 12, 1866 p. 296 ss. et R. R. Brash ibid. 13, 1867 p. 83 ss.), praeter supellectilis Romanae reliquias frequentes (collectas illas a societate archaeologica Irlandensi, in *the journal of the Kilkenny archaeological society*, in *the Ulster journal of archaeology*, itemque in Wildii catalogis musei Dublinensis; cf. C. R. Smith collect. antiq. 3, 1854 p. 131 ss. et *assoc. journ.* 10, 1855 p. 170 ss.) tituli aliquot proderunt Latini infimae aetatis, Cambricis fortasse etiam recentiores.

142 In castro dicto Caer Seiont prope *Caernarvon*, ubi servabatur *as the cover of a flue or drain*, detectus est a. 1845 lapis *a*, qui est longus dig. 18, latus 8; deinde ibidem a. 1853 *in the vicarage garden* prodiit lapis *b*, quem continuo cum *a* componendum esse iudicaverunt editores. Ubi nunc serventur tituli fragmenta duo ignoro. Litterae sunt bonae.

a *imp. caes. l. s.* EP T · SEVERVS·PIVS·PER*tinax*
et imp. m. a VREL · AN TONINV*s pius felix augg.*


b *arcus* AQVAE DVC TIVM VE TVS*tate*
. . . *conla*BS·CoH·I·SVN*u*C·RESIT . . . .
. . . . . VIPF . . . . . .
. . . . . NL . . . . . .

I. Foster Archaeol. Cambr. 1, 1846 p. 77 et ser. nova 4, 1853 p. 71 (inde C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 201; I. Becker mus. Rhenan. 13, 1858 p. 259).

V. 4 SVNC·RESIT traditur; de TVNG cogitavit Smith, SVNC in lapide fuisse Becker proposuit probabiliter, nam cohortem I Sunucorum fuisse in Britannia a. 124 diploma militare ad *Riveling* repertum docet. In RESIT videtur latere *restituit.*


143. 144. 145 Rep. in monte dicto *Tommen-y-mur* (i. e. mons vallis) in castris Romanis prope *Trawsfynnyd* ad viam Romanam *Sarn Helen* dictam Lys. *Brought from Tomen y mûr* (Heriri mons), 143 *now built up in the terrace wall at Tan-y-bwlch Hall, Merionethshire*, lapis altus dig. 20, latus 12; 144 et 145 *also from* Heriri mons, *now preserved in Miss Roberts garden at Maentwrog, Merionethshire;* 144 altus est dig. 12, latus 10.

143



c(enturia) And . . . . p(edes) XXXIX, c(enturia) Iuli Mans(ueti).

144



c(enturia) Perpetui p(edes)? LXX

145



Sam. Lysons Archaeologia 14, 1803 p. 276 qui ex 143 vv. 2 et 3 tantum descriptos accepit a Rowland; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 141 *ss.* (et *gent. mag.* 11, 1861 p. 39) cum adnotationibus Ioh. Collingwood Bruce; *assoc. journ.* 24, 1868 p. 117.

146. 147 *Tretower* (inter *Crickhovel* et *Brecon*), lapides duo, quorum alter (n. 146) longus dig. 18, latus 5 extat *built into the pillar on the north side of the gate of Mr. Court's house*, alter *built into the north-east angle of the wall of a long house, which joins the north entrance into the orchard of the castle of Tretower.*

146 › VALENT F

147 PEREGRI
NI FEC

Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 2, 1851 p. 227 (cf. 3, 1854 p. 332, 2. 3).

In n. 147 initio deesse videtur centuriae signum.

148. 149. 150 In *Lhannio i saw* (*Llan dewi brewi*), *Cardiganshire* Lhwyd. In *Llanio*, iuxta viam Romanam occidentalem *Sarn Ellen* dictam, *built up in the walls of different cottages* Meyr. Num extent ignoro.

148 *intra tabellam ansatam*
ƆARTIM
ENNIVS
PRIMVS

149 ⊙ VERIONI

150 *intra tabellam ansatam*
CoH TA TV R
TAH · I

Ed. Lhwyd in Gibsons Camden p. 644 (inde Horsley p. 323; Goughs Camden 3 p. 158) n. 148 et 149; Meyrick *Cardiganshire* p. 272 n. 150 solus; *assoc. journ.* 24, 1868 p. 117 ubi n. 150 cum n. 148 coniungitur.

In n. 148 latet fortasse *c(enturia) Martialis?* *Ennius Primus* (*fecit*); n. 149 est *c(enturia) Verioni*(?); in n. 150 talia *coh(ortis I c(enturia) Tur[rani . . . .]* vel similia fuisse puto.

151 *Doly Cothy House, Caernarvonshire*, fragmentum lapidis; ignoratur unde provenerit.

P · CXXV

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 282 (cf. ser. nova 2, 1851 p. 335).

152 *Brecon, in the middle of the Roman road, about* $^1/_4$ *mile from the farm house*, lapis dictus *Maen y Morinnion*, i. e. *the Virgins stone.*

homo stans	*femina stans*		
Strange:		*Jones*:	
XL		⅄/V · I//////////////M	
L		ALANCDN//IVI//ET	
CONIVNX	EIV T	CONIVNX EIVS H//EST	

Ed. Lhwyd in Gibsons Camden 2 p. 706. 834 qui memorat tantum, neque vero adscripsit; I. Strange Archaeologia 1, 1779 p. 294 ss. in tab. (inde Goughs Camden 3 p. 102 tab. 5 fig. 2); Jones *Brecknockshire* 2, 1 p. 103 ss. tab. 6 fig. 2 qui *Alancina civis* lectum esse ab Henrico Thomas, *late of Slwch*, adnotat; Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 4, 1853 p. 331, 1, qui partem tantum versus ultimi legere potuit, quam non adscripsit.

153 In *the Gaer* prope *Brecon, under the west gate of the priory.*

Gent. mag.:	*Jones*:
... D... YANNVS	...ANEBVS
VAII RMIGETD	..AIRROMOTIS
FBL	FI
CFLAMER	CAIFAPNER
OPENIS	OPEENIS
H...S·F C	FI EG

'P. Britannicus' *gent. mag.* 57, 1787 p. 1054 tab. 2 fig. 2; Jones *Brecknockshire* 2, 1 p. 100 tab. 5 fig. 1.



XVI. VIROCONIVM

(*Wroxeter* in *Shropshire*).

Accedit *Tretire* (*Herefordshire*).

Ptolemaeo (2, 3, 19) Cornaviorum oppidum Οὐιροκόνιον est (ita codd.); ubi in itinerario eius mentio facta est (p. 469, 8. 482, 9. 484, 9), scribitur aut *Urioconium* aut *Viroconium* aut *Viriconium*; apud Ravennatem vero ita (5, 31 p. 428, 11) *Utriconion Cornoviorum*. Unde *Viroconium* videtur nominis forma esse testimoniis fidissimis comprobata, non *Uriconium*, ut hodie fere scribere consueverunt docti Britanni. Recte autem iam a Camdeno (Gough 3 p. 5) observatum est, Viroconium antiquum quadrare in oppidi Romani reliquias conspicuas apud *Wroxeter* vicum situm ad confluentes Sabrinam et *Tern* fluvios circiter m. p. V a *Shrewsbury*. Murorum enim oppidi pontisque supra Sabrinam ibi extant reliquiae aedificiorumque privatorum continuo eruderantur parietinae (cf. Goughs Camden 3 p. 22. 27; Archaeologia 9, 1789 p. 323 et 16, 1838 p. 464; C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 29 ss.), praesertim cum nuper effossiones ibi institutae sint consilio ac ratione atque hodie etiam interdum instituantur; de quibus meritus est inprimis Thom. *Wright* antiquarius Londiniensis. Etiam in nomine hodierno *Wroxeter* Saxones videntur conservasse particulam nominis veteris. Tituli ibi reperti non multi aut militares sunt militum legionum XIV (n. 154. 155), quam Camuloduni olim stativa habuisse conici potest (v. supra cap. XII), et XX Devensis (n. 156) equitisque cohortis VI (ut puto) Thracum (n. 158), aut sepulcrales (n. 160. 161); unus scariphatus est (n. 162). Instrumenti domestici inscriptiones paucae prodierunt, tegularum una, neque vero militaris. Servantur tituli illi omnes in museo, quod est in bibliotheca ludi publici in urbe vicina *Shrewsbury*; id me adire nequivisse aegre fero. Primus aliquot eorum publici iuris fecit

1. I. Ward in transactionibus philosophicis (n. 155. 156. 160) atque post eum paulo plures

2. R. Gough (n. 157. 158). Eosdem fere repetunt, adiecto miliario uno itemque sigillo medici,

3. D. Parkes, cuius de titulis Viroconiensibus extant commentarii manu scripti (cf. *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 246) in museo Britannico (*add. ms.* 21,011 — 21,016 et 21,180. 181), quos contuli; et

4. Car. Henr. Hartshorne libro suo Salopia antiqua (*or an enquiry from personal survey into the 'druidical', military, and other early remains in Shropshire and the North Welsh borders* cet. Lond. 1841 8.).

5. Thom. Farmer Dukes (*antiquities of Shropshire, from an old manuscript of Edward Lloyd* [v. supra cap. XV] cet. Shrewsbury 1846 4.) titulos non refert nec magis, quantum video,

6. R. W. Eyton (*antiquities of Shropshire* Lond. 1854—1860 12 voll. 8.).

7. Optime de Viroconio meritus est, ut dixi, Thom. Wright, cuius complura de eo extant scripta (*the ruins of the Roman city of* Uriconium ed. II Lond. 1859 8.; *proceed. of the soc. of antiq.* 4, 1859 p. 247; *assoc. journ.* 15, 1859 p. 205. 311; 16, 1860 p. 158. 205; Archaeol. Cambr. 13, 1867 p. 157 ss.); titulos enim omnes quotquot extant descripsit et edidit.

8. Singulos titulos descripserunt scriptores varii, ut Beriah Botfield (n. 154; qui de Viroconio in universum luculenter egit in collectaneis archaeologicis I 1, 1860 p. 1 ss., *Shrewsbury congress of the archaeological association*), H. Johnson (n. 159; cf. *archaeol. journ.* 19, 1862 p. 80; 20, 1863 p. 196), H. M. Scarth, quem titulorum ad Aquas Sulis pertinentium editorem novimus (*archaeol. journ.* 16, 1859 p. 53. 264; 17, 1860 p. 240; 21, 1864 p. 120).

9. Ioh. Corbet Anderson (*the Roman city of* Uriconium *at Wroxeter, Salop: illustrative of the history and social life of our Romano-British forefathers* cet. Lond. 1867 8.; cf. eiusdem scriptoris *Shropshire; its early history and antiquities* cet. Lond. 1864 8.) studio laudabili, doctrina vero non magna collegit, quae aliunde iam nota erant maximam partem. Primus edidit fragmentum miliarii inutile, quod infra proponemus.

*10. Num *the Shropshire and Northwales natural history and antiqua-*

rian society (cf. *gent. mag.* 13, 1863 p. 302 s.) titulos Romanos observaverit edideritve nescio; sed non puto illam societatem conservare aliunde non nota.

In *Herefordshire* non multa supersunt antiquitatis Romanae vestigia (cf. Goughs Camden 3 p. 65. 73; Archaeologia 23, 1831 p. 417; Iac. Davies Archaeol. Cambr. ser. nova 5, 1854 p. 91 ss.). Clarae ibi sunt *Kenchester* oppidi reliquiae Romanae; sed prodiit inde quantum scio titulus unus tantum miliarius Numeriani, quem edemus infra. Ioh. DUNCUMB certe (*collections towards the history and antiquities of the county of Hereford.* Hereford 1804—1812 2 voll. 4.) titulos profert nullos, quanquam vestigia vitae Romanae, quae per totum comitatum reperta sunt, persecutus est diligenter. In museo, quod in oppido *Hereford* extat, servatur praeterea ara eo delata, ut putant, ex *Kenchester*; sed titulus eius, si quis fuit omnino, legi nequit (Goughs Camden 3 p. 66; Th. Wright *wanderings* p. 33). Proponendus hic est titulus unicus repertus in vico *Tretire* (n. 163) et servatus, ut Viroconienses, a Thoma WRIGHT.

154 *Wroxeter*, cippus rep. a. 1861; servatur in museo.

anaglyphum militis stantis, cuius pedes tantum supersunt

-. ſAMINIVS · T · *f* · POLIIA
*ann*ORVM XXXV·STIP·XXII·MIL·LEG
*xii*II · GEM · MILITAVI AſQ NVNC HIc *Sum*
..LEGITE ET FELICES VITA PLVS ...
5 ..... A/QVA IIOI'''L·'''A
.....ADITIS VIVITE D/M SE/////
...TA////DATTEMPVS HONES?/////

Th. Wright *assoc. journ.* 17, 1861 p. 329; *gent. mag.* 12, 1862 p. 401 aeri incisa secundum photographiam; B. Botfield *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 2, 1861 p. 16 ad photographiam; Scarth et Mac Caul *gent. mag.* 14, 1863 p. 305 et *archaeol. journ.* 21, 1864 p. 132; Anderson Uriconium p. 122 male.

1 T·POL:IA traditur; ut appareat excidisse F, nam T pro tribu accipi nequit. In fine versus nihil deesse testantur omnes. 3 AQ NVNC H·I·S traditur: in lapide fortasse est AQ· et H·S·S *hic situs sum* aut *militavi*[*t*] *a*[*t*]*q*(*ue*) *nunc h*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*). Supplementa trium hexametrorum incerta sunt; Scarth et Mac Caul talia proposuerunt: *perlegite et felices plus minus iusta*(?), | *omnibus aequa lege iter est ad Taenara Ditis.* | *Vivite dum Stygius vitae dat tempus honeste.*

Legionem XIV a. p. C. 70 e Britannia in Germaniam avocatam esse neque inde rediisse dixi in praefatione p. 5; praeterea miles ipse et legio cognominibus carentes tam hic quam in titulo sequente ad primum saeculum ducunt.

155 Cippus fastigio ornatus rep. in *Wroxeter* a. 1752; altus p. 6 dig. 11, latus p. 2. Servatur in museo.

rosa

M·PETRoNIVS
L · F · MEN
VIC · ANN
XXXVIII
5 MIL · LEG
XIIII · GEM
MILITAVIT
ANN · XVIII
SIGN · FVIT
10 H · S · E

I. Ward *philos. transact.* 49, 1755 p. 196 tab. 5 fig. 3 (inde Goughs Camden 3 p. 23; Newton p. 112, 54*a*); Parkes ms. f. 58; Hartshorne Salopia p. 120; Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 2; Anderson Uriconium p. 123.

Cum Vicetiam Meneniae tribui adscriptam fuisse constet, v. 3 cum Mommseno solvendus videtur ut infra proposui; poterit autem etiam cogitari de *vic*(*sit*) *ann*(*os*) *XXXVIII.*

M. Petronius L. f. Men(*enia*) *Vic*(*etinus*) *ann*(*orum*) *XXXVIII, mil*(*es*) *leg*(*ionis*) *XIIII gem*(*inae*), *militavit ann*(*os*) *XVIII, sign*(*ifer*) *fuit. H*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*). Probabile est legionem XIV Martiae victricis cognomina tum demum accepisse, cum a Nerone e Britannia evocata est (Tacitus hist. 2, 11. 66 cf. 1, 6 et titulus Vettii Valentis Ariminensis apud Grut. 1102, 6); ut recte observavit Grotefendius.

156 Cippus fastigio ornatus altus p. 6 dig. 8, rep. a. 1755 prope *Wroxeter* in agro *about 200 yards north east* a muris veteribus; servatur in museo.

rosa

C · MANNIVS
C·F·PoL SECV
NDVS·PoLLEN
MIL LEG · XX ·
5 ANORV · LII
STIP · XXXI
BEN · LEG · PR
H S E

I. Ward *philos. transact.* 49, 1755 p. 196 tab. 5 fig. 1 (inde Goughs Camden 3 p. 23); Parkes ms. f. 58; Hartshorne Salopia p. 121; Th. Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 1; Anderson Uriconium p. 123.

7 PR nec primus pilus nec praefectus videtur esse, cum hoc munus altioris dignitatis sit, quam quae huc quadret, hoc autem aliter soleat notari. Pollentiam Liguriae in tribu Pollia censam fuisse constat.

C. Mannins C. f. Pol(*lia*) *Secundus Pollen*(*tia*), *mil*(*es*) *leg*(*ionis*) *XX, anoru LII, stip*(*endiorum*) *XXXI, ben*(*eficiarius*) *leg*(*ati*), *pr*(*inceps*). *H*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*).

[Mihi explicatio magis placet haec *ben*(*eficiarius*) *leg*(*ati*) *pr*(*ovinciae*); nam cum *beneficiarii consularis* passim reperiantur, potuit idem munus sic quoque ut hic factum est enuntiari. Th. M.]

157 *Wroxeter; this fragment lies at the side of the road under the wall of the last farm house next to the church* GOUGH. Nunc in museo.

*l. va*LERIus
l. F·GAL
...MILES
leg. . . . .

Goughs Camden 3 p. 23; Th. Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 7.

158 *Wroxeter*, inserta muro *of the vicarage house* GOUGH. Nunc in museo.

eques hostem iacentem caedens

TIB·CLAVD·TIB·/*f*..
NIVS·EQ·COH/· *ui*
THRA CVM·AI*n*
ORVM·LVI·ST *ip*
5 ENDIOR...
H·S*e*

Goughs Camden 3 p. 23; Parkes ms. f. 66; Hartshorne Salopia p. 123; Th. Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 5; Anderson Uriconium p. 128.

1 in fine TER Wright, 2 in. NIVS Gough; neque vero cogitaverim de *Tib. Claud*(*io*) *Ter*[*e*]|*ntio.* De cohorte VI, non de I vel II, quae et ipsae fuerunt in Britannia, cogitandum videtur propterea quod hae stativa habuerunt in regionibus Britanniae septentrionalibus, illa autem redit Durocornovii (supra n. 67).

Tib. Claud(*ius*) *Tib.* [*f*. . .] *nius, eq*(*ues*) *coh*(*ortis*) [*VI*] *Thracum, an*[*n*]*orum LVI st*[*ip*]*endior*(*um*) . . . *H*(*ic*) *s*(*itus*) *e*(*st*)

159 *Wroxeter*, rep. a. 1865; servatur in museo. Nisi videretur constare de origine, magis putarem exter nam esse.

D · M
ANTONIAE · GEMELLAE
DIADVMENVS · PIENTISSIMAE
FECIT
5 VIXIT ANNIS XXXIII

H. Johnson Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 367; Th. Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 6.

160 *Wroxeter*, rep. a. 1752; servatur in museo; est cippus fastigio ornatus, altus p. 2 dig. $2^1/_3$, latus p. 2 dig. $4^2/_3$. Tertia frontis pars nunquam inscripta fuit.

delphinus	*in fastigio caput Medusae*	(*delphinus alter periit*)
sertum	*sertum*	*sertum*
D · M	D · M	
PLACIDA	DEVCCV	
AN · LV	S·AN XV	
CVR · AG	CVR · AG	
5 CONI · A	ꟻATRE	
XXX	⌔	

I. Ward *philos. transact.* 49, 1755 p. 196 tab. 5 fig. 2 (inde Goughs Camden 3 p. 23 tab. 1 fig. 5); Parkes ms. f. 58; Hartshorne Salopia p. 122; Th. Wright *the Celt* p. 321, *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 3. 4; Anderson Uriconium p. 127.

1, 5. 6 Indicantur fortasse anni matrimonii.

2, 5 RATRE traditur, ut etiam cogitari possit de ꟻATRE vel ꟻRATRE.

D(is) M(anibus). Placida, an(norum) LV, cur(am) ag(ente) coni(uge) . . . .

D(is) M(anibus). Deuccus, an(norum) XV, cur(am) ag(ente) [p]atre


161 *Wroxeter*, rep. a. 1859. Servatur in museo.

· D · M ·
I · SVM////

Th. Wright *assoc. journ.* 16, 1860 p. 158 ss., 8; Anderson Uriconium p. 131.

2 ISVA Wright.

162 *Wroxeter*, in effossionibus recentibus fragmentum tituli scariphati in muro dealbato (*fragment of a wall inscription*) apparuit eius modi



Th. Wright et H. Johnson Archaeol. Cambr. ser. III 5, 1859 p. 218. 257.

163 *Tretire*, *Herefordshire*; mensa vel ara lapidea, exculpta ad usum fontis aquae benedictae in ecclesia S. Michaelis; servata per Ioh. Webb parochum loci.

DEO TRIVii
BELLICVS DON
AVIT ARAM

Th. Wright *proceedings of the soc. of antiq.* 2, 1849—1853 p. 193 (*wanderings* p. 16, *the Celt* p. 274; *gent. mag.* 12, 1862 p. 456).

Deo trivii Bellicus donavit aram

De antiquitate tituli non est dubitandum.

XVII. DEVA,
LEGIO XX VALERIA VICTRIX
(*Chester*).

Accedunt *Haddon, Hopton, Melandra Castle, Riseley* (*Derbyshire*).

Devam oppidum vetustum, situm ad eiusdem nominis fluvium (hodie *Dee*), certo inde a saeculo altero, fortasse iam antea, stativa habuisse legionis XX tam scriptorum testimonia demonstrant (Ptolem. 2, 3, 19 Δηούανα — scr. Δηούα — καὶ λεγίων $\bar{\text{κ}}$ νικηφόρος; itin. Anton. p. 469, 2 *Deva leg. XX vict.* cf. p. 482, 5. 8; Rav. 5, 31 p. 428, 18 *Deva victris*) quam tegulae legionis atque lapides soliti singularum centuriarum (n. 172. 173) ibi reperti, quos infra proponemus, titulique reliqui hic collecti quamvis pauci. Insunt enim iis dedicatio ab ipsa legione XX facta (n. 171), deinde genio centuriae posita ab optione (n. 166), Fortunae reduci aliisque deis a legato Augusti (n. 164); memorantur praeterea tribunus (n. 167) et princeps legionis eiusdem (n. 168). Etiam dedicationes Genio loci pro salute imperatorum et numini Augusti factae (n. 167. 170) huc faciunt. Contra desunt omnino, si magistrum fani alicuius, ut videtur, Minervae (n. 169) exceperis, honores civiles et officia privata, neque unde coloniam fuisse Devam Angli noverint equidem indagare potui. Titulum sepulcralem unum tantum casus nuper protulit (n. 175); privatus praeterea est pavimenti alicuius unus (n. 174). Sed hodierna *Chester* inter eiusdem fere magnitudinis urbes Britanniae unica est, quae museo aliquo publico omnino careat; certe equidem frustra ibi a. 1866 titulos quaesivi et casu tantum alius exempli ignarus incidi in sepulcralem (n. 175). Reliquorum duos tantum vidi, alterum servatum in museo Britannico (n. 164), alterum Oxonii (n. 168), verum omnino evanidum.

1. Praeter titulum Oxonium delatum (n. 168), quem editores marmorum Oxoniensium inde a SELDENO et CHANDLERO noverunt, antiquissimus, qui innotuit, is est, quem HALLEY edidit (n. 167).

2. HORSLEIUS tres tantum titulos Devenses novit (n. 167. 168. 170), quorum unum solus servavit.

3. Dan. et Sam. LYSONS (Magna Britannia vol. 2 Lond. 1810 4.) praeter notos duos accurate primi exhibent titulum n. 164.

4. PENNANT (vide cap. XV n. 9) in supplementis titulos Devenses duos protulit (n. 164. 167); eiusdem scriptoris liber *the journey from Chester to London* (Lond. 1782 4., ed. II ibid. 1811 8.) titulos non habet.

5. In *the antiquarian itinerary* a. 1815 titulus unus proponitur (n. 167).

6. Georg ORMEROD *the history of the county . . and city of Chester* (Lond. 1819 3 voll. fol.) titulos profert ex auctoribus antiquioribus iam notos.

7. Ios. HEMINGWAY (*history of the county of Chester*. Chester 1831 2 voll. 8) tegulae titulum unum ex latere ipso, lapidi inscriptum unum tantum (n. 168), neque vero ex lapide, exhibet.

8. A. HUME (*ancient meols: or some account of the antiquities found near Dove Point on the sea coast of Cheshire*. Lond. 1863 fol.) reliquias vitae vetustae in antris paludibusque repertas collegit diligenter, titulos vero inscriptos non respexit.

9. C. R. SMITH in ephemeridibus variis itemque in collectaneorum antiquorum volumine sexto (a. 1868) etiam de antiquitatibus Devensibus optime meritus est (cf. n. 165. 171).

Singula praeterea debentur T. N. BRUSHFIELD (n. 174) et I. Y. SIMPSON (cf. titulus Graecus infra proponendus). Societates virorum doctorum, quae per eas regiones extant, veluti *the historic society of Lancashire et Cheshire* (inde ab a. 1848; cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 397 ss.) et *the journal of the architectural, archaeological and historic society for the county, city and neighbourhood of Chester* (inde ab a. 1849; cf. *archaeol. journ.* 14, 1857 p. 290) titulum quod sciam nullum publici iuris fecerunt.

Deae Nymphae titulum aliquem a Seldeno (marm. Oxon. app. p. 57, 5) ex Camdeni collectaneis non plene editum, quem ille ait in Brigantum agro repertum esse, male Devae attribuit Gale (itin. Anton. p. 53). Devensem non esse recte sensit Horsleius (p. 179. 315 quanquam postea opinionem videtur mutasse, cf. praef. eius p. X), neque vero ad *Gretabridge* pertinet, ut voluit, sed ad Petrianam stationem valli Hadriani (infra cap. LIII), ubi vide; is enim titulus re vera extat in Camdeni collectaneis.

De comitatus *Cheshire* antiquitatibus Romanis praeter CAMDENUM (Goughs Camden 3 p. 39 et p. 48 ss.) et HORSLEIUM (p. 314. 318 ubi

describuntur anaglyphum militis in viva rupe insculptum *Cheshire* n. 4, statua Attinis, ut videtur, n. 5; item reliquiae aedificiorum) eosque scriptores, quos supra enumeravi, non multi dixerunt (cf. Archaeologia 28, 1840 p. 451; *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 163; C. R. Smith *gent. mag.* 32, 1849 p. 298 ss. cf. 5, 1858 p. 609 ss.).

In *Derbyshire* variis locis supersunt reliquiae viarum castrorumque Romanorum, de quibus accurate exposuit Samuel Pegge (Archaeologia 10, 1792 p. 17 ss.; extant eiusdem de comitatu praeterea scripta varia, ut apud Nichols bibl. top. Brit. n. 24 Lond. 1784 4.) — nam apud Camdenum (2 p. 415) non multa leguntur quae huc faciant (cf. Gough 2 p. 419). Abundat regio illa fodinis plumbi, unde massae aliquot plumbi inscriptae prodierunt ex numero earum, quas infra proponemus coniunctas. Apud *Brough* prope *Castleton* tegulae prodierunt cohortis alicuius incertae; prope *Buxton* repertum est fragmentum miliarii. Ea infra edemus; hoc loco titulos tres tantum adiungere licuit Devensibus, militares item omnes, quorum primum iam

1. Gibson novit (n. 176), postea eum plures quidem ediderunt, sed nemo accurate.

2. Reliqui duo (n. 177. 178) debentur scriptoribus Archaeologiae Londiniensis duobus Watson et Rooke, quorum ille situm castrorum Romanorum in *Melandra Castle* primus definivit. Scripserunt de comitatu praeter alios hi.

3. Guil. Stukeley (*account of a large silverplate of antique basso-relievo found in Derbyshire*. Lond. 1736 4.). Illustratur titulus christianus, quem in hanc syllogam non recepimus.

4. Guil. Bray (*sketch of a tour into Derbyshire and Yorkshire*. Lond. 1783 8.); is miliarium tantum Ratis (*Leicester*) repertum profert.

*5. Iac. Pilkington (*a view of the present state of Derbyshire, whith an account of its . . . antiquities*. Derby 1789 2 voll. 8.) praeter massas plumbi aliunde notas et titulum n. 176 nihil profert, quod huc faciat. Eundem titulum (n. 176) libelli varii exhibent scripti peregrinantibus, qui regionem amoenitate claram *the Peak of Derbyshire* invisunt; quos sprevi omnes.

6. Thomae Noble et Stephani Glover opus (*the history and gazetteer of the county of Derby; the materials collected by the editor St. Gl.* Derby 1831—1833 2 voll. 8.) non absolutum est. Agitur ibi de antiquitatibus Romanis (1 p. 263 ss.), sed tituli non exhibentur.

7. Thom. Bateman (assisted by St. Glover, *vestiges of the antiquities of Derbyshire and the sepulcral usages of its inhabitants from the most remote ages to the reformation*. Lond. 1848 8. cf. *assoc. journ.* 3, 1848 p. 350 s.) praeter utilia non pauca titulos aliunde fere notos neque ex lapidibus, ut videtur, profert. Idem valet de eiusdem scriptoris libris aliis duobus (*descriptive catalogue of the antiquities and miscellaneous objects preserved in the museum of T. B. at Lomberdale House, Derbyshire*. Bakewell 1855 8.; *ten year's diggings in Celtic and Saxon graveshills in the counties of Derby, Stafford and York from 1848 to 1858*. Lond. 1861 8.).

In *Staffordshire* tituli inscripti quantum scio inventi sunt nulli (cf. Goughs Camden 2 p. 495. 500 ss.; Archaeologia 33, 1849 p. 175). Scriptores eius comitatus consului hos.

1. Rob. Plot (*the natural history of Staffordshire* cet. Oxon. 1686 fol.) in universum tantum agit de antiquitatibus comitatus, titulis adiectis nullis.

2. Stebbing Shaw (*the history and antiquities of Staffordshire* cet. Lond. 1798. 1801 2 voll. fol; exemplum musei Britannici additionibus variis auctum est). Describuntur (p. 14. 15. 19) reliquiae valli alicuius fortasse Romani (*at Pipe Hill* prope *Wall*) ex pilis ligneis facti, viae, castra; tituli non proferuntur.

*3. *A new and accurate survey of the Lichfield* [*Greene*] *Museum*. Lichfield s. a. (cf. Shaw *Staffordshire* 1 p. 331). Libellum rarissimum non vidi; inesse dicuntur tituli massarum aliquot plumbi ibi repertarum.

4. Rob. Garner (*the natural history of the county of Stafford, also its antiquities, topography* cet. Lond. 1844 8.) titulos item non profert.

In fine praefationis inserere placuit titulum Graecum Devae repertum unicum, ne prorsus abesset ab hac sylloge. *Chester*, rep. paullo ante a. 1856 *when making some excavations near the exchange*; litteris elegantibus.

ΗΡCΙΝ
ΓΕΡΜΕΝΕ€Ν
€ΡΜΟ Γ€ΝΗC·
ΙΑΤΡΟC ΒΩΜΟΝ
TONΔ ΑΝ€ΘΗΚΑ

I. Y. Simpson Archaeol. Scotica 2, 1, 1856 p. 79 ss. cui misit Davies.

De Hermogene imperatoris Hadriani medico (Dio 69, 22) cogitavit editor neque obstat litterarum forma, quominus tempori illi adscribatur titulus. Sed fuerunt medici eius nominis non pauci, ut docet Benseleri onomasticum.

[Θεοῖς σωτ]ῆρσιν [ὑπ]ερμενέσιν Ἑρμογένης ἰατρὸς βωμὸν τόνδ' ἀνέθηκα

164 *Chester*, ara rep. a. 1779 in effodiendis fundamentis aedificiorum aliquot novorum in *Watergate-street, in the Yatch field* Lys., Pennant. Servabatur in *the grounds of Oulton Park* Orm. Nunc est in museo Britannico; litterae sunt tenues et altae, sed elegantes saeculi secundi exeuntis.

sertum

FORTVNAE · REDVCI ·
AESCVLAP · ET · SALVTI · EIVS
LIBERT · ET · FAMILIA
PI · \IPONI · T · F · GAL · MAMILIAN
RVFI · ANTISTIANI · FVNSVLN
VETTONIANI · LEG · AVG ·
D · D

in latere sinistro: *sertum sceptrum cum serpente (Aesculapii) simpulum, cultri varii*

in latere dextro: *sertum cornu copiae et gubernaculum (Fortunae) patera*

Contuli et edidi act. Berol. a. 1866 p. 800; Lysons Magna Brit. 2 p. 430 in tab. (inde Goughs Camden 3 p. 50 tab. 2 fig. 5—7); Pennant *tour in Wales* I p. 14 *suppl. tables* tab. 10 fig. 1; Ormerod *Cheshire* 1 p. 294; Ellis *the Townley gallery* (Lond. 1836 8.) 2 p. 284. C. R. Smith collect. ant. 6 (1868) p. 40.

4 I// \IPONI·T·F·CAL·MAML//// Lys., I·IIMIPONI·T·F·GAL·MAMILIAN Smith. 5 RVFI·VTISTIANI·FVNSVIN/// Lys., RVFI . . . IISTIANI FVNISVL·N Smith. 6 VEITO///NI IEG·AVG Lys. Reliquorum variam lectionem sprevi.

Nomen gentilicium legati incertum est; terminatur in . . *poni* vel . . *roni*, ut etiam cogitare possis de Obultronio et Sempronio; sed neque haec duo. nomina nec id quod infra proposui cum litterarum apicibus, quos dispexi, prorsus conveniunt. Ceterum homo ipse, qui inter alia etiam Funisulani Vettoniani, legati imperatoris Domitiani, nomina gerebat (cf. Borghesi opp. 3 p. 72 ss.), mihi aliunde non notus est.

Fortunae reduci, Aesculap(io) et Saluti eius liberti et familia P. (?) [*Caetr*]*oni T. f. Gal*(*eria*) *Mamilian*[*i*] *Rufi Antistiani Funisulani Vettoniani le*(*gati*) *Aug*(*usti*) *d*(*onum*) *d*(*ant*)

165 Ara rep. a. 1849 in *Great Boughton* prope *Chester*. Ubi servetur ignoro.

GENIO
AVERN
IVL QVIN
TILIANVS

C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 225 (inde Th. Wright *the Celt* p. 278; Surridge *notices* p. 13 qui male Cilurni in vallo Hadriani, hodie *Chesters*, ponit), collect. ant. 6, 1868 p. 36.

166 *Chester*, ara rep. a. 1861 in *Eastgate street*. Servari dicitur apud F. Potts.

GENIO
SANCTO
CENTVRIE
AELIVS
CLAVDIAN
OPT·V·S

Gent. mag. 12, 1862 p. 319; C. R. Smith collect. ant. 6, 1868 p. 30.

Genio sancto centuriae Aelius Claudian(us) opt(io) v(otum) s(olvit)

167 *Chester*, rep. a. 1653 in *Forest street, in digging a cellar for Mr. Heath* WARD. Servabatur apud *the Rev. Mr. Prescot, the worthy son of the late learned Mr. Prescot of the same city* HORSL. Apud Ios. *Dysons* et deinde apud Car. *Prescot* LYS. Nescio ubi nunc extet.

in latere sinistro:

genius cum cornu copiae libans super aram

PRO·SAL DOMN
ORVM·NN INVI
CTISSIMORVM
AVGG·GENIO LOCI
FLAVIVS·LONGus
TRIB MIL·LEG XX *v. v.*
T LONGINVS·FIL
EIVS ϕ DOMO
SAMOSATA
V S

in latere dextro:

vas floribus repletum

in parte postica:

sertum cum velo (a curtain with a feston on the top HORSL.)

Halley *philos. transact.* 19, 1695 p. 317 (inde Fabr. 756, 621; Musgrave Iul. Vitalis p. 84; Mur. 1078, 5; Goughs Camden 3 p. 49 tab. 2 fig. 3; Orell. 1697); Stukeley it. cur. 2 p. 32; Horsley p. 314 *Cheshire* 2 cf. praef. p. XXIII (inde Hoare Girald. Cambr. 1 p. 128. 136 tab. 5, 30; Newton p. 112, 59; C. R. Smith collect. ant. 6, 1868 p. 37); 'Vestus' *gent. mag.* 34, 1764 p. 510; Pennant *supplem. tables* tab. 10 fig. 2; Lysons Magna Brit. 2 p. 429 in tab.; *antiquarian itinerary* 1, 1815 male; Ormerod *Cheshire* 1 p. 294.

Sequor Horsleium, quocum consentit Lysons. 7. 8 LONGINVS FLA|VIVS Halley male.

De Diocletiano et Maximiano cogitavit Horsleius; magis puto Severum et Caracallam indicari.

168 *Chester*, ara rep. in *Forest street* a. 1653. Paullo post descripsit HOLME. Deinde a. 1675 a Cholmleio museo Oxoniensi donata, ubi servatur inter marmora Arundeliana.

in latere sinistro:

urceus

I·O·M·TANARO
T·ELVPIVS·GALER
PRAESENS·GVNA
PRI·LEG·XX·V·V
COMMODO ET
LATERANO
COS
V·S·L·M

p. C. 154

in latere dextro:

rosa intra coronam lauri

Vidi, sed vestigia tantum litterarum perpauca evanida dignoscere potui. Chandler marm. Oxon. pars 3 tab. 1, 1 ex exemplo Seldeni; Prideaux marm. Oxon. p. 282, 148 ex exemplo I. Grenehalgh Devae sumpto, cum melius adhuc legebatur, nam tum iam litterae fere evanidae erant (inde Donat. p. 168, 3 'ex schedis P. Gnocchi'; Maittaire p. 34, 45 cf. p. 561; Spon misc. p. 74, 5; Baxter glossar. [1719] p. 223; Fabretti p. 338, 510; Th. Gale itin. Anton. p. 52; Horsley p. 315 *Cheshire* 1 qui adnotat *'the inscription is now almost effaced, only so much remains as helps us to the shape and size of the letters;* 'Vestus' *gent. mag.* 34, 1764 p. 510; Mur. p 331, 6; Thom. Hearne chronicon sive annales prioratus de *Dunstaple* Oxon. 1733 vol. 1 p. XIII et vol. 2 p. XVI; Goughs Camden 3 p. 49 tab. 2 fig. 2; Ormerod *Cheshire* 1 p. 294; Hoare Girald. Cambr. 1 p. 128. 136 tab. 5, 31; Orell. 2054; I. Hemingway *Chester* (1831) 2 in titulo; Newton p. 112, 58; Wright *the Celt* p. 260; C. R. Smith collect. ant. 6, 1868 p. 37); Lysons Magna Brit. 2 p. 429 ex doctoris Randal Holme *academy of armoury, book* III p. 464 (quem librum non vidi) vv. non divisis.

2 ELVPIVS quod traditur nomen nullum est; latet fortasse simpliciter FLAVIVS. 3 GVNA Grenehalgh, GVNA Chandl. Horsl. qui addit *'the third line, tho' fained, is discerned to be as here represented'*, G·ANIA Don., GVN Holme. De Guntia (hodie *Günzburg*) Raetiae omnino non posse cogitari, cum constet eam nullo tempore habuisse rem publicam, monuit Mommsenus C. I. L. 3 p. 721; *Gunia*, quod traditur, per se incertum est neque respondet nomini oppidi alicuius aliunde noti; Luna et Genua, quas Galeriae tribui adscriptas fuisse Mommsenus observavit, a tradita lectione aliquanto longius distant ambae. 4 PRI pro principe videtur ferri posse. LEG·XI Holme.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Tanaro T. [F]l[av]ius Galer(ia) Praesens .... pri(nceps) leg(ionis) XX V(aleriae) V(ictricis), Commodo et Laterano co(n)s(ulibus) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

168*a* *Chester*, ara nuper reperta est ita inscripta:

DEAE MATRI
. . . . . .

C. R. Smith collect. ant. 6, 1868 p. 34 qui de v. 2 ait *'five or six indistinct letters following.'*


169 *Chester*, rep. a. 1861 in *Bridgestreet row;* servabatur apud J. Peacock.

DEAE Mi
NERVAe
FVRIVs
FORTV
NATVS
MAG
V

Gent. mag. 12, 1862 p. 319; C. R. Smith collect. ant. 6, 1868 p. 29. Supplevi.

Deae M[i]nerva[e] Furiu[s] Fortunatus mag(ister) v(ovit)

170 *Chester*, rep. a. 1729 *in Watergate*, in *digging a wine cellar for Mr. Dyson.* Lapis fuisse dicitur *a kind of slate which comes from the isle of Man*; litteris bonis HORSL.



Horsley p. 316 *Cheshire* 6 (inde citat Goughs Camden 3 p. 50; Ormerod *Cheshire* 1 p. 295), qui supplementa proposuit non probabilia; cogitavit enim de *almae Cereris* templo restituto et v. 4 Calpurnii Agricolae nomen erasum esse putavit. V. 2 in. nihil excidisse indicatur.

Praeter *Numini Aug(usti)* verba et v. 5 certi nihil agnoscitur.

171 *Chester*, rep. a. 1821 in *Great Boughton* in horto quodam, qui erat dominorum Daniels; servatur in *Eaton*, quod est praedium marchionis de *Westminster*.

NYMPHIS
ϕ ET ϕ
FONTIBVS
LEG XX
V V

I. H. Hanshall *gent. mag.* 93, 1823 II. p. 388 (inde Férussac *bullet.* 1823 I 52; ex hoc Henzen 5765); C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 219 (inde Wright *the Celt* p. 273), collect. ant. 6, 1868 p. 35.

Nymphis et Fontibus leg(io) XX V(aleria) V(ictrix)

172 *Chester*, in bibliotheca capitulari BOTF. *In the office of Mr. Baylis* SMITH.

COH·I· ϒ OCRATI
MAXIMI Ω L·M·P

Ormerod *Cheshire* 1 p. 295; I. Hemingway *Chester* (1831) 1 p. 397; B. Botfield *notes on the cathedral libraries of England* (Lond. 1849) p. 57; C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 223 (inde I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 223).

COH·I·C·OCRATI|MAXIMINI M P Ormerod, COH I ◇ OCRAII|MAXIMI Ω IMP Botf. (OL·M·P Hem.).

Coh(ortis) I ↄ (centuriae) Ocrati Maximi. L. M(arcius) P(rimus)?

---

173 *Chester*, in *Mr. Baylis office.*

Ↄ ABVCIN

C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 224 (inde I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 252).

ↄ (centuria) A[l]buci[a]n(i)?

---

174 *Chester*, pavimentum tessellatum rep. a. 1803 prope castellum; in parte media, quae servari dicitur apud Frid. Potts, haec scripta sunt.

C·VTI·L·AR
PESCENNINI

T. N. Brushfield *assoc. journ.* 22, 1866 p. 381.

C. V[el]la[ei]? Pescennini

---

175 *Chester*, rep. a. 1861 in effodiendis fundamentis *of the Chester corn exchange buildings;* servatur in horto publico iuxta muros prope turrim dictam *the Water tower*, dono data a G. Chivas.

anaglyphum feminae in lecto recubantis d. poculum tenentis; mensa parva apposita est. Pone astat puer; in angulo dextro superiore avis serto insidet

Smith:	*ego:*
	D · M
PESONI SES ERO?	§ESONIE SEVERI
... N.S VIXIT AN·	NE · //////N
M·VI·D	. . . . .
. . . P . . O	. . . . .
. . . . .	. . . . .
. . . F	. . . . .
	. . . . .

Descripsi; C. R. Smith collect. ant. 6, 1868 p. 34.

V. 2 in. elementum primum I vel F vel T similius visum est, quam C.

D(is) M(anibus) [C]esonie Severine [an]n(orum) . . . . .

---

176 *In the grounds belonging to Haddonhouse near Bakewell was digg'd up this altar, cut in a rough sort of stone* GIBS. *In the porch leading to the hall*; ara est alta p. 2 dig. 11 LYS.

DEO
MARTI
BRACIACÆ
Q·SITTIVS
CAECILIAN
PRAEF·COH
I AQVITANO
V S

Gibsons Camden p. 497 (inde Leigh *Manchester* 3 p. 47; Horsley p. 318; Goughs Camden 2 p. 427; Orell. 1357) cui descripsit Walter Stonehouse *minister of Darfield*, *Yorkshire*; Pilkington *Derbyshire* 1 p. 420; *antiquarian repertory* 3, 1780 p. 7; Lysons Magna Brit. V (1817) p. CCV tab. fig. 1 (inde Newton p. 114, 78; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 241; Henzen adn. ad n. 1357); Bateman *vestiges* (1848) p. 162 (inde Wright *the Celt* p. 261); I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 252.

Gibson addit una cum hoc sibi missa esse exempla aliquot titulorum aliorum (*one or two more*), sed paene detritorum, neque addita locorum ubi reperti essent indicatione, qui postea omnes pervenissent in Radulphi Thoresby collectionem.

4 OSITTIVS Gibs., OS// //TIVS Lys. Potest etiam suppleri *Ostilius*, sed magis placet quod infra posui. 6. 7. 8 PRÆFECT|TRO . . . . . | V S Gibs. male.

Cohors I Aquitanorum ex diplomate a. 124 nota praeterea semel tantum Procolitiae (infra n. 620) memoratur.

Deo Marti Braciacae [Q.] Sittius Caecilian(us) praef(ectus) coh(ortis) I Aquitano(rum) v(otum) s(olvit)

---

177 *Hopton, Derbyshire* (prope *Matlock* et *Melbourne*); a. 1792 sepulcrum repertum ibi est, in quo vas erat, tectum lapide longo ped. 2 dig. 6, lato ped. 1 dig. 8; postquam purgatus est, apparebant in eo litterae hae maxime evanidae.

//////
GELLI
PRAE C///III
LV BRIT///

H. Rooke Archaeologia 12, 1796 p. 3 (inde Britton *beauties* 3 p. 529 et ego *rhein. Mus.* 14, 1859 p. 351 cf. I. Becker ibid. 13, 1858 p. 253).

De *prae[f(ecto)]* quodam *c[o]h(ortis) IV Brit(tonum)* cogitari posse certum est; cf. tegulae eius cohortis in *Yorkshire* et *Cumberland* repertae infra edendae.

178 Rep. in castrorum Romanorum reliquiis, quae dicuntur *Melandra Castle* (in *Glossop parish*, *Derbyshire*); servabatur inserta fronti domus *of the present tenant of the ground*, qui est ducis *de Norfolk*. Tabula lapidea longa circiter dig. 16, lata 12. Ectypum gypseum servatur in *the Peel Park Museum*, *Manchester*, *Salford*. Litterae videntur esse saeculi secundi exeuntis.

CHO Ī
FRISIAVO
Ↄ VAL·VIT
AIIS

Descripsi ex ectypo. Watson Archaeologia 3, 1786 p. 236 (inde Goughs Camden 2 p. 431; Lysons Magna Brit. V 1817 p. CCVI; Newton p. 115, 86).

Cohors eadem redit Mancunii (infra cap. XX), ubi vide.

Cho(rtis) I Frisiavo(num) ↄ (centuria) Val(erii) Vitalis

XVIII. LINDVM,

COLONIA

(Lincoln).

Accedit *Mansfield Woodhouse* (*Nottinghamshire*).

Coritanorum (s. Coritavorum) oppidum principale Ptolemaeo (2, 3, 20) Λίνδον est; a Londinio itinera complura per Lindum tendebant Eburacum et ulterius versus septentriones ad Luguvallium (itin. Ant. p. 475, 3. 476, 7. 477, 9. 478, 10). Solus Ravennas (5, 31 p. 430, 2) *Lindum coloniam* fuisse diserte addit. Quocum conveniunt omnino situs oppidi hodierni, cuius nomen aperte conflatum est ex Lindo colonia, in loco eminenti, murorum et aedificiorum reliquiae (cf. Horsley p. 319), tituli militares frequenter ibi reperti; denique *decurio* memoratus in titulo uno (n. 189). Neque obstat quod, casu fortasse, tegulae legionariae vel militares adhuc ibi prodierunt omnino nullae; quae enim ibi inventa est inscripta sic L·V·L·F, ea nomen hominis alicuius privati refert, ad legionem vero quintam (ut voluerunt antiquarii nonnulli Britanni) non pertinet. Militum veteranorumve tituli Lindi reperti referendi sunt ad legiones Britannicas quattuor, nonam, quae usque ad Hadrianum Eburaci tendebat (n. 183. 184), sextam, quae eius locum postea obtinebat (n. 182), secundam adiutricem (n. 185. 186), quartam decimam (n. 187); accedit incertae

legionis fragmentum (n. 188). Desunt vicesima Devensis et secunda Augusta Iscensis. Cohortium vero alarumve memoria superest nulla; quod nemo casui tribuerit. Si recte supra coniecimus quartadecumanos stativa olim habuisse Camuloduni (cap. XII), restat sola secunda adiutrix, quam Lindi initio collocatam esse conieceris, cuiusque duos sane milites ibi reperimus sepultos, cum praeterea unum tantum noverimus eius militem Aquis defunctum (supra n. 48). Sed priusquam eius tegulae prodeunt, quae nusquam adhuc quantum scio repertae sunt, ea quoque coniectura incerta manet. Legionem vero II adiutricem in Britannia fuisse, quanquam fortasse paucos tantum annos, exposui in praefatione (supra p. 5). Tituli reliqui non multa habent memorabilia; nisi illud observatione dignum putas, quod cum legione homines peregrinos, Graecos et Gallos (n. 190. 191), hic quoque videmus consistere. De tribu Lindensium non constat; titulus enim Mogontiacensis *M. Minicii M. fil. Quir. Lindo Martialis* (Henzen 5793) ad urbem Rhodiensem notam probabiliter refertur a Grotefendio (*die röm. Tribus* p. 125). Statuarum et anaglyphorum aliquot reliquias Lindi repertas, inter quae sunt matronae sedentes tres, publici iuris fecit C. R. Smith (collect. ant. 5, 1861 p. 146). In claustro ecclesiae vidi aram tribus anaglyphis ornatam, scilicet Herculis aliorumque deorum duorum incertorum. Alia cum Trollopii collectione in museum Britannicum pervenerunt.

Titulos Lindenses scriptores antiquiores noverunt nullos. Primus

1. Stukeleius (1724) duos (n. 191. 195) edidit in itinerario curioso, eosdemque

2. Horsleius vidit.

3. Franciscus Peck (academia Anglicana tertia, *or the antiquarian annals of Stanford in Lincolnshire, Rutland and Northamptonshires, in XIV books.* Lond. 1727 fol.) in universum tantum agit de reliquiis Romanis (p. 5 ss.), titulos non profert.

4. Gough addidit iam notis quattuor (n. 179. 184. 190. 192) ab amicis secum communicatos.

5. Varios deinde addiderunt varii (n. 180. 181. 184); duo exhibebantur, cum institutum archaeologicum Britannicum Lindum convenit a. 1848 193). Sed numerum aliquanto maiorem colligere primum contigit

6. Arthuri Trollope civi Lindensi, qui quae collegerat monumenta Romana Lindensia nuper cessit museo Britannico. Ipse ea publici iuris fecit una cum Eduardo Trollope canonico Lindensi in ephemeridibus archaeologicis (*archaeological journal*); ego beneficio eius contuli paene omnia a. 1866, dum in domo eius asservantur. Sunt autem tituli quattuordecim hi (n. 180—189. 191. 193. 194. 196).

Qui praeterea de comitatu scripserunt praeter Camdenum (2 p. 331. 341 cf. Archaeologia 10, 1792 p. 345; 12, 1796 p. 96; 22, 1829 p. 26; 23, 1831 p. 385)

7. Anonymus (i. e. Allen, *the history of Lincoln* cet. Lond. et Lincoln 1834 2 voll. 4.) et

8. Adam Stark typographus (*the history of Lincoln* Lond. 1812 12°, ibid. 1854 8.), ii de antiquitatibus Romanis quidem rettulerunt, sed titulos non respexerunt.

Aliis quoque comitatus locis praeter Lindum, veluti in *Horkstow* (ubi pavimenta tessellata prodierunt delineata a Sam. Lysons in reliquiis Britannicis), in *Scampton* (v. Cayley Illingworth *a topographical account of the parish of Scampton* Lond. 1810 4.), in *Wainfleet* (v. Edm. Oldfield *a topographical and historical account of Wainfleet and the Wapentake of Candleshoe* Lond. 1829 4.) viarum vestigia aliaeque vitae Romanae reliquiae repertae sunt, tituli vero nulli. In *Ancaster* tantum, quod ipso nomine originem Romanam testatur (cf. Horsley p. 432), praeter anaglypha varia, ut matronarum trium sedentium (C. R. Smith coll. ant. 5, 1861 p. 149 tab. 16), repertum est miliarium Constantini infra edendum.

In vicina *Leicestershire* ipsum *Leicester* oppidum probabile est occupare situm Ratarum mansionis itinerarii (p. 477, 4. 479, 3 cf. Ravennas 5, 31 p. 429, 6 Rate Corion i. e. Coritanorum; Ptolemaeus 2, 3, 20 Ῥάγε). Sed praeter muros Romanos (*the Jewry wall*, cf. *assoc. journ.* 6, 1851 p. 393. 19, 1863 p. 340 et *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 1, 1860 p. 243 ss. 3, 1867 p. 448. 461), tegula tantum legionis nonae, ut videtur, et miliarium Hadriani infra edendum, titulorum vero aliorum nihil ibi repertum est. Ediderunt miliarium illud scriptores permulti, qui de comitatu scripserunt; eorum afferam quos consului potiores tantum.

1. Ioh. Throsby (*the memoirs of the town and county of Leicester.* Leicester 1777 6 voll. 12°), qui praeterea variis scriptis de rebus oppidi *Leicester* commentatus est.

2. Ioh. Nichols topographus notus (*the history and antiquities of the county of Lincoln* Lond. 1795—1811 4 voll. fol.). Hic quoque multa praeterea de comitatu edidit, quae huc non pertinent.

3. I. Curtis (*a topographical history of the county of Leicester.* Ashby-de-la-Zouch 1831 8.)

4. Iac. Thompson (*handbook of Leicester.* Ed. II Leicester 1844 12.; cf. *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 415).

5. Extat in *Leicester* societas litteraria (*the Leicester literary and philosophical society*), in cuius relationibus a. 1855 editis (cf. *assoc. journ.* 19, 1863 p. 32 ss.) reliquiae Romanae, quae extant, describuntur, collectae illae in museum (*the Town museum*), quod non vidi (cf. *gent. mag.* 19, 1866 p. 336 s.)

*6. Non vidi alius cuiusdam societatis scripta (*transactions of the Leicestershire architectural and archaeological society.* Vol. I P. I Leicester 1862 8.); sed non puto ad haec studia ea pertinere.

In *Rutlandshire* Romani nihil videtur repertum esse (cf. Goughs Camden 2 p. 329); scriptores certe, quos comitatus ille nanctus est

1. Iac. Wright (*the history and antiquities of the county of Rutland* Lond. 1684 fol. cum supplementis editis ibid. a. 1687 et 1714) et

2. Thom. Blore (*the history and antiquities of the county of Rutland.* Stanford 1811 fol.) titulos non proferunt.

Nottinghamshire comitatus praeter solita vitae Romanae testimonia (cf. Goughs Camden 2 p. 395. 399; Archaeologia 9, 1789 p. 193; 10, 1792 p. 378) nihil fere quod hoc loco recenseamus protulit. Egerunt de eo comitatu inprimis

1. Rob. Thoroton (*the antiquities of Nottinghamshire.* Lond. 1677 fol., ed. II *with large additions by John* Throsby. Lond. 1797 3 voll. 4.), qui de reliquiis Romanis varii generis rettulit 2 p. 172 ss., et

2. Guil. Dickinson (*antiquities historical, architectural, chorographical and itinerary in Nottinghamshire and the adjacent counties* cet. Lond. 1801—1803 4 partes 4.).

Titulum unicum (n. 197) repertum in parietinis villae rusticae Romanae prope *Mansfield Woodhouse* detectis edidit Hayman Rooke in Archaeologia Londiniensi; idem scriptor libellis aliquot peculiaribus, quos edidit (veluti *a sketch of the ancient and present state of Sherwood forest in the county of Nottingham.* Nottingham 1799 8.), de vitae Romanae reliquiis verba fecit. Vidi praeterea libros libellosque non paucos ad *Nottinghamshire* pertinentes, sed fructu nullo.

Verbo addo huic capiti adiungendum fuisse titulum novicium (n. 5*), ne quem postea falleret; cur damnandus sit, manifestum est.

179 Fragmentum lapidis magni (epistylii puto) rep. una cum multis aliis eiusdem fere magnitudinis, quae aedificii alicuius grandis fuisse visa sunt omnia, ad latus orientale muri Romani veteris *below the hill at Lincoln.* Litterae aliquantum evanidae neque incisae eleganter margine inclusae sunt atque altae dig. $3^1/_2$; initio una tantum videbatur deesse. Videtur periisse.

a POLLINES

Goughs Camden 2 p. 392 qui de [*A*]*pollin*[*i*] *s*(*acrum*) cogitavit, non male.

180 Sigillum Martis aeneum operis elegantissimi rep. paullo ante a. 1774 in aggere antiquo *the Foss dike* inter Lindum et fluvium *Trent*; servabatur tum apud Ricardum *Ellison* in *Thorn* in *Yorkshire;* nunc est in museo Britannico. Mars omnino nudus est, caput autem galea cristata tectum, dextra in altum sublata videtur tenuisse hastam (quae deest), laeva pendente fortasse scutum (quod item deest). In basi inscriptum est litteris saeculi puto secundi medii (ut recte iudicavit GOUGH)

	in fronte:	*in postica:*
a	DEO · MAR · ET ø	*b* AD SESTER N Є
	NVB · AVG · COʌ	CELATVS AERAR
	ASVNI BRVCCI	IVS FECIT · ET AERA
	VS ET CARATIVS DE	MENTI LIBDONAV
5	SVO DONARVNT	5 IT FACTAM Ж III

Contuli, meaque causa iterum inspexerunt A. W. Franks et A. S. Murray amici Londinienses; unde de lectione nunc videtur prorsus constare; Goughs Camden 2 p. 392 tab. 12 fig. 1. 2; I. Banks Archaeologia 14, 1803 p. 273.

a 1 MAR· FI Gough. 2 in fine COI Gough, COH aes; ultimum elementum non puto esse R imminutam; num L sit ideo in incerto relinquo, quod L reliquae in parte postica eiusdem tituli formam illam ʌ aliunde satis notam non habent.

b 1 in fine N Є Gough. 5 EACTAM Gough.

Nomen gentile donatorum incertum est; observa praeterea compendium insolens vocabuli quod est *numinibus*; nisi potius latet nomen dei alicuius peregrini, ut proposuit Mommsenus. Titulo posticae puto indicari primum Martem illum factum esse pretio nummorum centum, deinde vero illud addi, aerarium, qui fecerit, donasse de suo libram aeramenti, quod in sigillum impendebatur, pretii illam denariorum trium. Aerario nomen fuisse Celato mirum est, sed non facile nomen donantis tacetur.

Deo Mar(ti) et nu(mini)b(us)? Aug(usti) Co[l]asuni Bruccius et Caratius de suo donarunt ad sester(tios) n(ummos) c(entum). Celatus aerarius fecit et aeramenti lib(ram) donavit factam Ж (denariis) III (tribus)

181 Vas cretaceum forma capitis humani (servabatur apud Trollopium, nunc est in museo Britannico). Infra atramento appictum est litteris bonis saeculi primi

DO MIIRCVRIO

Descripsi et edidi act. acad. Berol. a. 1866 p. 787; A. W. Franks *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1867 p. 439.

Nolui seponere inter titulos instrumenti domestici, quia fortasse pertinuit ad sacellum aliquod Mercurii Lindense. Ollae forma capitum humanorum in Germania quoque et in Gallia repertae sunt; similem Eburacensem Thomas Gale descripsit et aeri incidendam curavit (Antonini it. Brit. p. 23).

D(e)o Mercurio

182 Basis non magna rep. Lindi a. 1859 in parte oppidi occidentali. Ex Trollopii museo pervenit in museum Britannicum. Litterae aliquantum evanidae sunt.

DIS · MANIB
G · IVLI · GAL
GALLIENI · LVG
VET · EX · LEG · VI
5 VIC · P · FИA · SEME

Descripsi et ectypum reportavi contulitque mea causa iterum A. S. Murray. E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 19.

2 CAL Troll. 3 CALLENI ego. LVC Troll. 5 P·F·ИASEMF Troll.; ut dedi etiam Murray, praeterquam quod P · EИ legit. Quod dedi v. 5, in lapide est; neque visae sunt litterae illae restauratae esse a manu imperita. Supplevi exempli causa. Lugudunum Galliae fuisse ascriptum tribui Galeriae constat.

Dis Manib(us) G. Iuli Gal(eria) Gal[e]ni Lug(uduno), veter(ani) ex leg(ione) VI vic(trice) p(ia) f[id](eli). A. Semp(ronius) [. . . . heres fecit]

183 Lindi rep. a. 1865 *at the corner of Salt house lane.* Non est in museo Britannico; ubi servetur ignoro.

C · SAVFEIO
C · F · FAB · HER
MILIT · LEGIO
VIIII
5 ANN · XXXX
STIP · XXII
H · S · E

Ed. Trollope *gent. mag.* 19, 1866 p. 816; L. Jewitt *the Reliquary* 7, 1866/7 p. 16.

Heraclea Sentica Macedoniae tribui Fabiae ascripta erat; cf. Grotefend *die röm. Tribus* p. 138. Titulus videtur esse saeculi primi.

C. Saufeio C. f. Fab(ia) Her(aclea); milit(avit) legio(ne) VIIII; an(norum) XL, stip(endiorum) XXII. H(ic) s(itus) e(st)

184 Lindi rep. a. 1830 *opposite the city gaol*; servabatur in museo *of the Mechanics institution*, postea in claustro ecclesiae cathedralis, ubi iacet fractus. Est cippus fastigio ornatus litteris non bonis et aperte restauratis. Ectypum gypseum servabatur apud Trollopium.

rosa
L · SEMPRONI · FLA
VINI ø MIʌTS · ʌEG · VIIII
sic Ɔ CLACLVDI SEVERI
AER · VII · ANOR · XXX
5 ISPANICA · LERIA
CIV MA

Descripsi ex archetypo et ex ectypo gypseo. I. S. Padley *gent. mag.* 18, 1842 p. 350 in tab. (inde Newton p. 112, 53*a*; Henzen 6676), cf. ibid. 13, 1840 p. 79; E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 6.

E litterae vv. 1—3 transformatae sunt a lapicida novicio in hanc formam Є. Etiam initium v. 3 aperte perpessum est restauratorem, puto tamen in lapide fuisse quod dedi, ita ut lapicida antiquus erraverit pro Ɔ CLAVDI, quod voluit, exhibens Ɔ CLACLVDI, scilicet CL male iterato. 4 NNOR Troll., fortasse recte. 5 *Ispanica Leria* puto nomen uxoris esse cognomine anteposito neque cogitandum de Liria Edetanorum civitate (C. I. L. 2 p. 509). 6 CIVI Padley, quod non est in lapide. Legendum fortasse *civ(is)* [i. e. civis sua] *ma(rito)* aut *civ(is) Ma . . .*, ut indicetur patria feminae; de *civi ma(ximi exempli)* cogitavit Henzenus. Sed potest etiam esse *c(on)iu(nx) ma(rito)*; neque enim quidquam deest in fine. [*Ispani Galeria civi Ma . . .*? TH. M.]

185 Lindi rep. a. 1849 *in Monson street.* Servatur in museo Britannico dono Trollopii, qui ectypum gypseum domi servabat. Est cippus magnus fastigio ornatus; litterae sunt altae et tenues aevi Vespasiani.


tridens
delphinus *delphinus*
T · VALERIVS · T · F
CLA · PVDENS · SAV
MIL · LEG · II · A · P · F ·
Y · DOSSENNI ·
5 PROCVLI · A · XXX
AER · X//// · H · D · S · P ·
H · S · E
ascia

Contuli; *Lincoln meeting of the archaeol. Institute* 1850 p. XXVIII; A. W. Franks *archaeol. journ.* 11, 1854 p. 25 (inde Grotefend *Bonner Jahrb.* 32, 1862 p. [35]); S. Birch *archäol. Zeitung* 1854 p. 456*; E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 18.

6 E·D·S·P vel F·D·S·P priores; sed est H littera lacuna lapidis aliquantum imminuta. De Claudia Savaria v. C. I. L. 3 p. 525.

T. Valerius T. f. Cla(udia) Pudens Sav(aria), mil(es) leg(ionis) II a(diutricis) p(iae) f(idelis), ɔ(centuria) Dossenni Proculi, a(nnorum) XXX, aer(um) X . . . H(eres) d(e) s(uo) p(osuit). H(ic) s(itus) e(st)

186 Lindi rep. *in Monson street*; servabatur apud Trollopium, nunc est in museo Britannico. Litterae evanidae sunt et fortasse etiam ex parte male restauratae.




Descripsi summa cum difficultate contulitque Murray. E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 18, quorum exemplum hoc est: GETA·D· PIV . . . . | ONTI·PROCV | LI·E·LICINIVS·F·C | AESARIV·C·A | NNORVM·XX | . . . . LINDII. V. 1 G·II clare legi affirmat Murray. 3 LI·LICINIVS·LEG Murray. 4 Haec tantum vidi SAI IGA, SALIGA Murray; sed *Sanga* Fabiorum olim cognomen notum est. 6 Murray ita legit ECE////DIE; tamen puto me recte legisse neque supplendum esse *m(ensium) dece[m] die-[rum] V.* Nam militem secundo loco nominatum monumentum fecisse consentaneum est, neque defunctum esse et ipsum probabile. 7 Post V fortasse M in lapide fuisse adnotat Murray.

. . . . . *mil(es) le]g(ionis) II ad(iutricis) p(iae) f(idelis), c(enturiae) [P]onti Proculi. L. Licinius L. f. Gal(eria) Sa[n]ga Lug(uduno) annorum XX. . [st]ipend(iorum) II [de]su[o]? . . . .*

---

187 Fragmenta duo lapidis, ut ex forma et materia apparet, eiusdem, rep. Lindi a. 1859. Servabantur apud Trollopium, nunc sunt in museo Britannico.



Descripsi et supplevi. E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 19, qui ita legerunt: AELIVS | VS·M·AVRE | VM·ILIB | CINO | XXV | ENIVS·VE | EX·LEG·XIIII | HE·TEST·P.

[M. Au]relius [Iust]us, M. Aure[li Pos]tumi lib(ertus) . . . cino [annor(um)] XXV. [L. Anti]sti[us Adv]entus ve[ter(anus)] ex leg(ione) XIIII . . h(eres) e test(amento) p(osuit)

---

188 Fragmentum servatum apud Trollopium; nunc in museo Britannico.

b




Descripsi et supplevi fragmentum *b*, antequam A. S. Murray mihi scripsit accessisse nuper fragmentum *a*, quod supplementa mea prorsus confirmat.

. . . Camilia Pisauro . . mil(es) leg(ionis) . . .

---

189 Lindi rep. a. 1859 in fundamentis muri *of the lower Roman tower*. Servatur in museo Britannico.



Descripsi. E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 1 qui titulos duos non recte distinxerunt.

Cognomen feminae alterius (nam feminam esse demonstrat protome), matris fortasse Faustinae, incertum est et fortasse peregrinae originis.

2 in fine CATIOTA Troll., quod dedi vidi in lapide.

D(is) M(anibus). Volusia Faustina c(ivis) Lin-d(ensis). V(ixit) ann(os) XXVI m(ensem) I d(ies) XXVI. Aur(elius) Senecio dec(urio) ob merita c(oniugi) p(osuit).

D(is) [M(anibus)] Cl(audiae) Cation . . . Vixit a[n]n(os) LX . . .

---

190 Lindi rep. a. 1785 ad partem septentrionalem muri veteris a *Newportgate* versus occidentem, *on the south or inside of the wall.* Servatur in claustro ecclesiae cathedralis; est cippus altus ped. 5, latus 2, supra in fastigium terminans, litteris bonis.

D · M
FL · HELIVS · NATI
ONE · GRECVS · VI
XIT ANNOS · XXXX
FL · INGENVA · CO
NIVGI · POSVIT

Descripsi. Goughs Camden 2 p. 392 tab. 12 fig. 3; *gent. mag.* 13, 1840 p. 79; E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 4.

---

191 Lindi, *upon the steeple of St. Mary's church they have placed in the wall an antient monumental stone with this imperfect inscription* STUK. *St. Mary-le-Wigford, in the Norman tower, on the right hand side of the western doorway* TROLL. Ibidem extat, litterae sunt bonae saeculi puto primi. Supra insculptus est titulus christianus saeculi XVI.

DIS MNIBVS
NOMINI SACRI
BRVSCI FILI CIVIS
SENONI ET CARSSo
VNAE CONIVGIS
EIVS ET QVINTI F·

Contuli. Stukeley itin. curios. 1 p. 86. 91 tab. 64 2d III; Horsley p. 319 *Lincolnsh.* 1 (inde Goughs Camden 2 p. 374); E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 15.

Dis Manibus; nomini Sacri, Brusci fili, civis Senoni, et Carssounae coniugis eius et Quinti f(ili)

Sacer Brusci filius cum coniuge Carssouna ex Senonum terra in Gallia huc videtur transmigrasse.

---

192 Lindi, *a votive tablet lately found in the wall* prope *Newport gate.*

M · LAETII
m. F MAXCT
MI

Sympson in Goughs Camden 2 p. 364, qui de imperatore Maximo cogitavit.

M LAETII | F MAXCT | MI traditur.

---

193 Tabella lapidea rep. a. 1830 a Lindo versus occidentem prope rivum *Witham*, versus *Saxelby*; servatur *at Canwick hall, the seat of Major Sibthorp.*

⌽ D ⌽ M ⌽
CLAVDIAE
CRISIDI
VIXIT ⌽
AN ⌽ LXXXX
HEREDES ⌽
⌽ P ⌽ C ⌽

Gent. mag. 13, 1840 p. 79; *Lincoln meeting of the archaeol. instit.* a. 1848 p. XXVIII; E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 8.

1 DOMO *gent. mag.*, ⌽ LQM ⌽ *Lincoln meet.*

---

194 Lindi fragmentum apud Trollopium olim; nunc in museo Britannico.



Descripsi.

---

195 Lindi, rep. a. 1724(?) *in a field behind the house, where the Lord Hussey was beheaded for rebellion under Henry VIII, opposite John of Gaunts house* HORSL. Litteris magnis, quarum has distinxit STUK.

D M
. . . . .
VIX·ANN·XXX

Stukeley itin. curios. p. 85; Horsley p. 319 qui litteras fuisse magnas vidit, sed nullam distinxit.

196 Lindi, fragmentum arae vel basis parvae apud Trollopium olim, nunc in museo Britannico.

Descripsi, sed in loco obscuro non plane distinxi; contulit Murray, cuius lectionem exhibeo.

197 *Mansfield Woodhouse, Nottinghamshire*, inter *Lincoln* et *Chesterfield*, cum sepulcrorum duorum reliquiis rep. sunt a. 1787 fragmenta tituli sepulcralis haec



H. Rooke Archaeologia 8, 1787 p. 372.

XIX. DANVM? *(Doncaster)*, CAMBODVNVM? *(Slack* prope *Stainland*, acc. *Greetland)*, OLICANA? *(Ilkley)*.

Accedit *Adle* prope *Leeds*.

In territorio Brigantum (cuius deam bis ibi reperimus in titulis nominatam, n. 200 203) et ab Eburaco versus meridiem et orientem, in *Yorkshire* comitatus parte occidentali (*West Riding*) oppida aliquot sita fuisse tituli ibi reperti docent una cum testimoniis scriptorum veterum. Ea hoc capite coniunxi.

In *Doncaster*, ubi repertus est titulus unicus (n. 198), non sine probabilitate ponitur Danum itinerarii (p. 475, 5. 478, 8) a fluvio cognomini ita dictum et in via Londinio Eburacum situm, cuius superesse dicuntur vestigia non dubia, velut area castrorum (cf. Goughs Camden 3 p. 235. 271). Praeter scriptores Eburacenses, quos composui capite XXII, titulum illum referunt I. Wainwright, E. Miller, I. Hunter libris ad n. 198 citatis. Notitia ibi ponit *praefectum equitum Crispianorum* (p. 113* 3 Böck.). — In *Sheffield* urbe comitatus Eburacensis maxime meridionali praeter diploma militare a. 124 in *Riveling* prope *Stannington* repertum et olim ibi servatum Romani nihil videtur prodiisse (cf. Ios. Hunter Hallamshire *the history and topography of the parish of Sheffield.* Lond. 1819 fol.).

In *Slack* prope *Stainland* et in *Greetland* ad fluvium *Calder* (inter *Halifax* et *Huddersfield* oppida) castrorum Romanorum vestigia, item reliqua vitae Romanae testimonia non pauca reperta sunt (cf. Goughs Camden 3 p. 237. 274 et I. Hunter Archaeologia 32, 1847 p. 16 ss. *on the site of* Cambodunum; item *archaeol. journ.* 24, 1867 p. 289). Castra illa probabiliter item fuisse putantur Cambodunum mansio itinerariorum (Antonini p. 468, 6, *Campoduno* cod. Rem. et Vatic.; *Camulodono* Ravennas 5, 31 p. 430, 10) et Καμουνλόδουνον Brigantum apud Ptolemaeum (2, 3, 17). Tituli ibi reperti sunt tres (n. 199. 201. 202), militares duo tertiusque indicans opus aliquod factum a centuriis legionis sextae Eburacensis.

Quartus deae Victoriae Brigantiae (n. 200) inde potest ablatus esse ad vicinam *Greetland*; sed ibi quoque aliam fuisse stationem militarem tegulae docent ibi repertae inscriptae nomine *cohortis* alicuius *IV Bre* .... aliunde non satis notae. Atque hic quidem titulus (n. 200) iam Camdeno aliisque saeculi XVI testibus notus erat, velut auctori Iosephi Hunter; per Cottonem ad *Connington* et deinde Cantabrigiam translatus visus est a scriptoribus multis, inter quos est I. Crabtree historiographus urbis *Halifax*. Reliquos servaverunt auctores epigraphici soliti.

In *Adle* (s. *Adel, Addel. Addle*) oppido parvo prope *Leeds* urbem hodie magnam tituli item pauci prodierunt a Thoresby et Whitaker potissimum servati, quorum libros indicabo infra. Cum his coniunxi memoriam litterae unius inscriptae lapidibus pontis Romani supra *Cock* rivum prope *Tadcaster* (n. 207), quam Calcariam itinerarii (p. 468, 5) esse putant; tituli praeterea ibi reperti non sunt. In ipsa *Leeds* museum extat societatis philosophicae et litterariae, quae etiam commentarios edidit (*transactions of the philosophical and literary society of Leeds.* Vol. I p. 1 Lond. 1837 8.; plura non vidi); servari in museo illo supellectilis Romanae specimina ibi reperta non pauca (cf. Iac. Wardell *the antiquities of the borough of Leeds described.* Lond. 1853 8.), titulos vero nullos affirmaverunt mihi amici; ipse enim non adii. Similiter in *Wakefield* oppido eius regionis non parvo vestigia Romana prodierunt (cf. Archaeologia 17, 1814 p. 333; 19, 1816 p. 412; 24, 1832 p. 349; W. H. Leatham *lecture on Wakefield* in Halliwells *Archaeologist* I 2, 1842 p. 180 ss. et *transactions of the Leeds philos. soc.* p. 80).

Ilkley, ab *Adle* occidentem versus ad flumen *Wharfe* situm, propter nominis similitudinem satis longinquam cum Ὀλίκανα Brigantum oppido, cuius Ptolemaeus solus (2, 3, 16) meminit, componitur. Tituli ibi inventi tres (n. 208—210) inde fere a saeculo altero exeunte castra ibi habuisse cohortem II Lingonum indicant; quam cohortem in Britannia militasse Hadriano imperante ex diplomate (a. 124) scimus. Redit eadem in titulo in *Moresby* Cumbriae reperto (n. 359); in notitia Congavatae ponitur praefectus eius (p. 114* 20 Böck.), de qua dixi infra cap. XXXII. Noti erant tituli illi ibi reperti iam Camdeno eiusque auctoribus et deinde Horsleio, post quem nemo eos contulit, si quidem adhuc extant.

Ex orientali itemque ex meridionali *Yorkshire* comitatus parte (*East Riding*) tituli nulli prodierunt, quanquam ibi quoque vitae Romanae vestigia variis locis detecta sunt multumque disputatum est a doctis Anglis de oppidorum antiquorum, quae itineraria memorant, collocatione (cf. Goughs Camden 3 p. 246. 310; Th. Thompson Ocellum promontorium *or short observations on the ancient state of Holderness.* Hull 1821 2 voll. 8.; Archaeologia 25, 1834 p. 127 ss.; 30, 1844 p. 458 ss.; Rob. Knox *descriptions geological, topographical and antiquarian in East Yorkshire* cet. Lond. 1855 8.). In *Hull*, quae est eius regionis civitas hodie maxima, extat societas litteraria et philosophica (cf. *gent. mag.* 27, 1847 p. 185); neque vero num quid ab ea publici iuris factum esset, quod huc pertineret, resciscere potui. Titulum unum Eburacensem (n. 248) eo pervenisse neque vero servatum esse dixi ibi.

198 *Doncaster*, rep. a. 1781, in *digging the cellars of Mr. Jarratts house*; est ara alta circiter ped. 2 dig. 6; servatur in museo Eburacensi.

vas floribus repletum

MATRIBVS
M · NAN
TONIVS
ORIOAL
V·S·L·M

urceus

Contuli. Archaeologia 7, 1781 p. 420 tab. 30 (inde Goughs Camden 3 p. 272); H. S. *gent. mag.* 51 1781 p. 361 aeri incisa; Astle *antiquarian repertory* 3 p. 166; Ioh. Wainwright *an historical and topographical view of the Wapentake of Strafforth and Tickhill* [Sheffield 1826 4.] p. 35; E. Miller *history of Doncaster* (1803) p. 36. 265; Ios. Hunter *gent. mag.* 98, 1828 vol. II p. 235, *history of the deanery of Doncaster* 1 p. 3 (inde C. R. Smith collect. ant. 4, 1857 p. 53); catalog. mus. Ebur. p. 35, 27.

4 C. R. Smith cogitavit de *matribus . s . orbi(s) to[t]al(is)*; perperam sine dubio.

Matribus M. Nantonius Orbiotal(is) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito).

199 *Slack* prope *Stainland*, ara servata apud *the late Mr. Watson of Stockport*, qui dedit WHITAKERO. Nescio num extet.

FORTVNAE
SACRVM
C·ANTO·MODES
Ↄ·LEG·VI·VIC·P·F
V·S·L·M

Goughs Camden 3 p. 274 tab. 13 fig. 5 et melius a Clarke delineata inter schedas eius Oxonienses collectas ad tertiam editionem; I. Whitaker *Manchester* 1 p. 130; I. Crabtree *a concise history of the parish and vicarage of Halifax* (1836) p. 33.

4 VI·VIC·RE Gough impr., VI·VIC·PE Crabtree.

---

200 *In the latter end of the month of April* a. d. 1597 a. Elizabethae reg. 39, *one Thomas Miles, a labouring man, and John Hallywell, digging upon a lave of stones at the back of the house of Jeffery Ramsden, at the thick Hollins, did light upon a stone, squared, in length about a yard, having Roman characters on two sides engraven* cet. *There was also found in the said laves and in other places there abouts, divers foundations of houses, and some Roman coins, and squared stones and thick stones with iron nails. The ground called thick Hollins is lying upon the height near the Clay-house, near unto Linwell* HANSON. Ad *Gretland* in cacumine montis .... effossa: nunc cernitur Bradleiae in aedibus Ioannis Savili Baronis Scaccarij CAMD. *I saw it lying lose in the church at Conington* HORSL. Per Ioh. Cottonem a. 1750 Cantabrigiam pervenit ibique servatur in *Trinity college*. Est ara parva litteris non profundis.

D · VIC BRIG	*in latere dextro:*
ET NVM · AAGG	ANTONINO
T·AVR·AVRELIAN	II ET GETA
VS D D PRO SE	COS p. C. 205
ET SVIS S MAC	

Contuli. Camden ed. V (1600) p. 613 (inde Grut. 30, 8 et iterum ex eodem p. 1017, 3; e Grut. Orell. 1989); Horsley p. 312 *Yorksh.* 18 cf. praef. p. XIII; Watson *history of Halifax* p. 36; Lamborne in tabula; Goughs Camden 3 p. 274 tab. 13 fig. 8; *antiquarian itinerary* 7, 1818; I. Hunter Archaeologia 32, 1847 p. 16 ss. ex schedis Oxoniensibus Ioh. Hanson *of Woodhouse in Elland* bibl. Bodl. *Dodsworth ms.* n. LVIII; Newton p. 108, 17.

DVI CI BRIG Camd. (unde D·VICI·BRIG Scaliger), DVI C BRIG Horsl., qui de Dui deo quodam civitatis Brigantum tutelari cogitabat. Explicationem unice probabilem dedi act. Berol. a. 1866 p. 804. In latere ANTONINO|III ET GET COS Camden, ANTON|:II ET GETA|COSS Horsl. Sed cum Antonino III Geta II consul fuit. Finem tituli principalis, qui variis modis temptatus est, sed infelicibus omnibus, explicui exempli causa.

D(eae) Vict(oriae) Brig(antiae) et num(inibus) A(u)g(ustorum) T. Aur(elius) Aurelian(us) d(onum) d(at) pro se et suis. S(acerdote) Mag(io) S(evero)? Antonino II et Geta co(n)s(ulibus)

---

201 *Slack* prope *Stainland, walled up in a building.*

Ↄ RERVRRINI

Goughs Camden 3 p. 274 tab. 3 fig. 6 et melius a Clarke delineata in schedis Oxoniensibus; I. Whitaker *Manchester* 1 p. 129 cui descripsit Watson; I. K. Walker *gent. mag.* 13, 1840 p. 636.

Ↄ REBVRRIHVI Whit., Walk.

---

202 *Slack* prope *Stainland*; servabatur apud Whitakerum.

OPVS

Goughs Camden 3 p. 274 tab. 13 fig. 7; I. Whitaker *Manchester* 1 p. 129 cui descripsit Watson.

---

203 *Adel* (s. *Addle*) prope *Leeds*, arula servata *in the vestry of the church*. Ectypum gypseum est in museo Eburacensi (catalog. p. 38, 40).

DEAE
BRIGAN
DCINCP
LISIA·I

Descripsi ex ectypo. Th. D. Whitaker Loidis p. 182 cf. p. 175, *Richmondshire* 1 p. 167 (*archaeol. journal* 1, 1846 p. 10).

2 BRICV, 3 DOIICƷC, 4 I·ISSAIV Whit.

Deae Brigan[tiae] ....

---

204 *Adel* prope *Leeds*; anaglyphum rude, rep. *on the supposed site of a Roman town, eastward Adel.* Litterae sculptae *with the point of a pickaxe.* Ubi extet ignoro.

PRIMINVS
phallus
MENTLAI

Th. D. Whitaker *Loidis* p. 175 litteris cursivis; *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 10 ex ectypo gypseo.

2 MENTLA Whit. Fuit aut *mentlae* aut *mentlam.*

---

205 Rep. ad *Adel Mill* prope *Cookridge*, *in the grounds of Mr. Arthington.* Ubi servetur nescio.

D M S
CNDIE DI
NIAE FOR
TVNA(tae)
PIA·V·A·X

R. Thoresby *philos. transact.* 23, 1702 p. 1289, idem ducatus Leodiensis 1 p. 160 (inde Mur· 1445, 10; Goughs Camden 3 p. 283 tab. 14 fig. 1); Stukeley it. cur. 1 tab. 64 2d II; Horsley p. 312 *Yorksh.* 15.

2 CNDIE DI. Thoresby. 3 TVNA lacuna non indicata Thoresby. 5 /PIA·V·A·X Horsl. Infra nihil deest.

D(is) M(anibus) s(acrum). Candiediniae Fortunatae. Pia v(ixit) a(nnos) X ...

---

206 Rep. et servata cum praecedente.

IVGI·PIENTISS
H·S·E

R. Thoresby *philos. transact.* 23, 1702 p. 1289, idem ducatus Leodiensis 1 p. 160 (inde Goughs Camden 3 p. 283 tab. 15 fig. 2); Horsley p. 312 *Yorksh.* 17.

---

207 Pons Romanus extat *over the little river Cock, near its entrance into the Wharfe, about* 1/2 *mile below Tadcaster*, in via Romana. In aliquot eius lapidibus legitur littera singularis

R

C. R. Smith (inde Wright *the Celt* p. 185).

---

208 *Ilkely* (Ikeleiae ad Wherfum GRUT. 1017. Weleiae ad flu. Werfum IDEM 89, 7) sub gradibus domicilii posita CAMD. *This stone is at Stubham lodge, not far from Ilkley, but the inscription is almost entirely effaced; a copy of the stone is at Ilkley* HORSL.

VERBEIAE
SACRVM
CLODIVS
FRONTO *patera*
PRAEF·COH
II LINGON

Camden ed. V (1600) p. 620 (inde Grut. 89, 7 et 1017, 2 'a Cottono et Camdeno'; Th. Gale itin. Anton. p. 44; Orell. 2061); Horsley p. 311 *Yorksh.* 14 (inde Goughs Camden 3 p. 289).

6 in exemplo novicio ita exhibetur male P LINGON.

Verbeiam deam fortasse esse *Wherfe* (nunc *Wharfe*) praeterlabentis fluminis rectissime observavit Camdenus.

---

209 *This inscription ys to be sene upon a corner chirch stone at Elkley in Wharledayle* (inde *Elkey in Wharledayle* GRUT.) ANON. *Yet in the church wall at Ilkley* HORSL.

pro salute? imperato
RVM GES
AVGGnN
ANTONN
ET VERI
IOVI DLEC
CAECLVS
LVCANVS
FRAEF·CoH

Anonymus in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 279* duobus exemplis, quorum alterum accurate expressum est apud Grut. 1179, 12, alterum paullo magis emendatum exhibetur a Camdeno ed. VI (1607) p. 568; Horsley p. 311 *Yorksh.* 13 (inde Goughs Camden 3 p. 289).

2 RVM GES Anon. 2 AVO N Anon., AVG... Camden, AVGG Horsley (omisso N). 3 ANTONN Anon. 5 DLCS (unde de Dolicheno Reinesius cogitavit 1, 16) Camd. 7 om. Camd. 8 PRAEF Cs Anon. In fine integra est, ut docet margo servatus.

V. 5 *Iovi dilecti* videtur in lapide fuisse; sed voluit fortasse is qui concepit potius *Iŏvi dilect(orum)*. Ceterum v. 2 G altera videtur eradi coepta esse. In fine sine dubio intellegenda est cohors II Lingonum tituli praecedentis.

210 *Ilekely*, nuper iuxta ecclesiam effossa CAMD. *This ... I could by no means recover; I doubt not but it has been one of those, which Sir Rob. Cotton and Mr. Camden carried off, and has been since l st* HORSL. Certe non pervenit Cantabrigiam.

IMp · SEVERVS
AVG · ET ANTONINVS
CAES · DESTINATVS
RES TITVERVNT CV
RANTE VIRIO LVPO
LEG EORVM PR · PR

p. C. 197?

Camden ed. V (1600) p. 620 (inde Scaliger ad Euseb. p. 228; Grut. 191, 3 'a Camdeno'; Horsley p. 311; Orell. 919; Newton p. 107, 16).

1 IM traditur, in lapide fuit fortasse IMP.

Cum Caracalla inde ab a. 196 Caesar fuerit, Caesaris destinati nomen per se insolens quadraret in a. 195. Conieci igitur olim (mus. Rhen. 12, 1857 p. 66) titulum initio fortasse mutilum ita supplendum esse *im[p. Caes. L. Septimius] Severus [Pius Pertinax] Aug(ustus) et [M. Aurelius] Antoninus Caes(ar) [imp(erator)] destinatus*; ita enim *imperator destinatus* Caracalla dicitur in titulis Or. 452. 923. 2325 Henz. 6085. Virius Lupus redit infra in titulo n. 273, apud Dionem 75, 5. 6, in digestis 28, 6, 2 § 4 (quae iam comparavit Camdenus); cf. Böcking ad notit. p. 500*. Ab eo descenderunt homines duo cognomines, consul a. 278 et praefectus urbi a. 298 (cf. Rossius annal. inst. archaeol. 1849 p. 291).

XX. MANCVNIVM

(Manchester).

Accedit *Castlemere* prope *Rochdale*, *Lancashire.*

Priusquam per Eburacum ipsum ad partes insulae Britannicae orientales redimus, recensendi sunt tituli partis occidentalis, quae et ipsa Brigantum olim videtur fuisse. Incipiendum igitur ab oppido quam maxime ad meridiem sito; quod Mancunium videtur fuisse mansio itinerarii (p. 468, 7 ubi codd. corrupte *Mamutio* habent, et p. 482, 2). Eam probabiliter antiquarii Britanni posuerunt prope *Manchester* urbem hodie permagnam, cuius nomen inde videtur derivatum esse, in situ castrorum Romanorum, quem hodie vulgus dicit *Castlefield*. Ibi enim prope reperti sunt tituli non multi huius capitis; qui praeter vexillationes Raetorum et Noricorum (n. 212) legionis puto sextae Eburacensis (cf. n. 211. 217) vel etiam vicesimae Devensis (eius sane ibi quoque dicitur eruderata esse tegula una) cohortem I Frisiavonum ibi in castris fuisse ostendunt (n. 213. 214 et falsus tegulae inscriptus). Cohortem illam Frisiavonum in Britanniis tetendisse sub Traiano et Hadriano diplomata annorum 106 et 124 docuerunt; praeterea supra eam deprehendimus non longe inde in *Melandra Castle* comitatus *Derbyshire* (n. 178). Titulos servaverunt praeter CAMDENVM (n. 213. 215) et scriptores antiquiores nonnullos (n. 211) atque HORSLEIUM inprimis GOUGH et BAINES. Addidi, propter loci propinquitatem, unum sigilli votivi repertum prope *Rochdale* oppidum item hodie frequens (n. 217), qui WHITAKERO debetur.

Cum primus hic sit comitatus Lancastrensis locus in hac sylloge memoratus, elenchum scriptorum eius regionis, qui consulendi erant, hic proponere commodissimum visum est. Atque de comitatu universo hi scripserunt.

1. Carol. LEIGH (*natural history of Lancashire, Cheshire and Peak in Derbyshire. With an account of the British, Phenician, Armenian, Greek and Roman antiquities in those parts.* Oxon. 1700 fol.) de antiquitatibus satis inepta profert titulosque fere omnes desumpsit ex Camdeno.

2. I. CORRY (*the history of Lancashire.* Lond. 1825 2 voll. 4.) Titulos ad Coccium (c. XXI) pertinentes, quos profert, ex Camdeno sumpsit; unde eos non citavi.

3. Eduardus BAINES (*history of the county palatine and duchy of Lancashire.* Lond. 1836 4 voll. 4.), quanquam permulta ex aliis scriptoribus, veluti ex Camdeno et ex Whitakero sumpsit, nonnulla tamen habet sibi propria nobisque utilia. Contuli etiam editionem novam ab Ioh. Harland et Broke Herford curatam (Lond. 1868. 1870. 2 voll. 4.), sed in uno tantum titulo (n. 226) cum fructu.

4. *Historic Society of Lancashire and Cheshire, proceedings and papers* (vidi voll. I—XII a. 1849—1860 et seriei novae voll. I. II 1861. 1862 8.). Tegularum tantum et instrumenti domestici aliquot titulos ibi repperi.

De *Manchester* urbe scripserunt hi.

5. Ioh. WHITAKER (*the history of Manchester in four books* ed. I Lond. 1771 2 voll. 4., ed. II aucta et emendata Lond. 1773 2 voll. 8.), scriptor non optimae fidei (cf. eiusdem liber *genuine history of the Britons asserted* Lond. 1792 8. et S. Birch *archaeol. journ.* 4, 1847 p. 31) atque in titulis, quos profert, ab antiquioribus pendens.

6. *Manchester literary and philosophical Society* (vidi voll. I—XIV a. 1805—1857, ser. II voll. XV—XXIX, ser. III vol. I 1862 8.). Insunt quaedam de rerum Romanarum reliquiis observata, tituli vero nulli.

Duo extant in *Manchester* musea publica, in ipsa urbe alterum (*the City Museum*), alterum in burgo *Salford* (*the Peel Park Museum*); in utroque praeter antiquitates externae originis, scilicet Cyprias et Africanas, quaedam etiam servantur patriae, in museo urbano titulus unus (n. 318), in Salfordensi instrumenti domestici specimina varia.

Etiam in *Liverpool* urbe praegrandi, quanquam non est Romanae originis, musea extant duo, alterum a Mayero aurifice conditum, nunc vero publicum (cf. *gent. mag.* 18, 1861 p. 49), cuius supra iam memini (n. 94), alterum societatis historicae supra n. 4 indicatae in *the Free Library*; sunt ibi instrumenti domestici tituli aliquot.

7. *Liverpool literary and philosophical Society* (*reports and proceedings;* vidi numeros I—XVIII a. 1845—1864, 8.). De viis eius regionis Romanis deque aliis antiquitatibus quaedam observantur, tituli non proponuntur.

De antiquitatibus comitatus *Lancaster* in universum consulatur Goughs Camden 3 p. 375 ss. 383 ss. Ipse praeter *Liverpool* et *Manchester* oppida principalia in transcursu tantum eum vidi. Quod in *Warrington* oppido extare dicitur museum (*assoc. journ.* 15, 1859 p. 231 n. 311), non vidi.

211 In Brigantum agro ante annos aliquot reperta CAMD. apud Selden. (a. 1629). Ara rep. a. 1612 *under the root of an oak at Medlock neere Knot Mill, which Camden saw not, now to be seene at Holme* HOLLINSWORTH ap. Baines. *Mr. Legh of Brasen Nose . . saith that this inscription was founde uppon a stone taken out of the grounds about Manchester* ANON. OXON. *Found near the Roman camp which is placed within the angles, where the two rivers Medloc and Erwin meet, a little mile south-west of Manchester in Lancashire, and preserved in the garden of the worshipfull Edward Moseley de Holme* Armiger LISTER. *In the garden of Holme, the seat of Sir John Bland* LEIGH. *Found by the water side near Giants or Tarquins castle, now preserved at the Holm in the Lady Blands garden about a mile from the station* HORSL. Male in *Walcot* apud *Bath* eruderatam esse ex Listeri relatione quamvis dilucida deduxerunt GOUGH 1 p. 117 et Orellius, unde Aquis poni solet ab eius loci scriptoribus epigraphicis. Videtur aut periisse aut latere. Ara alta erat dig. $27^1/_4$, lata $15^1/_4$.

FORTVNAE
CONSERVA
TRICI
L · SENECIA
NIVS MAR
TIVS ƎLEG
VI · VICTꝋ

Selden marm. Oxon. append. p. 56, 4 (Prideaux p. 308, 2; Maittaire p. 62, 186; inde Reines. 1, 124) v. 1—3 tantum uno versu 'ex Camdeni collectaneis quibus Britanniam suam augere destinaverat'; Hollinsworth in schedis scriptis *during the period of the common wealth* (inde Baines *Lancashire* 2 p. 154; ed. Harland 1 p. 268); Anonymus in cod. misc. bibl. coll. Corp. Christi Oxon. CC in Catalogo Coxii n. 1722. 255 vol. 2 W. 3. III. 2); M. Lister *philos. transact.* 14, 1683 p. 457 (inde Th. Gale it. Ant. p. 48; Mur. 81, 4; Stukeley itin. cur. p. 55; Leigh *Lancashire* 3 p. 14; Whitaker *Manchester* 2 p. 72; Collinson *Somersetshire* 1 p. 12; Goughs Camden 1 p. 117; Orell. 1745); Horsley p. 301 *Lancash.* 1 (Goughs Camden 3 p. 385).

Nexus litterarum servaverunt Hollinsw. Anon. Horsl. 6 Centurionis notam vix indicat Lister, ita ƨ exhibet Hollinsworth, ita Ǝ Horsl.; ut dedi Anon. Oxon.

---

212 *Manchester*, rep. in *the Castle field*, servata ad *Worsley Hall* apud Robertum *Haldane Bradshaw Esq.*

tabula:



textus:

NIVS
MP · OSL
VEXIL
PRAETOR·ET
NORICOR
V·S·L·L·M

Gent. mag. 102, 1832 II p. 359 cf. ibid. p. 424. 561; Baines *Lancashire* 2 p. 160.

. . . . *prae*]*pos*[*it(us)*] *vexil(lationi)* [*R*]*aetor(um) et Noricor(um) v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)*

---

213 *Manchester*. Hanc alteram mihi descripsit qui vidit cl. mathematicus I. *Dee* collegii Mancestriensis custos CAMD. Videtur periisse.

COHO · I · FRISIN
Ɔ MASAVONIS
P · XXIII

Camden ed. VI (1607) p. 610 (inde Th. Gale it. Ant. p. 49; Leigh *Lancashire* 3 p. 14; Horsley p. 301 cf. p. 351; Whitaker *Manchester* 2 p. 62; Goughs Camden 3 p. 375).

Coho(rtis) I Frisi[*av(onum)*] *ɔ (centuriae) Masavonis p(edes) XXIII*

214 Rep. a. 1760 in ripa meridionali *Medlock* fluvii, prope *Knotts mill*, a laeva viae *from Manchester to Stratford*, $^1/_4$ *mile of* Mancunium (*Castle field*). *It was in the late Mr. Watsons possession.*

Pegge:



ΛIQPOB
XVAREVCHOR·I
//RIS//ƆSHVW
/C///

Goughs Camden 3 p. 385 (unde repetivi imaginem supra propositam modulo minore); *gent. mag.* 77, 1807 p. 1009 tab. 2 fig. 3 ex schedis Samuelis Pegge.

. . . . . ɔ (*centuria*) *Vari chor*(*tis*) *I* [*F*]*ris*(*iavonum*) *p*(*edes*) . . . . .

---

215 *Manchester*. In adiuncto comitis Derbiensis vivario *Alparc* dicto antiqui propugnaculi radices quadrata forma, ubi Medlocus amnis Irwellum subintrat, vidimus, *Mancastle* appellitant (idem atque *Giants castle* postea dictum putat HORSL.). Quod ipsum antiquum Mancunium fuisse non dixero, spatium adeo angustum includit, sed potius stationem aliquam Romanorum, ad quam vidi in antiquo saxo haec inscripta CAMD. Videtur periisse.

Ɔ CANDIDI
FIDES · XX
IIII

Camden ed. VI (1607) p. 610 (inde Leigh *Lancashire* 3 p. 14; Horsley p. 301; Whitaker *Manchester* 2 p. 59; Goughs Camden 3 p. 375). Initio fortasse deest cohortis Frisiavonum mentio; neque vero necessario illa addenda erat.

ɔ (*centuriae*) *Candidi* [*pe*]*des XXIIII*

---

216 *Manchester*, fragmentum rep. in *the Castle field*; litterae optimae esse dicuntur atque continere in se aeris particulas.



Baines *Lancashire* 2 p. 160.

---

217 A. 1793 prope *Castlemere* iuxta *Rochdale, Lancashire, about 3 miles north-east from Blackstonedge* (*Littleborough* prope *Manchester* BAINES), rep. est bracchium dextrum signi argentei, longum dig. 10, ponderis unciarum 6; ab ima parte palmae pendebat lamella argentea inscripta litteris, quae punctis compositae sunt.

VICTORIAE
LEG · VI · VIC
VAL · RVFVS
V S L M

Gent. mag. 72, 1802 p. 17 et 46 in tab. fig. 1; Whitaker *Whalley* (ed. III) p. 32 tab. 1 (inde Baines *Lancashire* 2 p. 645, ed. II 1 p. 508; Newton p. 112, 52 *a*; ex hoc Henzen 5825).

XXI. COCCIVM

(Ribblechester, nunc *Ribchester).*

Coccium in itinerario Antonini solo (p. 482, 1) memoratum (ex Ravennatis certe corruptelis nomen eius mansionis erui nequit) aliqua cum probabilitate in *Ribchester* collocatur, quo vestigia viae Romanae eiusque mensurae ducunt. Repertae sunt ibi reliquiae Romanae conspicuae (cf. Horsley p. 302; Goughs Camden 3 p. 378. 391 et scriptores ad cap. XX indicati, velut *Leigh* et *Baines*), celebratae illae iam saeculo XVI versiculo quodam a Camdeno servato, cuius similes aliis quoque locis circumferebantur (incolae claudicante rhythmo dictitant '*it is written upon a wall in Rome Ribchester was as rich as any towne in christendome*' Camden ed. I p. 431), artis antiquae opera (ut galea illa aenea operis splendidi edita in vetustis monumentis 4 1815 n. 1; cf. Whitaker *Richmondshire* 2 p. 215 tab., videntur enim ad Coccium pertinere, quanquam Whitakerus de origine tacet), titulique hoc loco collecti, qui castra fuisse indicant non parva. Tegulae militares nullae adhuc inde prodierunt; unde de militum numeris, qui in castris ibi fuerint, anceps iudicium est. In titulis sepulcralibus duobus, de quorum fide dubitari nequit, nominantur equites *alae Sarmatarum* (n. 229. 230); quae nusquam alibi quantum scio reperta est. Putanda est post Vespasiani Marcive bella Sarmatica inter sociorum copias locum obtinuisse. In titulo n. 218 *n(umerus) eq(uitum) Sarmatarum Gordianus* cognomine honorifico dictus memoratur, idemque numerus altero cognomine ut ita dicam geographico, ut solet fieri nominibus talibus, indicatur stativa habuisse non Coccii, sed *Bremetennaci* (itin. p. 481, 5 ubi codices meliores *Bremetonaci* habent, *Bremetonnaci* cod. Vatic. et a secunda manu Vindobonensis; Rav. 5, 31 p. 431, 3 *Bresnetenaci veteranorum*), quae est mansio itinerarii a Coccio sita m. p. XX in via versus septentriones ducente. Notitia (p. 115* 3 Böck.) Bremetennaci cuneum armaturarum ponit; neque obstat quod situs eius quaerendus est, ut videtur, prope *Overborough* (v. infra cap. XXVI). Itaque illud conici potest, certo quodam tempore alam ipsam Sarmatarum castra habuisse Coccii, numerum autem eius paullo ulterius collocatum fuisse Bremetennaci. Praeterea in titulis Cocciensibus memorantur vexillationes legionis sextae Eburacensis (n. *222 225) eiusdemque centurio (n. 218); sed etiam vicesimam Devensem in castris muniendis occupatam fuisse docet titulus eius (n. 227). Incertae legionis cohortem indicat n. 228. Denique semel nominatur decurio alae Asturum in titulo non nimis certae lectionis (n. 221); offendi sane potest in numero cohortis omisso, quanquam cohortes et alae etiam alibi non nunquam ita breviter indicatae sunt; alas Asturum primam et secundam scimus in stationibus per lineam valli Britannici stativa habuisse, Conderci illam, hanc Cilurni (v. infra c. XLIII et XLVI). Tamen praeter alam Sarmatarum et vexillationes fortasse duarum legionum etiam alios ibi militum numeros aut eodem tempore aut deinceps tendere potuisse nemo negabit; neque enim castra ipsa exigua sunt, et dedicationes diis et imperatoribus factae a legatis provinciae et legionis, ut videntur (n. 221 cf. n. 226), item legatus provinciae nominatus in titulo operis alicuius militaris divis fratribus dicato (n. 225) non parvi ea momenti fuisse demonstrant. Etiam miliaria duo ibi reperta sunt.

Auctores titulorum hi sunt.

1. CAMDENUS eiusque amici, quorum exempla ex parte valde imperfecta (ut n. 220) servata sunt, noverunt iam eorum plerosque (n. 218. 219. 220. 221. 223. 225. 229. 230). Ex Camdeno omnino pendet LEIGH.

2. HORSLEIUS unum tantum indagavit (n. 225) eumque mancum; exemplum plenum, quod hic primum edimus, servavit Camdeni amicus aliquis ignotus solus.

3. Optime meritus est de titulis Cocciensibus Thomas Dunham WHITAKER, scriptor Eburacensis, de cuius scriptis referetur capite proximo. Is titulos aliquot Coccienses a se collectos eosque gravis momenti paene omnes ab interitu vindicavit eo, quod collegio S. Iohannis Cantabrigiensi legavit; ubi servantur atque a me excussi sunt a. 1866. Unus eorum casu mansit ineditus (n. 228).

4. Edw. BAINES historiographus comitatus *Lancaster* (v. cap. XX n. 3) unum tantum titulum addidit (n. 226), quem editores libri eius nuperi emendaverunt ex antiquarii ignoti ibi prope degentis exemplo.

Qui singulos titulos exhibuerunt Pennant (n. 227), Bruce (n. 218), Just (n. 221), eos satis est hoc loco breviter memorare.

Ipse Coccii non fui, sed contuli, ut dixi, titulos per Whitakerum Cantabrigiam delatos quattuor (n. 218. 222. 222*a*. 224).

218 Lapis antiquus Riblecestriae erutus a. 1578 ANON. Ad *Salesbury hall*, quae sunt vicinae aedes Talbottorum, lapis Cupidinem et alteram imagunculam prae se ferens, in cuius parte aversa mutilata haec inscriptio CAMD. ed. I.; .. haec mihi descripta fuit sed nullo sensu inscriptio, quam quia me diu sollicitum habuit, ut aliorum opinionem eliciam, hic subiungam IDEM ed. VI. Ibi denuo detexit a. 1814 WHITAKER (*I was permitted by the favour of Lord Bulkely, to detach this fine sculpture from the wall, ... when on the third side appeared the inscription*), cuius dono pervenit Cantabrigiam in collegium S. Iohannis, ubi servatur.

latus sinistrum latet			*in latere dextro:*	*in parte postica:*
		ↃEO · SAN		
	a	POLN IMPON	*Apollo*	*feminae duae*
	pr	O SALVE·D·N	*stans*	*stantes capitibus turritis*
	et	N EQQ · SAR	*lyrae*	
5	*mat.*	BREMETEN·N	*innixus*	*(aut modiis ornatis), insuper nudae*
	g	ORDIANI		
		ᵖ · ANTONI		*(fortasse Matronae?)*
	an	VS · ϒ LEG·VI		
		VIC · DOMO		
10		MELITENIS		
		////NIIIN·I////		
		////////////////		

Descripsi summa cum difficultate. Anonymus in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F X f. 137 v.; Camden ed. I p. 431 (inde Scaliger cod. Lugd. CI et in sylloge maiore p. 61; Grut. 842, 14) et ed. VI 1607 p. 614 (inde Horsley p. 302; Goughs Camden 3 p. 391); Leigh *Lancashire* 3 p. 3; Th. D. Whitaker *Whalley* p. 23 et *Richmondshire* 2 p. 462 (inde Baines *Lancashire* 3 p. 378; Hinde *gent. mag.* 36, 1851 p, 640; Wright *the Celt* p. 262); Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 213 (inde I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1859 p. 263), lapid. ad n. 183.

In Camdeni ed. I vv. 6—10 iuxta v. 1—5 positi sunt, errore (inde apud Grut.); in editionibus posterioribus inde a VI (1607) verus ordo restitutus est. Anonymi et Camdeni exempla, quanquam paene consentiunt, non prorsus eadem sunt; usus est Camdenus fortasse exemplis pluribus.

1 SEOESAN Anon., SEOESAN Camd. I, SEOESAM Camd. VI, DEO SAN Whit. 2 ROLNASON Anon., Camd., POLNAPON Whit., POLNMPON Bruce. Ut dedi mihi visus sum legere; I prior cum L priore conexa contra morem. Post N mihi visum est aliquid in lapide fuisse, fortasse T perparvum. 3 OSALVEDN Anon., Camd., OSALVE DN Whit. 4 AL QQ SAR Anon., Camd., ALEQQSAR Whit., N·EQQ·SA·R Bruce. 5 BREVENN Anon., BRETENN Camd. I, BREVENM Camd. VI, BRENTENN Whit. 6 BEDIANIS Anon., Camd., OR·DIANI Whit. — 7 ANTONI Anon., ANTONI Camd., = ANTONI Whit., ↄ ANTONI Bruce. 8 VS MEG·VI Anon., Camd., VS ϕ LEG VI Whit., NVS·LEG·VI Bruce. 9 IC DOMN Anon., IC DOMV Camd., IC DOMO Whit. DOMO, quod antea sculpserat, postea correxit lapicida. 10 ELITER Anon., Camd., VELITEREIS Whit., MELITENIS Bruce.

V. 2 de Apolline Apono, i. e. ἀπόνῳ, aut ab aquis Aponis ita dicto, cogitavit Whitaker, perperam. Matronae solent simpliciter dici sine cognominibus. Puto in lapide fuisse MON. De deo Mapono cogitavit C. L. Grotefend (*Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 242) collato titulo n. 332, sed neque aliunde constat Maponum illum fuisse Apollinem neque explicantur ita feminae duae partis posticae, quibus in latere sinistro tertia potest accessisse.

Deo san(cto) [A]pollini [et] M[atr]onis [pr]o salute d(omini) n(ostri) [et] n(umeri) eq(uitum) Sar[mat(arum)] Bremetenn(acensium?) Gordiani P(ompeius) Antoni[an]us ↄ(centurio) leg(ionis) VI vic(tricis) domu Meliten[s]is (?) .....

219 *Ribblechester*, in aedibus Th. Rodes arulam ... vidi inter rudera eiectam sic inscriptam CAMD.

PACIFE
RO MARTI
ELEGA VR
B A POS
VIT EX VO
TO

Camden ed. VI (1607) p. 615 (inde Donat. p. 26, 3 'e schedis P. Gnocchi'; Leigh *Lancashire* 3 p. 4; Horsley p. 303; Whitaker *Whalley* p. 25; Orell. 1353; Baines *Lancashire* 3 p. 378).

Nomina supplevi exempli causa; *fL(avia) [Sc]aur[ian]a* Mommsenus coniecerat mus. Rhen. 14, 1859 p. 348.

Pacifero Marti [Ma]e[ci]a Urba[na] posuit ex voto

---

220 *At the manor of Salebury in Lancashire, a mile east from Ribblechester*, rep. *in a wood called Kettlehurst; it standeth now in Saleburye under the stayres of the Graynex* TALB. Ad *Salisbury hall*, quae sunt vicinae aedes nobilis et antiquae familiae Talbottorum, vidimus CAMD. *At Mr. Warrens* LEIGH.

DEO MARTI
ET VICTORIÆ
P · R · .... NO
H · CC · NN

Talbot in cod. Mus. Brit. Cotton Iulius F. X f. 137 v.; Camden ed. I p. 431 (inde Scaliger cod. Lugd. CI et in syll. maiore p. 51; Grut. 56, 1), ed. VI (1607) p. 614 (inde Th. Gale it. Ant. p. 119, Horsley p. 303; Leigh *Lancashire* 3 p. 3; Goughs Camden 3 p. 391; Whitaker *Whalley* p. 25; Baines *Lancaster* 3 p. 378; I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 264).

3. 4 DD·AVGG|ET CC .. NN Camd. ed. VI quod puto profectum esse ex interpolatione; certe expectaveris *dd. nn. Augg. et Caess.* CC pro *Caesarum* fortasse ferendum.

Deo Marti et Victoriae p(opuli) R(omani) [in ho]no[r(em)]? C(aesarum)? n(ostrorum)?

---

221 Vidi Ribelcestriae a. 1580 m. Aprili aram confusis et fugientibus litteris sic inscriptam ANON. A. 1603 cum iterum hunc locum inviserim in aram omnium quas vidi maximam et pulcherrimam incidi cum hac inscriptione, in aedibus Th. Rodes CAMD. '*Now deposited in the museum of Stonyhurst College*' BAINES.

Anon.:	*Camd.*:	*Just.*:
..... IRI	DEIS MATRIBVS	.....
MAAGENVI VI	M INGENVI	Γ LII .....
VS ASI ATI	VS ASIATICVS	SASIAT
DEC · AL IEAS	DEC · AL · AST	ΓEC · AL · И
SS · LL · M	SS · LL · M	S · LL M

Anonymus in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F X f. 137 v.; Camden ed. VI (1607) p. 615 (inde Burton *itin. of Anton.* p. 243; Donat. 51, 6 'ex schedis P. Gnocchi'; Leigh *Lancashire* 3 p. 4; Horsley p. 303; Goughs Camden 3 p. 378; Whitaker *Whalley* p. 26; Orell. 2076; Baines *Lancashire* 3 p. 378, ed. Harland 2 p. 103); Leigh *Lancashire* 3 p. 8 (inde Th. Gale itin. Anton. p. 119; Horsley p. 303; Whitaker *Whalley* p. 27; Newton p. 14, 74; I. Just *assoc. journ.* 6, 1851 p. 233 (inde I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 264) interpolatam; v. infra.

Ingenuius nomen gentile ab Ingenuo ita derivatum est ut a Verecundo Verecundius et similia.


Deis Matribus M. Ingenuius Asiaticus dec(urio) al(ae) Ast(urum) [v(otum)] s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)

Ex hoc et ex praecedente Leigh *Lancashire* 3 p. 8 titulum concinnavit hunc, quem ait se vidisse (*I saw this when I was last over there*), aperte fictum, ut iam perspexit Horsleius:

DEO MARTI ET
VICTORIÆ DEC
ASIATIC · AL · SARMAT ·
SS. L: L. M. I. T. CC. NN

---

222 *Ribchester*, a. 1811 *in securing the bank of the river* repertae sunt parietinae templi, ut visum est, quod postea templum Minervae dictum est propter hunc titulum temere suppletum. Servatur Cantabrigiae in collegio S. Iohannis, lapis magnus litteris elegantibus.



Descripsi. Th. D. Whitaker *Whalley* p. 17 et *Richmondshire* 2 p. 459 (inde, sed cum supplementis eius ex parte falsis, Baines *Lancashire* 3 p. 379; Just *assoc. journ.* 6, 1851 p. 242; Wright *the Celt* p. 263; ego *rhein. Mus.* 11, 1857 p. 70; I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 266).

4 T·LOR ĐNATALVS Whit., THORĐNATALS ego. In fine eiusdem versus ÆG (omisso I) Whit.

Cogitari potest aut de Caracalla et Iulia Domna aut de Severo Alexandro et Iulia Mammaea.

Addo textum a Whitakero suppletum, quoniam pro vero haberi solet: *deae Minervae pro salute imp. Alexandri Aug. et Iuli(ae) Mammeae matris d. n. et castr(orum) suor(um) et Val. Crescentis Fulviani leg. eius pr. pr. T. Floridus Natalis leg. praep. n. et Reginae templum a solo ex responsu restituit et dedicavit.* De Minerva ideo cogitavit Whitakerus, quia simul repertum est galea illa aenea sive caput mulicbre galeatum operis elegantissimi (imago eius exhibetur in vetustis monumentis, ut indicavi in praefatione huius capitis, et apud Baines *Lancashire* 1 p. 20). Quae de Regina dea quam voluerunt ex v. 4 Whitakerus (et post eum Beckerus) somniavit omitto. Quod proposui scio incertum esse.

[Deo (sive *deae*) ... .. *p]ro [salute imp.* ..... *et* ..... *ma]t[r]is d(omini) n(ostri) [et] castr(orum) su[b cura] Val(erii) Crescentis Fulv[i]ani leg(ati) eius pr(o)pr(aetore) T. Florid(ius) Natalis leg(atus), praep(ositus) n(umeris) et rect[or? .....] templum a solo ex responsu [numinis? re]stituit et dedicavit d[e sua pecunia?]*

---

223 Erutus hic lapis Ribelcestriae, servatur *att Mr. Prestons att Preston.*

PATER SATVR
NNVS
I · O · V · L

Anonymus in cod. Mus. Brit. Cotton Iulius F X f. 137 v. 'ex relatione Dom. Lacey'. Supra fractam esse indicavi ego. V. 3 noli solvere *I(ovi) o(ptimo) v(ovit) l(ibens)*; latet potius formula quaedam dedicatoria.

224 *Ribchester*, pars inferior arae rep. a. 1818 *in a dilapidated chimney immediately adjoining to the westside of the peristyle of the temple of Minerva* (cf. n. 222). Servatur Cantabrigiae in collegio S. Iohannis.

CVM SVS V
S L M

Descripsi. I. Whitaker *Lancashire* 2 p. 462.

225 S. l. ANON. *Ribblechester, 'this is yet in the town, lying at the door of a dwelling house'* HORSL.

	a	*b*	
	IMP · CA	*es. m. au*	REL · A *ntonino . . . . . et*
pelta	IMP · CA	*es. i. au*	REL · VE *ro . . . . . augg.* (*pelta*)
	VEX · EG	*ionis sex*	TAE *victricis . . . . . .*
	SVB · SEX	*c a l pu*	RN *io agricola leg. augg. pr. pr.*

Anonymus in cod. Mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 294; Horsley p. 302 *Lancash.* 2 (inde Goughs Camden 3 p. 391) qui tantum particulam *a* littera designatam vidit superstitem. De lacuna post eam haec adnotat Anon.: *'heire in the midest the lettres weare burned of'*.

3 VEX·EO et deinde IAE, 4 SVP·SP Anon.

Sex. Calpurnium Agricolam legatum divorum fratrum in Britannia fuisse circiter ab a. p. C. 162 probabile est (cf. Capitolin. v. Marci c. 8; *rhein. Mus.* 11. 1857 p. 61 et infra n. 758); unde nomina imperatorum certo supplentur. Exciderunt in fine vv. 1 et 2 fortasse cognomina aliquot eorum triumphalia.

226 *Ribchester*, rep. a. 1833 d. 28 m. Febr. *in the churchyard, by the Rev. Mr. Allen, of Salesbury.* Erat ara alta p. $2^1/_2$, lata p. 1 dig. 1.

PROSAE VE
TE VICTORIA
NVCT MP MR
AR SEVER AN
ONP · F·IG TEL
IG·MT DNE CS

SPR

Baines *Lancashire* 3 p. 380 (inde memorat, non adscribit Newton p. 108, 18 adn. *g*) male, melius idem ed. Harland et Herford 2 p. 106 ex exemplo misso ab antiquario quodam loci alicuius vicini, quod aperte accuratum est. V. 7 elementa haec confusa adscripsit Baines ed. I: SV/////CRR et v. 8 idem ita exhibet //////SPR; praeterea recte indicat infra fractam esse.

Pro salute et victoria invicti imp(eratoris) Mar(ci) Aur(elii) Sever(i) Antonini p(ii) f(elicis) Aug(usti) et Iul(iae) Aug(ustae) matri[s] d(omini) n(ostri) et cas(trorum) . . . . . In fine Getae nomen videtur erasum esse.

227 *Ribchester, fixed in the wall of a small house* PENN. Ibidem, *a cornerstone* WHIT. *Richm. Now at Browsholme, Yorkshire, the seat of Thom. Lister Parker* Esq. WHIT. *Whalley.* Exemplum alterum dono Whitakeri servatur Cantabrigiae in collegio S. Iohannis.

LEG XX VV
FECIT

Contuli. Pennant *a tour from Downing to Alston Moor* (Lond. 1801 4.) p. 93; Whitaker *Whalley* p. 26 et in tab. ad p. 238, *Richmondshire* 2 p. 462 (Baines *Lancashire* 3 p. 379), ubi additur a laeva sculptum esse aprum currentem, quem non vidi in exemplo Cantabrigiensi. Unde puto duo fuisse exempla diversa.

228 In *Ribchester* rep., servatur dono Whitakeri in collegio S. Iohannis Cantabrigiae.

COH X
Y TITIANA
O·P·XXVII

Descripsi. Videtur mansisse inedita.
Coh(ortis) X c(enturia) Titiana. O(pus)? p(edum) XXVII

229 S. l. ANON. (incerto loco effossa in Anglia missaque ad D. Gulielmum Camdenum GRUT.). *Ribchester*; alam Sarmatarum hoc in loco egisse et illa superiori inscriptione (n. 230) et hac, quae antea plures annos iuxta reperta, videatur CAMD.

HIS TERRIS TEGITVR
AEL · MATRONA QVOND
VIX·N·XXVIII M II D VIII
T M · IVL · MAXIMVS · FIL
VIX·N VI M III D XX T CM
PANIA DVBTA MATER
VIX · N · L · IVL · MAXIMVS
S · C · ALAE SAR CONIVX
CONIVGI INCOMPARABILI
T FILIO PATRI PIENTIS *sic*
SIMO T SOCARE TNA *sic*
CISSIME MEMORIA·P

Anonymus (fortasse Thom. Braithwaite, ut n. 230) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F X f. 138 v., quem sequor; Camden ed. VI (1607) p. 616 'ex Guil. Lambardi schedis' (inde Grut. 546, 5; Leigh *Lancashire* 3 p. 5: Horsley p. 303; Goughs Camden 3 p. 391; Whitaker *Whalley* p. 26; Baines *Lancashire* 3 p. 378; Just *assoc. journ.* 6, 1851 p. 234 ss.).

Camdeni exemplum eo tantum differt ab Anonymi, quod litterae ligatae et incertae non accurate expressae sunt. Tamen variam lectionem exhibere visum est quanquam non plenam. 1 in fine lacunam indicat Anon. 2 QV . . . . . Camd. 6 Ut dedi Anon., DVBBA Camd. Fuit in lapide puto DVBTA. 8 . . . ALAE Camd. 9 Nexum O et M litterarum servavit Anonymus solus. 10 *Filio patri* errore lapicidae videtur positum esse pro *pater filio*; Horsleius iunxit *patri pientissimo*, pro *in patrem pientissimo*; non recte puto. 11 SOCERAE Camd.*) TENA|CISSIMAE Camd., in lapide fuit puto TNA|CISSIME. 12 MEMORIAE Camd., quod Horsleius putabat iungendum esse cum *tenacissimae*, ut socrus memoriae tenacissimae fuerit; parum probabiliter. De notis S·C v. 8 Mommsenus dixit ad C. I. L 3, 3272 cf. n. 4812 docuitque ex titulis in Germania potissimum repertis (Brambach n. 314. 315. 317. 914. 1125), ubi plenius scribitur *sing. cos.*, eas ita solvendas esse ut infra feci.

His terris tegitur Ael(ia) Matrona quond(am), vix(it) an(nos) XXVIII m(enses) II d(ies) VIII, et M. Iul(ius) Maximus fil(ius), vix(it) an(nos) VI m(enses) III d(ies) XX, et Campania Dub[i]tata mater, vix(it) an(nos) L. Iul(ius) Maximus, s(ingularis) c(onsularis) alae Sar(matarum), coniux coniugi incomparabili et filio patri pientissimo et socaere (sic) *tenacissime memoria(m) p(osuit)*

*) De *socra* forma pro *socrus* vide Hauptium in Hermae vol. V 1870 p. 190.

230 *Ribchester. Their is of it the picture of an naked man ridinge on horsebacke withoute sadle and bridle, houldinge a speare in bothe his handes, the lefte hande before. Under the horse feete lyeth a naked man, his face upward, the horse havinge his nar forefoote upon the mans heade and the man houldeth his right hand up towardes the man on horsebacke and in his lefte hand houldeth a square like unto a booke shutt. Betweene the horsebelly and the naked man are these twoe lettres viz:*

D M

and under the naked mans bodie, which lyethe from his feete towardes his lefte hand, which houldethe the square like unto a booke, are these lettres, as the seemed unto us, viz:

·GAL: SARMATA

and under those lettres lower on the stone it semeth their have beene more lettres, which nowe cannot be knowen.

Thom. Braithwaite, '*Lancaster 18 of Ianuarie 1604*' in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 287 (inde Camden ed. VI [1607] p. 615 qui titulum et anaglyphum similiter prorsus, sed brevius, describit; ex Camdeno Just *assoc. journ.* 6, 1851 p. 233). Apparet titulum fuisse anaglypho solito ornatum positumque *d(is) M(anibus)* hominis alicuius, qui fuit [*eq(ues)*] *al(ae) Sarmata[rum]*.

There is now at Standen, near Clitheroe, a sepulcral stone removed from Ribchester by the late M. Serjeant Aspinall, without inscription, but with a figure in high relief of a Roman standard bearer of the lower empire, with the labarum *in his hand.*

Whitaker *Whalley* p. 28. Memoravi, ut denuo, si fieri potest, indagaretur et quia probabile est, anaglyphum titulo olim non caruisse. Quod labarum fuisse visum est, fortasse vexillum fuit.

XXII. EBVRACVM,
LEGIO VI VICTRIX
(York).

Ἐβόρακον λεγίων ϛ νικηφόρος (haec enim male ab oppidi nomine seiunguntur in editionibus vulgatis) Brigantum oppidum Ptolemaeo (2, 3, 16), ab historicis memoratur propter mortem Septimii Severi (Spartianus v. Severi c. 19 ubi codices *evoraci* et *aeuoraci* habent; Victor Caes. c. 20, 27; Eutropius 8, 19) et Constantii (Eutropius 10, 1). In itinerario (p. 466, 1. 468, 4. 475, 7. 478, 6) *Eburacum* formam codices optimi habent ubique; eandem servavit Ravennas (5, 31 p. 431, 16) habetque titulus unus (n. 236; cf. infra n. 336), cum alter (n. 248), minus certae ille lectionis, *Eboracum* videatur tueri. Illam autem formam esse praeferendam similitudo eiusdem stirpis nominum, Eburonum, Eburobrigae, Eburoduni docet; alteram Graecanicam putaverim esse et aevi sequioris (cf. praeterea quae de nomine dixit Iacobus Grimm *kleinere Schriften* 3, 175). Colonia dicitur in titulo n. 248 caputque provinciae Britanniae videtur fuisse inde certe a saeculo altero medio militare, fortasse praeter Londinium (cf. supra c. VIII). Docet hoc praeter titulum Graecum, quem posui in fine praefationis, titulorum Eburaci repertorum tam numerus quam gravitas, quae quanquam per se non magna, tamen reliquarum sane Britanniae civitatium superior est. Cum provinciae Britanniae et Augusti numinibus cultis (n. 231. 232) observa legatum provinciae et legatum legionis memoratos (n. 234. 240); item Augustorum libertum aliquem fortasse a rationibus provinciae (n. 232). In castris ibi erat usque ad Hadriani tempora legio IX Hispana, per quam Traianus a. 108 opus aliquod, turrim puto murive partem, extrui fecit (n. 241), cuiusque praeter militum titulos duos (n. 243. 244) etiam tegulae Eburaci eruderantur frequentes. Legionis sextae postea ibi degentis praeter Ptolemaeum et itinerarium (p. 466, 1 *Eburacum leg. VI victrix*) testes sunt tegulae eius item frequenter ibi repertae titulique militum complures (n. 238. 240. 245. 246. 247), inprimis ii, quibus opus muri ab eius quoque legionis centuriis provectum esse indicatur (n. 242, 1—10). Ex tegulis legionum nonae et sextae sepulcra integra Eburaci reperta sunt, quae nunc in museo ibi servantur. Aliarum vero legionum numerorumve militarium testimonia nulla Eburaci prodierunt, si exceperis praefectum cohortis incertae alicuius (n. 237). Ceterum splendor coloniae non videtur magnus fuisse atque, quoad quidem ex titulis reliquiisque aedificiorum coniectura fieri potest, Londinio inferior. Memoratur (n. 240) templum Serapidis et apud Spartianum in vita Severi (c. 22, siquidem re vera civitas ibi indicata putanda est Eburacum esse, quod probabile est, non certum) templum Bellonae et palatium; praeter numina tam Romana quam extera (n. 231—240) a militibus potissimum culta militesque ipsos, quorum supra memini, semel tantum seviri coloniae nationis Biturigis Cubi mentio facta est (n. 248); tituli reliqui sepulcrales sunt neque saeculo secundo exeunte, ut videntur, antiquiores. Etiam aevo recentiore magistratuum principalium, vicarii, comitis, ducis Britanniarum itemque praefecti legionis sextae sedem fuisse Eburaci, quanquam diserte traditum a nullo, per se tamen probabile est (cf. Böcking ad notit. occ. p. 502* 582* 852* ss.). Observanda praeterea titulorum instrumenti domestici cuiusvis generis multitudo Eburaci reperta Londiniensi non aequa quidem, sed suppar; accedunt artis opera, pavimenta tessellata (cf. Drake Eboracum p. 24, p. 56, tab. 8, p. 65; Goughs Camden 3 p. 302 ss.), sarcophagi lapidei plumbei lignei, linter in *Calder* fluvio prope *Wakefield* reperta, supellectilis variae exempla permulta.

De titulis inscriptis antiquitatibusque Eburaci oppidi et totius comitatus Eburacensis (cuius tres quattuorve partes distinguuntur *Westriding, Eastriding, Northriding, Richmondshire*) scriptores permulti commentati sunt (nondum vero mihi licuit uti libro recenti Guil. Boyne *the Yorkshire library, a bibliographical account of the books on topography* cet. *relating to the county of York.* Lond. 1869 8., qui exemplis tantum CL impressus est); e quibus cum fructu consului hos.

1. Camdenus ab amico quodam Anonymo, cuius exemplum repperi inter schedas Roberti Cottonis, unum tantum titulum accepit, quem deinde ipse vidit (n. 248); anonymus integriorem, quanquam non integrum omnino, eum vidit quam reliqui; postea periit totus.

2. Mart. Lister medicus in transactionibus philosophicis anni 1682 titulos Eburacenses aliquot (n. 237. 254) edidit accurate, ut solebat.

3. In iisdem actis etiam Radulphus (*Ralph*) Thoresby titulos duos publici iuris fecit (n. 235. 243); in libris editis, qui ad *Leeds* oppidum pertinent (cf. c. XIX), titulos non rettulit. Sunt autem libri eius hi: Ducatus Leodiensis *or the topography of the ... town and parish of Leedes*

and parts adjacent in the Westriding of the county of York cet. (Lond. 1715 fol.; iterum edidit Th. D. Whitaker, infra n. 7); et Vicaria Leodiensis *or the history of the church of Leedes in Yorkshire* (Lond. 1724 8.).

4. Rog. Gale (n. 248. 252), Ioh. Ward (n. 238), Horsleius ipse (n. 243. 248. 252. 254) ad titulos Eburacenses melius cognoscendos pauca tantum contulerunt. Qui dedita opera eos colligeret primus extitit

5. Franciscus Drake (Eboracum: *or the history and antiquities of the city of York.* Lond. 1736 fol.), auctor diligens neque indoctus; titulos autem sex tantum potuit congerere (n. 235. 237. 243. 248. 252. 254) iam aliunde notos omnes.

6. Accesserunt non multi per scriptores varios in ephemeridibus *gentlemans magazine* (n. 232. 238) et Archaeologia (n. 240); e quibus fere pendet Ric. Gough (n. 232. 237).

7. Inde ab huius saeculi initio Thomas Dunham Whitaker (non confundendus ille cum Iohanne Whitaker Mancuniensi, cap. XX n. 5) variis libris iisque sane operosis historiam comitatus Eburacensis illustravit, quos secundum annos, quibus prodierunt, hic enumero.

1. *The history of the original parish of Whalley, and Honor of Clitheroe, in the counties of Lancaster and York.* Ed. I Lond. 1801 4., ed. II ibid. 1806 4., ed. III emendata et aucta ibid. 1818 fol. Hac usus sum, adhibita etiam altera; quartam a. 1871 prodituram, ut comperi, nondum vidi.
2. *The history and antiquities of the Deanery of Craven in the county of York* Lond. 1805 fol., ed. II ibid. 1812 4.
3. Radulphi Thoresby ducatus Leodiensis (supra n. 3) iterum a Whitakero editus et auctus. *Leeds* 1816 fol.
4. *Loidis and Elmete* cet. (vol. II libri praecedentis) *Leeds* 1816 fol.
5. *An history of Richmondshire, in the North Riding of the county of York.* Lond. 1823 2 voll. fol. Est pars operis, quod sub vitae finem scriptor susceperat cuique voluit inscribere *a history of the county of York.* Lond. 1819—1820 3 partes fol., post mortem eius edita. In librorum eorum uno quoque etiam antiquitates Romanas diligenter persecutus est, titulos proposuit et explicuit, ut docent praesertim capp. XIX et XXIII.

8. Thomas Allen (*a new complete history of the county of York.* York 1818 2 voll. 8. et Lond. 1819—1831 6 voll. 8.) aliunde satis nota tantum protulit (ut n. 243 al.); quare non citavi.

9. H. Cave (*antiquities of York.* Lond. 1831 4.) titulos nullos habet.

Post conatus illos antiquiorum parum utiles hoc demum saeculo Eburacum nanctum est antiquarium doctum et diligentem, qualis paucis tantum oppidis Britanniae veteribus contigit. Fuit is

10. Car. Wellbeloved (Eburacum, *or York under the Romans.* York et Lond. 1842 8.; cf. *archaeol. journ.* 2, 1846 p. 412 ss.), qui titulos inscriptos quotquot potuit collegit atque in museo societatis philosophicae Eburacensis deposuit collectosque edidit et explicuit accurate libro suo supra indicato. Praeter eos, quos ab antiquioribus desumpsit utpote iam deperditos, tredecim ipse descripsit, quos hic non enumero; nonnullos eorum (ut n. 242 1—10) servavit solus. Bene meritus deinde est de antiquitatibus patriis eo quod instrumenti domestici titulos primus collegit et in museo scite disposuit.

11. Post eum societas philosophica Eburacensis (*the Yorkshire philosophical society*) non desiit curam antiquitatum patriarum servandarum et illustrandarum in se susceptam agere strenue. Prodierunt in voluminibus ab ea editis quae vidi duobus (*proceedings* Lond. et Ebur. a. 1849 et a. 1855 8.) commentationes quae huc pertinent Iohannis Phillipps professoris Oxoniensis (*the rivers, mountains* cet. *of Yorkshire, with essays on the climate, scenery and ancient inhabitants of the county.* Lond. 1855 8.), Guilelmi Procter (*report of the proceedings of the Yorkshire antiquarian Club in the excavation of barrows, for the year 1849.* Ebur. 1854 8. et *an account of the excavations of the remains of a Roman villa near Collingham.* Ebur. 1855 8.), inprimis autem Iohannis Kenrick, Caroli Wellbeloved generi, qui nunc musei Eburacensis curam agit (cf. *archaeol. journ.* 21, 1864 p. 102). Edidit ille commentationum selectarum fasciculum (*a selection of papers on subjects of archaeology and history, communicated to the Yorkshire philosophical society.* Lond. et Ebur. 1864 8.) titulosque Eburacenses aliquot tam ibi illustravit quam in actis societatis Eburacensis (*annual report of the council of the Yorkshire philosophical society for* 1861. Ebur. 1862 8.) et in aliis nonnullis ephemeridibus, veluti *archaeological journal* et *gentlemans magazine;* nuper de historia legionum duarum Eburacensium, nonae et sextae, seorsum commentatus est (*historical notices of the ninth and sixth legions, by whom Roman York was occupied.* Ebur. 1867 8.). Prodiit denique eius cura catalogus musei (*descriptive account of the antiquities of the museum of the Yorkshire philosophical society* ed. I Ebur. 1852, ed. ultima 1869 8.), quem contuli.

12. Guil. Bowman (reliquiae antiquae Eboracenses, *or remains of antiquity relating to the county of York.* Leeds 1855 4.) aram Romanam, sed titulo carentem edidit tumulosque et castra descripsit, epigraphiae vero non profuit (cf. *archaeol journ.* 10, 1853 p. 91).

13. I. I. Sheahan et T. Whellan (*history and topography of the city of York, the Ainsty Wapentake and the East Riding of Yorkshire.* Beverley 1855/6 2 voll. 8.) titulos Eburacenses quanquam non omnes nec accurate, tamen primi ex parte publici iuris fecerunt; unde mihi quoque respiciendi erant.

Cum anno 1846 instituti archaeologici Britannici socii Eburacum cogerentur, praeter alia scripta ad oppidi et comitatus historiam illustrandam composita (v. *memoirs illustrative of the history and antiquities of the county and city of York communicated to the annual meeting of the Archaeological Institute of Great Britain and Ireland, held at York, July 1846.* Lond. 1848 8.) Carolus Newton tabulam geographicam totius eius regionis confecit utilissimam (*map of British and Roman Yorkshire, prepared under the direction of the central committee of the archaeological Institute for the annual meeting at York in 1846;* cf. *memoirs* p. 13). Usum eius tabulae auctori debeo. Praeterea regionis maxime septentrionalis vias et castra accuratissime persecuti sunt I. Walker (Archaeologia 27, 1838 p. 404), Henricus Maclauchlan (*archaeol. journ.* 6, 1849 p. 213 ss. 334 ss.), cuius infra saepius mentio facienda erit una cum ducis Northumbriae meritis, alii.

Ipse cum a. 1866 Eburaci essem Ioh. Kenrick amicitia titulos in museo ibi servatos libere examinare potui omnes; eiusdemque amici benevolentia etiam de reliquorum comitatus Eburacensis oppidorum titulis quibusdam certior factus sum per litteras. Inveni autem superstites titulos Eburacenses paene omnes (ex viginti sex, quos hic propono, quinque tantum perierunt exceptis decem illis, quos sub numero 242 composui); id quod duorum virorum Wellbeloved et Kenrick potissimum curis debetur.

In parte comitatus Eburacensis orientali (*Eastriding*) tituli reperti sunt nulli; unus, Eburacensis ille, qui ad *Hull* oppidum pervenerat, ibi videtur periisse (n. 248).

Lamina aenea tenuis, longa circiter 0.07, alta 0.05, formam tabellae ansatae imitata, utrimque inscripta litteris, quae punctis tantum constant lectuque difficiles sunt.

	in fronte:	*in postica:*
a	ΘΕΟΙC	*b* ΛΟΚΕΜΙΟΝΙ
	ΤΟΙC ΤΟΥ ΗΓΕ	ΛΙΛΠΗΘΥΙ
	ΜΟΝΙΚΟΥ ΠΡΑΙ	ΑΗΝΙ-Γ-ΙΤΜ
	ΤVΟΡΙΟΥ ΟΚΗΝ	
	ΛΑΙ · · · ΠΥΙΟC	

Descripsi; ab utraque parte versus nullus deest. *a* 4 TVP videtur correctum esse in TOP. Initium tantum intellexi.

Θεοῖς τοῖς τοῦ ἡγεμονικοῦ πραιτορίου
Ο[κ . . . . υἱὸς . . . . .]

231 Ara non magna, rep. a. 1846 Eburaci *in the churchyard of St. Dennis, Walmgate.* In museo; litterae sunt elegantes saeculi puto secundi ineuntis.

D E O
ARCACON
T·NIGST·
MA·VITALIS
ORD·V·S·M

Descripsi. C. R. Smith *assoc. journ.* 2, 1847 p. 248 (inde Newton p. 119, 126*b*; Beale Poste *brit. res.* p. 93; Akerman index p. 80; Wright *the Celt* p. 294; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 240; Henzen 5873); Wellbeloved *proceedings of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 96; catalog. p. 28, 5.

3 NG SI Smith, AVG SI Wellbel. 5 V·S·M Smith.

Deo Arciacon(i) et n(umini) Aug(u)st(i) Mat(ernius?) Vitalis ord(o) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Ord. v. 5 *Ordovix* solvit Kenrick apud Wellbel., non indocte, collato titulo Cambrico apud Orell. 2089; tamen ordo (pro eo qui ordinem, i. e. centurionatum accepit, cf. Henzen 6774) magis videtur convenire huic titulo.

---

232 Eburaci rep. a. 1740 *within Micklegate bar.* Videtur periisse.

BRITANNIÆ
SANCTÆ
P·NIKOMEDES
AVGG·NN
LIBERTVS

Gent. mag. 10, 1740 p. 189 vv. non divisis; Goughs Camden 3 p. 303 (inde Wellbeloved p. 92; Wright *the Celt* p. 276; Sheahan et Whellan 1 p. 299).

---

233 Eburaci rep. nuper (a. 1842), cum via ferrea construebatur. Basis alta p. 2 dig. 8, lata p. 1 dig. $1^1/_2$; litterae videntur esse saeculi secundi exeuntis.

D E A E
FORTVNAE
SOSIA
IVNCINA
Q · ANTONI
ISAVRICI
LEG·AVG

Contuli. Wellbeloved p. 90 tab. 10 fig. 4 (inde Wright *the Celt* p. 279; Sheahan et Whellan 1 p. 304); catalog. p. 27, 3.

Q. Antonius Isauricus *leg(atus) Aug(usti)* aut provinciae Britanniae aut, quod magis crediderim, legionis VI victricis, maritus Sosiae Iuncinae, mihi aliunde notus non est.

234 Basis parva rep. nuper (a. 1842) in effossionibus prope murum Romanum institutis, *north east of the multangular tower*; alta dig. 4, lata $3^1/_2$, litteris rudibus.

pedes Fortunae adhuc supersunt
DAII Φ F*ortunae*
PRO SA · P*.....*
AVSPICA
MAIIS IM
I·D·D·LI
METROB
M · I · M

Contuli. Wellbeloved p. 94.

2 PRO SA . I . . . , 4 MAII · SIM ., 5 I·D·D·II . . ; 7 M·I . . . Wellbeloved.

---

235 Eburaci rep. a. 1702 *in digging a cellar in Coningstreet, in the line of the Roman wall, fixed in the back yard wall of Mrs. Crumptons house below the Black Swann inn* DRAKE. *In the Guidhall* GOUGH. Nunc in museo, litteris bonis saeculi puto primi; lapis longus est dig. 21, altus 7.

GENIO LOCI
FELICITER

Contuli. R. Thoresby *philos. trans.* 24, 1704 p. 2145 (inde Horsley p. 309; Donat. 43, 4; Orell. 1701); Drake p. 56 tab. 8 fig. 6 (inde Goughs Camden 3 p. 302); Wellbeloved p. 93 (inde Wright *the Celt* p. 248); Sheahan et Whellan 1 p. 301; catalog. p. 30, 11.

---

236 Fragmentum basis, repertum una cum n. 239, in museo.

HERCVL*i*
T · PERPET*uus et*
AETER*nus*
EBVR*acenses*
RES*tituerunt*

Descripsi et supplevi exempli causa. Sheahan et Whellan 1 p. 297; catalog. p. 36, 28.

Herculi T(erentii) Perpet[uus et] Aeter[nus]? Ebur[acenses] res[tituerunt]

---

237 Ara rep. Eburaci a. 1638 *on Bishop hill, kept at the manor, then at Lord Fairfax's house at Bishop hill, till it was deserted by his son-in-law the duke of Buckingham* LISTER, qui dono dedit museo Oxoniensi, ubi servatur imminuta. In episcopatu Durham MUR. male.

I · O · M
DIS · DEABVSQVE
HOSPITALIBVS · *PE*
NATIBVSQ · OBCON
SERVTAM · SALVEM
SVAM · SVORVMQ
P · AEL · MARCIAN
VS · PRÆF · COH
ARAM · SAC · F · NC · D

Contuli. M. Lister *philos. transact.* 14, 1683 p. 92 (inde Chandler marm. Oxon. pars 3 tab. I fig. II; Th. Gale itin. Ant. p. 21; Horsley p. 309; Mur. 11, 6; Orell. 1675; Wellbeloved p. 87); Drake p. 56 tab. 8 fig. 3; Goughs Camden 3 p. 302 (inde Henzen 3 p. 153 ad n. 1675).

Chandlerus iam vv. 1 2 tantum vidit superstites; hodie prorsus evanuerunt, quae litteris inclinatis dedi. Testes consentiunt in omnibus, exceptis minimis, veluti litterarum contignationibus, praeter finem, ubi Gough haec habet ARM SAC·SNC·D, ARM SAC·SNC·Ð Drake; quod dedi (ARM cet.) List. Nomen ibi latere cohortis magis probabile est, quam *aram* vocabulum. In fine de *n[o(nis)] De(cembribus)* cogitavit Hagenbuch (apud Orell.), de K·AVG·D *k(alendis) Aug(ustis) d(edit)* Henzen. Horsleii et Wardii explicationes omitto.

---

238 Ara parva rep. a. 1752 in *Micklegate,* postea *in the minster library* (WELLBEL.); servatur nunc in museo. Litterae sunt tenues saeculi secundi.

MAT · AF · ITA · GA
M · MINV·MVDE
MIK · LEG · VI · VIC
GVBER · LEG · VI
V · S · L · L · M

Descripsi et edidi act. Berol. a. 1866 p. 787 I. Ward *philos. transact.* 48, 1735 p. 33 tab. 2 fig. 1 a Drakio acceptam (inde Goughs Camden 3 p. 303 tab. 16 fig. 9); 'Lasenbiensis' *gent. mag.* 22, 1752 p. 402 ibidemque 'Paul Gemsege' (i. e Sam. Pegge) p. 515; Wellbeloved p. 87 tab. 10 fig. 1 (inde Wright *the Celt* p. 290; C. R. Smith collect. ant. 4, 1857 p. 43); Kenrick *report of the Yorksh. philos. soc.* a. 1861 (York 1862 8.) p. 34 cum tabula.

V. 2 legendum *Mude(nus)* aut *Mide(nus)*, non *Ande(nus)*. 4. *Guber(natorem) leg(ionis)* fuisse Mommsenus coniecit (act. Berol. l. s. s.); expectaveris sane gubernatoris legionis eiusdem. Explicationi, quam ego infra proposui, sola obstat collocatio, nam expectaveris *matribus .... Gallicis, gubernatricibus leg. VI.*

Mat(ribus) Af(ricanis) Ita(licis) Ga(llicis) M. Minu(cius) Mude(nus?) mil(es) leg(ionis) VI vic(tricis), guber(natricibus?) leg(ionis) VI, v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ibens) m(erito)

---

239 Eburaci, fragmentum tabellae repertum inter a. 1842 et 1852 prope *Ousegate* una cum n. 236 in fundamentis domus alicuius privatae; servatur in museo, ubi ego nescio quo casu non vidi.

NVMINIB AVG ET DEAE IOV ....
SIVS AEDEM PRO PARTE D.....

Sheahan et Whellan 1 p. 297; catalog. p. 36, 29.

De lectione certiorem me fecit Ioh. Kenrick.

240 Eburaci rep. a. 1770 *in digging a cellar in the Friars gardens* in fundamentis aedificii alicuius Romani. Servabatur a. 1785 apud Franciscum *Smith of New building*, nunc est in museo. Est lapis longus p. 3, altus p. 2 dig. 1½, anaglyphis ornatus. Litterae sunt saeculi secundi exeuntis. Londinii *Jahrb. für Philol.* errore.

DEO · SANCTO
caducei SERAPI *caducei*
duo TEMPLVM · ASO *duo*
pelta LO · FECIT *pelta*
lunata CL · HIERONY *lunata*
astrum MIANVS · LEG *astrum*
LEG·VI·VIC

Contuli. *Gent. mag.* 40, 1770 p. 391; S. Pegge Archaeologia 3, 1786 p. 151 tab. 10 (inde Goughs Camden 3 p. 303; Seebode et Jahn *neue Jahrb. für Philol.* 1833 p. 108; Cardinali *diplomi* p. 303, 589; Newton p. 111, 50; Henzen 5836); Wellbeloved p. 75 tab. 9 fig. 2 (Wright *the Celt* p. 272); Sheahan et Whellan 1 p. 295; catalog. p. 30, 10.

7 VICT Pegge.

241 Eburaci rep. a. 1854 *in King's square near the house which stands at the corner of the square and Goodram gate, and within a few yards of the line of the Roman wall,* ubi porta praetoria fuisse creditur. Servatur in museo; basis longa p. 3 dig. 9, alta p. 3 dig. 4, litteris optimis, altis dig. 6 ad 3¼.

*i*MP · CAESAR *divi*
*n*ERVAE · FIL · N*erva tra*
*ia*NVS · AVG · GER*m. dac.*
*p*ONTIFEX · MAXIM*us tribun.*
5 *po* TESTATIS·XII·IMP·V*i cos. v p. p.* p. C. 108/9
PER ϕ LEG· VIII·HI*sp*

Contuli. Wellbeloved *proceed. of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 282 ss. tab. 8 (inde ego *rhein. Mus.* 14, 1859 p. 349); Sheahan et Whellan 1 p. 308; Kenrick *selection of papers* p. 182 ss.; catalog. p. 32, 14.

Cum homo quidam, cuius nomen periit, in titulo urbano apud Orell. 3186 (priorem enim eius tituli partem, quae ad M. Pontium Laelianum pertinet, ab illa seiungendam esse Borghesius vidit; cf. Henzen 3 p. 510) fuerit *IIII vir viar(um) curandar(um), trib(unus) mil(itum) leg(ionis) VI vic(tricis), cum qua ex Germ(ania) in Britan(niam) transiit, quaestor prov(inciae) Narb(onensis), divi Hadriani ab act(is) senat(us), trib(unus) pleb(i) candidatus imp(eratoris), praetor* cet., inde discimus legionem IX, quae a. 109 Eburaci tendebat, regno Hadriani fere exeunte cessisse locumque eius tum obtinuisse VI victricem ex Germania in Britanniam translatam. Cum legionem nonam constet non esse in aliam provinciam abductam, non sine probabilitate Borghesius (opp. 4 p. 115) usus testimoniis Spartiani (v. Hadriani c. 5 *Britanni teneri sub Romana dicione non poterant*) et Frontonis (de bello Parthico p. 107 Nieb., p. 200 Mai., p. 217 Nab. *quid? avo vestro Hadriano imperium obtinente quantum militum a Iudaeis, quantum a Britannis caesum?*) in Britannia tum eam extinctam esse coniecit per Brigantes.

242 A. 1842 ex muris Romanis Eburacensibus, ad turrim quam multangulam vocant, prodierunt lapides oblongi decem litteris inscripti difficilibus lectu; erant *rude scratches by the soldiers of the sixth legion* (WELLBEL.). Lapides illi perierunt, ut mihi affirmavit KENRICK; quod dolendum est.

1 LEG VICT
2 LEG VIC
3 VPM VICTRIVMM
4) NONRFM
N CXX
5) NONRPAAR
6 VNO MMMNVI
/////// / ΛVV VIC
7)(IICII/IL((
8 ^ Z 9 X X X
9 A
10 (⊠

Wellbeloved p. 59 tab. 7 qui solus servavit. Praeter nomen legionis (n. 1. 2. 3? 6. 7) agnoscuntur nomina centurionum (*Antonii Rufini*? n. 4. 5); ut appareat hic quoque centurias, quae opus muri absolvendum susceperant, nomina singulis operis partibus inscripsisse.

243 Cippus altus p. 6 dig. 2, latus p. 2 dig. 2, rep. (ante a. 1699) Eburaci *in Trinity yard in Micklegate;* servabatur deinde in *Ribston* prope *Wetherby* in horto Henr. Goodrick (THOR., WELLBEL.), nunc est in museo. Litterae videntur esse saeculi primi.

signifer stans, paenulatus, sine galea; torquem in collo habet, dextra signum tenet in manum apertam terminans, phaleris (vel patellis) sex ornatum, sinistra tabellas ansatas
L · DVCCIVS
sic L · VOL · RVFI
NVS · VIEN
SIGNF · LEG · VIII
5 AN · XXIIX
H · S · E

Contuli et ectypum sumpsi. Fabretti (1699) p. 340, 515 et 619, 164 ex schedis Barberinis nescio quibus (inde Orell. 2704); R. Thoresby *philos. transact.* 25, 1706 p. 2194 ligno incisam (Th. Gale itin. Anton. p. 23; Mur. 811, 5 et 2031, 7 'ex auctore libri de religione Gallorum'); Horsley p. 308 *Yorksh.* 8; Drake p. 56 tab. 8 fig. 8 (inde Goughs Camden 3 p. 303 tab. 16 fig. 4); Newton p. 112, 53; Wellbeloved p. 113 tab. 13; Sheahan et Whellan 1 p. 294; catalog. p. 34, 22.

2 post L aperte excidit F errore quadratarii; VOLE Horsl., ut F omissa addita sit loco non suo collato titulo n. 319. Sed erravit, nam F illius nihil in lapide est. 3 NVS Horsl., item lineam fortuitam non recte aestimans.

Quem signifer manu sinistra tenet Horsleio quasillus esse visus est vel modius, aliis vexillum (inepte); codicem vel tabellas ansatas esse similes a milite classiario C. I. L. 3, 556*a* gestis docui *archäol. Zeitung* 26, 1868 p. 41. 90 cf. tab. 5.

L. Duccius L. [f(ilius)] Volt(inia) Rufinus Vienn(a), signif(er) leg(ionis) VIIII, an(norum) XXIIX, h(ic) s(itus) e(st)

244 Fragmentum basis litteris pulchris; rep. initio huius saeculi *at the Mount near York.* In museo (n. 48).

c. titi O · C · FIL ·
claud. n OVARIA ·
mil. leg. i X · HISP · HERE
des et lib · PATRONO
bene mere NI·FECERVT

Descripsi et supplevi. Sheahan et Whellan 1 p. 303; catalog. p. 39, 48.

2 O·VARIA Sheahan. Novaria Claudiae tribui adscripta erat (Grotefend *die röm. Tribus* p. 66).

244*a* Eburaci in museo, pars superior cippi anaglypho ornati.

centurio stans
tunicatus et chla-
mydatus, s. vitem,
d. volumen tenens

titulus periit

Indicavi, cum inter testimonia vitae militaris locum mereatur.

---

245 Anaglyphum cum basi rep. a. 1859 Eburaci *at the Mount*. Servatur in museo.

maritus, uxor, liberi duo, paenulati
et tunicati stantes
maritus et uxor laeva ille, haec dextra
volumen tenent (vel mappam)

D · M · FLAVIÆ · AVGVSTINAE
VXIT · N · XXXVIIII · M · VII · D · XI · FILIVS
SAINVS · AVGSTINVS · VXT · N · I · D · III *sic*
..... VXT · N · I · M · VIIII · D · V · C · ÆRESIVS
..... MIL · LEG · VI · VIC · CONIVGI · CAR
issimae ET · SIBI · F · C

Descripsi. I. Kenrick *gent. mag.* 7, 1859 p. 52; catalog. p. 37, 32.

3 NVS·AVGVSTINVS, 4 CÆRESIVS, 5 CARI Kenrick.

Filioli duo (aut filius et filia) non videntur fuisse C. Aeresii.

D(is) M(anibus). Flaviae Augustinae, vixit an(nos) XXVIIII m(enses) VII d(ies) XI; filius ... nius Aug(u)stinus, vixit an(num) I d(ies) III, ... vixit an(num) I m(enses) VIIII d(ies) V C. Aeresius ...., mil(es) leg(ionis) VI vic(tricis) coniugi car[issimae] et sibi f(aciendum) c(uravit)

---

246 Sarcophagus magnus (longus p. 7 dig 6, latus p. 2 dig. 11) rep. Eburaci a. 1835; in museo.

in coperculo:

D M

in arca:

AVR · SVPERO · CN
E.G · VI · QVI · VIXIT ANIS *sic*
XXXVIII · M · IIII · D · XIII · AVRE
LIA · CENSORINA · CIVNX
MEMORIAM · POSSVIT *sic*

Contuli. Wellbeloved p. 110 tab. 12 fig. 3; Sheahan et Whellan 1 p. 305; catalog. p. 30, 9.

---

247 Sarcophagus parvus (longus p. 3 dig. 11, latus p. 2 dig. $1^1/_4$).

D · M · SIMPLICIAE · FLORENTINE
ANIME · INNOCENTISSIME
QVE · VIXIT · MENSES · DECEM
FELICIVS · SIMPLEX · PATER · FECIT
LEG · VI · V

Contuli. Wellbeloved p. 111 tab. 12 fig. 1 (Wright *the Celt* p. 316); Sheahan et Whellan 1 p. 304; catalog. p. 31, 12.

---

248 *A. 1579 the laste monethe, wyche was februare, was found weste of Yorke walles a quarter of a myle or les in a ...* [reliqua desunt] ANON. In aedibus cuiusdam senatoris CAMD. Potandis equis inservit in diversorio publico, *the sign of the Couch and Horses*, apud Kingston super fluvium *Hull* GALE. *At Mr. Bailiff's house at Beverley gate at Hull* antea *for some time converted into a wathering through for horses at a public inn* DRAKE, HORSL.), unde maior pars periit. Erat sarcophagus longus p. 6, latus paene 3, qui in urbe *Hull* aut latet aut periit; a. 1796 certe frustra ibi quaesivit TICKELL.

M · VEREC · DIOGENES · IIIIII VIR COL ·
EBO IDEMQ · MORT · CIVES · BITVRIX
CVBVS · H AEC · SIBI · VIVVS FECIT

Anonymus in schedis Cottonis cod. mus. Brit. Cotton. Iulius F X f. 137*; Camden ed. I (1586) p. 408 (inde Scaliger cod. Lugd. C 1 et in syll. maiore p. 51; Grut. 485, 1; Orell. 190); Drake p. 56 tab. 8 fig. 2; Th. Gale itin. Ant. p. 24; Horsley p. 310 *Yorksh.* 10 cf. p. 352 (inde Ioh. Tickell *the history of the town and county of Kingston upon Hull* [Hull 1796 4.] p. 346; Goughs Camden 3 p. 242; Newton p. 119, 128; Henzen 3 p. 28); Wellbeloved p. 102; Kenrick *proceed. of the Yorksh. philos. soc.* 1, 1855 p. 52 ss.

Quae in hiatu perierunt, Horsleius iam non vidit.

2 IDEMQ.MORIT.CIVES Anon., IDEMQ·MORT·CIVEIS Camd. (Scal.), IBEMQ MORT CIVES Drake, //EMQ MORT CIVES Gale., IBEMQ MORT CIVES Horsl., (secundum exempla priora, ut ait, inde IBIDEMQ· MORT· CIVES Kenrick), qui merito haesit in verbis *ibidemque mortuus* coniunctis cum v. 3 *haec sibi vivus fecit*. Putaverim potius latere alterius municipii nomen, cuius item sevir fuerit Diogenes, v. c. *itemq(ue) m(unicipii) Orit* ..... V. 3 *h[aec]* item ortum videtur ex errore descriptoris.

M. Verec(undius) Diogenes IIIIIIvir col(oniae) Ebor(acensis) ..... *cives Biturix Cubus, haec(?) sibi vivus fecit*

---

249 Sarcophagus magnus in museo. Litterae minio pictae erant, cum effodiebatur.

D ÆL · SEVERE · HONESTE · FEMINE M
CONIVGI · CAEC · RVFI · QVOND
V · N · XXVII · M · VIII · D · IIII · CÆC
MVSICVS · LIB · EIVS · D

Descripsi. Catalog. p. 33, 15.

---

250 Cippus rep. a. 1861 *at the Mount*, deinde *in the possession of Mr. Rush*, nunc in museo.

d *pedes puellae adhuc supersunt* M

CORELLIA · OPTATA · AN · XIII
SECRETI MNES · QVI · REGNA
ACHERVSIA · DITIS · INCOLI
TIS · QVOS · PARVA · PETVNT · POST
LVMINA · VITE · EXIGVS · CINS *sic*
ET · SIMVLACRVM · CORIS · VM
BRA · INSONTIS GNATE · GEN
TOR · SPE · CAPTVS · INIQVA
SVPREMVM · HVNC · NATE
MISERANDVS · DEFLEO · FINEM
Q · CORE · FORTIS · PAT · F · C

Contuli. Kenrick *gent. mag.* 11, 1861 p. 177 (cf. 10, 1861 p. 593) et *report of the Yorksh. philos. soc.* a. 1861 p. 30; catalog. p. 29, 8*.

[*D(is)*] *M(anibus). Corellia Optata an(norum) XIII.*

Secreti Manes, qui regna Acherusia Ditis incolitis, quos parva petunt post lumina vite exiguus cinis et simulacrum corpo[r]is umbra, insontis gnate genitor, spe captus iniqua, supremum hunc nate miserandus defleo finem.

Q. Core(llius) Fortis pat(er) f(aciendum) c(uravit)

---

251 Cippus fastigio ornatus, in museo; rep. *in the cellar of the convent without Micklegate Bar.*

quasillus frugibus plenus *protome mulieris* *corona laurea*

D M
DECIMINAE · DE
CIMI FILIA///

Descripsi. Catalog. p. 27, 2.

---

252 Eburaci, in muro extra *Micklegate*, qua itur ad montem *the Mount* GALE. Periit.

D M
MINNE

Th. Gale itin. Ant. p. 23 (inde Goughs Camden 3 p. 302; Wellbeloved p. 116); Drake p. 56 tab. 8 fig. 5; Horsley p. 311 *Yorksh.* 12.

---

253 Sarcophagus rep. in horto *of the late Rob. Driffield, now in Mrs. Bealby, of the Mount, possession*. Longus est p. 6 dig. 10, latus p. 2 dig. 3. In museo.

MEMA *v*AL · THEODORI
ANI · *n*OMEN · VIXIT · NN ·
XXX / · M · VI · EMI · THEO
DO A · MATER · E · C *sic*

Descripsi. Wellbeloved p. 110 tab. 12 fig. 2; Sheahan et Whellan 1 p. 303; catalog. p. 38, 41.

3 *emi* pro *emeriti* positum esse putabat Wellbel., non recte.

Mem(oriae) [V]al(erii) Theodoriani [N]oment(ani). Vixit ann(os) XXXV m(enses) VI. Emi Theodo[r]a mater e(ius) c(ausa)?

---

254 Eburaci in muro meridionali ecclesiae omnium Sanctorum *in Northstreet* LIST. A. 1867 inde translata in museum. In muro ecclesiae *Northstreetchurch* vocatae GALE.

d M
AE · AN
S · SEC · *genius alatus stans*
ENEM
I · ANO
CONVGI

M. Lister *philos. transact.* 13, 1682 p. 73; Th. Gale it. Ant. p. 22; Horsley p. 310 *Yorksh.* 11 (inde Goughs Camden 3 p. 302 tab. 16 fig. 3; Wellbeloved p. 115); Drake p. 56 tab. 8 fig. 4; catalog. p. 40, 51.

2 AI Gale. 3 · SEC Horsl. 4 ENEM List. 6 CONVGI Gale.

255 *Clementhorpe*, quod est suburbium Eburacense; fragmentum tabulae lapideae, in museo Eburacensi.

FIL · V · AN XIII
VITELLIA PRO
CVLA MATE
P · T

Descripsi. Kenrick *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1865 p. 202, *gent. mag.* 19, 1866 p. 63, qui in fine ita legit MATER|P·F·P; catalog. p. 35, 22*. Fortasse in lapide erat F·P·F *filiae piissimae fecit.*

In fine adduntur litterae noviciae quattuor A · M · P · C, quas Kenrick recte ita explicat *Ave Maria plena gratia.*

256 Fragmentum (n. 29) in museo, litteris evanidis.

animalia duo sedentia
·L·VOC

Descripsi et ectypum sumpsi.

257 Cippus anaglypho ornatus, in museo (catal. n. 8).

vir tunicatus, sago humeros tectus, dextra baculum, laeva volumen (?) tenens, cum puero patris tunicam prendente, qui laeva quasillum tenet

Descripsi.

258 Fragmenta duo servata in museo, fortasse lapidis eiusdem.

a ·P·P·SVI
M · COSS

b ·I · ET · N

Descripsi.

259 Fragmenta varia, in museo.

a LEC
CA
PRI
FT

b MVS · FE
S

c · M
ABN

d
A

Descripsi.

XXIII. ISVRIVM?

(*Aldborough* et *Boroughbridge*).

Accedunt *Malton* cum *Norton* et *Eastness*, *Hazlehead*, *Ravenhill*.

Prope *Aldborough* ad confluentes *Yore* et *Swale* rivos, ab *Easingwold* oppido ad occidentem, diu est quod reliquiae castrorum Romanorum observatae sunt (Goughs Camden 3 p. 241. 299) cum parietinis villarum rusticarum, in quibus pavimenta tessellata et reliqua vitae Romanae vestigia comparuerunt (cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 73 ss.). Conveniunt ea, ut videntur, cum situ Isurii oppidi Brigantum, cuius Ptolemaeus (2, 3, 16 Ἰσούριον) et itinerarium (p. 465, 3. 468, 3. 476, 1 ubi *Isu brigantum* traditur corrupte) meminerunt; collocatur enim ab Eburaco m. p. XVII in via versus septentriones ad vallum ducente (apud Ravennatem aut omissum est aut latet in corruptelis). Prodierunt ibi inter alia columnae miliariae duae infra edendae. Descripsit reliquias illas omnes accurate

1. Henricus Ecroyd SMITH (reliquiae Isurianae; *the remains of the Roman Isurium, now Aldborough, near Boroughbridge, Yorkshire.* Lond. 1852 fol.; cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 401. 6, 1851 p. 160). Praeter anaglyphum titulo carens (*Yorksh.* 7) fragmentum tantum tituli ibi repertum HORSLEIO iam notum erat (n. 262); reliqui tituli tres (n. 260. 261. 263) debentur Smithio soli.

2. Contra fidendum non est narrationi Thomae GILL (vallis Eboracensis, *comprising the history and antiquities of Easingwold and its neighbourhood.* Lond. 1852 8.); nam incertas tantum profert coniecturas (cf. Th. Wright *wanderings* p. 251) neque titulos respexit.

Repertum est ibi praeter alia pavimentum tessellatum, in quo repraesentati erant homines varii uno ordine incedentes; viri volumen tenentis imago integra superest, feminae stolatae dimidiata; iuxta hanc scriptum fuisse traditur tituli Graeci initium, ut videtur, hoc

ЄΛΗ
ЄѠN

(H. E. Smith rel. Isur. tab. XVIII; inde Wright *wanderings* p. 241; A. S. Lawson *assoc. journ.* 20, 1864 p. 39 ss.).

Addidi titulos fere singulares locorum non ita procul ab Isurio sitorum, qui quibusnam oppidis antiquis conveniant ignoratur, cum viae Romanae nullae per regiones illas in itinerariis indicatae sint. Ex *Malton* prodiisse dicuntur nuper tituli duo (n. 263 *a* et *b*), quorum ectypa mecum communicavit A. W. FRANKS amicus Londiniensis; servantur illi in museo urbis *Whitby*. Qui circa *New Malton* siti sunt loci, *Norton* et *Eastness*, ad confluentes fere fluviorum *Rye* et *Derwent*, titulum unum tantum militarem protulerunt equitis singularis (n. 264). Reliquorum duorum alter (n. 265) vitae municipalis testimonium in regionibus illis tam singulare exhibet, ut futuros esse putem qui de origine eius externa, fortasse urbana, cogitent; tamen nihil est cur in ecclesiae Nortonensis parietes eum pervenisse ex locis longinquis credamus. Alter sepulcralis simplex est (n. 266). — Ad viam Romanam, quae a *Malton* septentrionem versus et ad oram maritimam orientalem ducebat, pertinet fragmentum detectum ad *Hazlehead* (n. 267). Singularis est titulus repertus in ipsa ora illa medio fere itinere inter *Scarborough* et *Whitby*, ad promontorium *Old Peak* dictum et sinum maris *Robin Hood Bay;* videtur enim demonstrare, quanquam incertae interpretationis est, fuisse ibi ad *Ravenhill* castrum Romanum saeculo quinto sextove. Titulorum reliquorum auctores noti sunt; hunc servarunt *Whitby* oppidi historiographi ibi indicati. Ego nullum eorum vidi.

260 *Aldborough*, fragmentum latum dig. 10, *of lime stone.*

I·O·M·ET
MATRIB
M

H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 45 tab. 21 fig. 3.

261 Ara rep. *ploughing between Aldborough* et *Boroughbridge.*

D M
VSLL

H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 45 tab. 21 fig. 6 qui dedicationem non integram esse perspexit.

262 *Boroughbridge, upon a stone in the outside of a garden wall, facing one of the streets* HORSL. *In the garden wall of the old family mansion of the Tancreds*, postea *the Crown Inn;* periit *washed out of the wall on the occurence of a high flood in 1822* SMITH.

AVR
VIX
F·AN
NO
5 AN·V

Th. Gale it. Ant. p. 18 (inde H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 46 tab. 21 fig. 8); Horsley p. 307 *Yorksh.* 6. 1 AVF, 3 FAN, 4 NO, 5 TIOO Gale.

263 *Aldborough.* Num extet nescio.

D M
FIL·CVIE
COLVGS
KARIS
5 C · M · P
F · CVR

'Viator militaris' *gent. mag.* 81, 1811 II p. 312 (inde H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 46 tab. 21 fig. 4; Wright *wanderings* p. 249). Explicatio v. 2 incerta est.

D(is) M(anibus) Filo[mena]e? co[i]ug[i]s karis(simae). C. M(anlius) P(rimus) [vel similia] *f(aciendum) c(uravit)*

263*a* *From Malton, Yorkshire; now* (a. 1870) *in Whitby museum.* Litteris malis.

DEO MAR
RIGAE
SCIRVSOR
SAC VSLM

Descripsi ex ectypo misso ab A. W. Franks. Lectio certa est.

Deo Marrigae Scirusor sac(erdos?) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Tam dei quam hominis nomina hic primum comparent.

263*b* *From Malton, Yorkshire; in Whitby museum.* Lapis parvus, litterae intra tabellam ansatam.

SANQV·

Descripsi ex ectypo ab A. W. Franks misso. Lapis a dextra integer est, sed litterae corrosae.

Sanqu[s]?

264 *Malton, Yorkshire, Northriding;* rep. a. 1753 *in the Pye pits, over against the lodge,* ad fluvium *Derwent* WARD. *Mr. Percy Carr, mason, found it, and Mr. Horncastle, apothecary, got it for Dr. Swinny* GOUGH. Ubi servetur nescio.

D · M
AVR · MA
CRINVS · EX
EQ · SING · AVG

I. Ward *philos. transact.* 49, 1755 p. 69 tab. 3 fig. 1; Goughs Camden 3 p. 326 (inde Newton p. 114, 76*a*).

2 AV Ward.

D(is) M(anibus). Aur(elius) Macrinus, ex eq(uite) sing(ulari) Aug(usti)....

265 *Norton,* prope *New Malton, Yorkshire;* rep. a. 1814 in effodiendis fundamentis ecclesiae novae; lapis longus est dig. 13, altus 8, *it appears to have been inserted in a building as one of the walling stones.* Titulus margine inclusus est in formam tabellae ansatae.

FELICITER SIT
GENIO LOCI
SERVVLE · VTERE
FELIX TABERN
AM AVREFI
CINAM

Gent. mag. 84, 1814 p. 646; C. R. Smith *proceedings of the soc. of ant.* 2, 1849—53 p. 187 (inde Wright *the Celt* p. 247).

Feliciter sit Genio loci. Servule, utere felix tabernam aureficinam

266 *Within a cornefield of Est Nesse, the lordship of Mr. Crathornes, in the weapon take of Rhydale in the county of Yorke, there was a coffin of ffree stone, 2 1/2 yards in length, 3 quarters broad, digged up with a plough about 3 years since, with a cover thereon very cosely filled, 3 quarters deep within the ground, the endes there of standing North and South contrary to the use of our tymes; within it were bones of men, and the outside there of these wordes engravde very faire, taken out by me Roger Dodsworthe, June 2, 1619* CAMD. *Eastness* prope *Howingham, where it remains* GOUGH.

TITIA › PINTA › VIXIT › ANN › XXXVIII›
ET›VAL› ADIVTORI› VIXIT› ANN› XX›
ET › VARIOLO › VIXIT › ANN › XV › VAL›
VINDICIANVS › CONIVGI › ET › FILIS›
F › C

Camden in exemplo suo Britanniae, quod servatur Oxonii in bibl. Bodleiana p. 578; inde Th. Gale itin. Ant. p. 26 'ex schedis Camdenianis'; Horsley p. 314; Th. Gill vallis Eboracensis p. 246); Goughs Camden 3 p. 328.

1 PINTIA Gough. — 3 VARIALO Camd. — 4 CONIVGE, FILIIS Gough.

267 *Hazlehead* (prope *Egton* et *Whitby, Yorkshire, Northriding*), ad viam Romanam, rep. *in the foundation of the western wall of the enclosure.*

ILVIVILVX

Young *history of Whitby* 2 p. 703.

268 *Ravenhill,* inter *Whitby* et *Scarborough,* ubi servabat YOUNG; rep. a. 1774 ab operariis *Childs* capitani, cum effodiebant fundamenta aedium *Ravenhill-Hall.* Servatur in *the Withby museum.* Lapis longus est dig. 22, altus 15.

IVSTINIANVS PP
VINDICIANVS
MASBITERIVPR
MCASTRVMFECI
AMO

Descripsi ex ectypis ab Newton et Franks mecum communicatis. Charlton *history of Whitby* (1779) p. 43 ligno incisam (inde Gough in schedis Oxoniensibus); Young *history of Whitby* 2 p. 708; nuper etiam delineatam misit W. Thompson Watkin. V. 2 C (pro CI) in lapide est. 4 EECI. 5 A..O vel A..CI.

Exempla omnia consentiunt vel potius unius apographa sunt. In fine non integram esse non indicatur. Explicationem, quam proposui exempli gratia, scio incertissimam esse. Litterarum formae ad saeculum quintum sextumve ducunt.

Iustinianus p(rae)p(ositus)? Vindicianus m(agister)? a[r]biteriu pr(aepositi) m(ilitum)? castrum fecit a[nn]o .....

V. 3 *masbiteriu* fortasse barbare scriptum pro *magisteriu.*

Comparavit Mommsenus titulum saeculi quinti in Pannonia inferiore repertum C. I. L. 3, 3370:

Fl(avius) Iovinus ex p(rae)p(osito) militum Histricorum et Fl(avius) Paulus biarcus pater et filius domum a fundamentis iusserunt fabricari.

XXIV. *BROVGH* prope *Bainbridge* (VIROSIDVM?). *THORNBOROVGH* et *Catterick* (CATARACTONIVM?)


Tituli duo (n. 269. 270) prope *Burgh* (nunc *Brough*) ad *Yore* fluvium reperti et a CAMDENO solo servati una cum aliis antiquitatis vestigiis docuerunt castra ibi fuisse Romana, quibus 'Bracchii' nomen dari solet ipso Camdeno auctore ab antiquariis Britannis propter titulum n. 270 non recte intellectum (cf. Goughs Camden 3 p. 256. 331; Horsley p. 313). De cohorte VI Nerviorum dictum est in adnotatione tituli modo indicati. Cum notitia (p. 115* 6 cf. Böcking p. 939*) *Virosido* ponat *tribunum cohortis sextae Nerviorum,* quae in titulo (n. 269) hic reperto nominatur, neque aliunde quicquam de situ Virosidi tradatur, nihil obstat, quominus castris illis nomen Virosidi fuisse coniciamus, quanquam negari nequit cohortem illam potuisse stativa mutasse inter saecula alterum ad quintum; ut saepe accidit.

Inde versus occidentem ad *Swale* fluvium non procul a *Richmond* oppido *Thornborough* situm est, ubi castrorum reliquiae conspicuae sunt (cf. Goughs Camden 3 p. 258. 336; Archaeologia 10, 1792 p. 54 ss. 15, 1806 p. 392) vicusque in vicinia situs *Catterick* cum ponte *Catterick bridge* creduntur non sine probabilitate nomen Cataractonii servasse, cuius oppidi meminerunt Ptolemaeus (2, 3, 16 Κατουραχτόνιον), itinerarium (p. 465, 2 *Cataractoni,* 468, 2 et 476, 2 *Cataractone*), Ravennas (5, 31 p. 431, 15 *Cactabactonion*). Horsleius nihil ibi titulorum potuit indagare

(p. 307); alterum enim ibi repertorum (n. 271) ex CAMDENO tantum (per Seldenum et Galeum) novit; alter (n. 272) nuper accessit per WHITAKERUM.

A Cataractonio recto tramite versus septentriones ultra *Tees* fluvium via Romana Vinoviam ducebat per pontem hodie *Piersbridge* dictum; ibi prope mansio vel castrum erat, cuius titulos infra dabimus cum reliquis Dunelmensibus (cap. **XXXIV**).

269 Ad confluentes Uri et *Baint*, ad tuguriola *Baintbrig* dicta, in colle *Burgh*, inter alia multa Romanae vetustatis argumenta nuper vidimus hoc fragmentum antiquae inscriptionis pulcherrimo charactere, cum Victoria alata CAMD. Frustra quaesivit HORSL.



Camden ed. V (a. 1600) p. 653 (inde reliqui omnes Grut. 266, 4 'ex Camdeni autographo'; Donat. p. 306, 5 'ex schedis P. Gnocchi'; Horsley p. 313; Goughs Camden 3 p. 331; Newton p. 116, 98; ex hoc Henzen 5254, qui supplementa pleraque praeivit).

Supplementa quae proposui ex parte incerta esse (v. 5. 9. 10) apparet. Post v. 5 Henzenus etiam Iuliae Domnae nomina supplevit, quae spatium excedunt. Bracchium (v. 6) non esse loci nomen, quod in *Burgh* novicio superesse sibi persuaserat Camdenus, iam Gale perspexit (in adnot. ms. ad Camdenum, quam Gough refert); pro vallo, quod supplevi exempli causa, fortasse castellum vel aliud aedificium caementicium cum bracchio coniunctum erat. Cohors VI Nerviorum praeterea in Caledonia ad vallum Antonini (*Rough Castle*) memoratur. L. Alfenium Senecionem praesertim ex titulo Habitancensi constat legatum provinciae fuisse circiter inter annos 205 et 208 (cf. n. 513). Consularis amplissimi titulum supplevi ad exemplum Q. Anicii Fausti legati Numidiae, qui ita nominatur in titulo Lambaesitano apud Renierium n. 63; poteris etiam cum Henzeno scribere *amplissimi* [*viri*]. V. 9 in *Prae* . . . latere cognomen eius qui operi institit Henzenus proposuit, propterea quod non facile sit omnino eo carendum; sed ipsum illud *L. Vispius* corruptum est (*Vispius* enim quantum scio aliunde non reperitur, neque facile mutabitur in *Cispius* vel *Caspius*). Latent fortasse *Iulius Pius* vel similia (cf. n. 270 v. 2). Unde supplementa, quae in fine proposui, puto defendi posse.

Imp(eratore) Caes(are) L. Septimio [*Severo*] *Pio Pertinac*[*e*] *Augu*[*sto et*] *imp(eratore) Caesar*[*e*] *M. Aurelio A*[*ntonino*] *Pio Felice Augusto* [*et*] [*P. Septimio Geta nob(ilissimo) Caes(are) vallum cum*] *bracchio caementicium* [*coh(ors)*] *VI Nerviorum sub cura L. A*[*lfeni*] *Senecion*[*is co(n)s(ularis)*] *amplissimi* [*fecit; institit*] *operi L. Vispius* prae*[*positus vexillationi*] *legio*[*nis VI victricis p(iae) f(idelis)* . . .

270 Eruta in colle *Burgh* prope *Bainbrig*, in basi statuae Commodi Herculeo habitu; extat hodie in Nappa villa praecipua familiae Medcalforum CAMD. Frustra quaesivit HORSL.

. . . . . CÆSARI AVGVSTO
MARCI·AVRELII·FILIO
. . . . . .
SENISIOVIS · AMPLISSIMI
5 VENTS PIVS

Camden ed. I (1586) p. 423 (inde Scaliger cod. Lugd. C 1 et in sylloge maiore p. 51; Horsley p. 313; Goughs Camden 3 p. 331).

Quod olim conieci (*rhein. Mus.* 11, 1857 p. 39) titulum nihil esse nisi exemplum peius praecedentis, id nunc editionibus Camdeni duobus inter se comparatis non probabile esse perspicio. Tamen versu 4 certum est redire, ut in illo, nomen Alfenii Senecionis, quod non quadrat in Commodi tempora, sed in Severi et filiorum. Unde patet v. 2 corruptum esse neque statuam, si qua fuit omnino, Commodi fuisse.

271 Apud *Thornburgh* super *Swale* in com. Ebor. 17 Iulii 1620 reperta CAMD. SELD. Ubi servetur nescio (nec magis sciebat GOUGH); certe Oxonii non est, nec dicit Seldenus ibi fuisse.

DEO · QVI · VIAS
ET · SEMITAS COM
MENTVS EST T · IR
DAS·S·C·F·V·L·L·M
5 Q · VARIVS · VITA
LIS · E T CS ARAM
SACRAM RESTI
TVIT
APRONIANO E BRA
10 DVA COS p. C. 191

Camden in exemplo suo Britanniae, qnod servatur in bibliotheca Bodleiana, p. 595 (inde Selden marm. Oxon. p. 57, 6 'ex schedula inserta a Camdeno in Britanniam suam p. 595'; ex hoc reliqui Spon misc. p. 114, *recherches* p. 101; Reines. 1, 141; Gudius ms. 456, 2; Th. Gale itin. Ant. p. 14; Prideaux marm. Oxon. p. 309, 4; Maittaire p. 62, 188; Horsley p. 307; Goughs Camden 3 p. 335; Orell. 2073; Newton p. 107, 15; Wright *the Celt* p. 274).

Supplementa v. 6 praeiverunt docti Britanni; quae ad v. 4 litteras singulares S·C·F· solvendas proposita sunt inepta multa, non refero. Cf. supra n. 229.

Deo qui vias et semitas commentus est T(erentius) Irdas? s(ingularis) c(onsularis) f(ecit) v(otum) l(aetus) l(ibens) m(erito). — Q. Varius Vitalis [*b(ene) f(iciarius)*] *co(n)s(ularis) aram sacram restituit Aproniano et Bradua co(n)s(ulibus)*

Vocabula priora senarium efficere, fortasse casu tantum, observavit Buecheler anthol. epigr. Lat. spec. I (Gryphiswaldiae 1870 4.) p. 7 ad n. X.

272 *Thornborough, Yorkshire, Northriding, very lately found;* ara litteris rudibus.

DEAE
SYRIA
E ARA
SAIO
5 B F

Whitaker *Richmondshire* 2 p. 23 ligno incisam.

Deae Syriae ara(m) Saio? b(ene) f(iciarius) . . . .

XXV. LAVATRAE?

(Bowes).

Accedunt *Gretabridge* et *Rokeby.*

In *Richmond* comitatus parte maxime septentrionali inter *Greta* et *Tees* fluvios prope *Bowes* oppidum castrorum reliquiae diu iam notae sunt (Goughs Camden 3 p. 258. 338) atque inde a Camdeni tempore *Lavatrae* mansio itinerarii (p. 468, 1 *Lavatris;* p. 476, 3 *Levatris*) et Ravennatis (5, 31 p. 431, 14), statio numeri exploratorum secundum notitiam (p. 113* 11 *Lavatres*), ibi collocatur. Tituli ibi reperti tres locum satis munitum fuisse declarant; memorantur enim in illis cohortes duae, prima Thracum (n. 273. 274) et quarta F .... (n. 275), item ala Vettonum (n. 273); praeterea balineum vi ignis exustum atque ab ipso legato provinciae restitutum (n. 273). Duos ex titulis iis CAMDENUS novit (n. 273. 275); alter periit, alter extat Cantabrigiae servatus per Cottonem, qui asportaverat ad *Connington;* tertii extabat exemplum novicium in *Appleby* Westmorelandiae, quod Ricardo BAINBRIGG debetur; de eo vide quae infra adnotata sunt cap. XXVII.

A *Bowes* versus orientem, iuxta confluentes *Greta* et *Tees* fluvios, alia castra fuerunt, quorum item supersunt reliquiae (Goughs Camden 3 p. 338), nomen vero ignotum est. Iis attribuendi sunt tituli prope *Gretabridge* reperti (n. 278—281. 283), fortasse etiam ad *Greens Inn* repertus (n. 282), et ipsi militares paene omnes. Eorum tres (n. 278. 282. 283) iam Horsleii tempore servabantur in villa vicina *Rokeby* (olim *Rookby*) dicta, quae tum erat Thomae Robinsonis (v. Horsley p. 305), postea *the seat of Bacon Morritt Esq.* (Goughs Camden 3 p. 338. 460), hodieque esse dicitur Guilelmi *Morritt* alicuius; reliqui tres (n. 279. 280. 281) aut perierunt aut latent in vico *Gretabridge.* Accedit columna miliaria imperatorum Galli et Volusiani, item in *Rokeby* servata. Sed qui titulos illos olim collegit in *Rokeby Hall* addidit iis etiam aliunde conquisitos non paucos. Septem sane ex Amboglanna statione per lineam valli eo pervenisse demonstrari possunt (n. 808. 813. 815. 819. 826. 831. 844; fuerun, illi ante in castello *Naworth* in Cumbria, unde ultimus comes *Dacre* eos dederat Robinsoni; alii ex Italia allati sunt); restant duo (n. 276. 277), quos cum Britannicos esse appareat hic collocavi, donec de origine eorum certiores facti sumus. Frustra enim per Ioh. Kenrick amicum Eburacensem a loci domino de titulis illis, utrum adhuc extent necne, quaesivi; nuper demum per Brucium certior de iis factus sum, qui misit titulos duos in vicinia servatos mihique aliunde non notos (n. 283 *a b*).

Auctores titulorum horum sunt Rogerius GALE (n. 278), HORSLEIUS n. 278. 280), Guil. HUTCHINSON historiographus Cumbriae (n. 279. 281), Ricardus GOUGH (n. 276. 277. 278. 282. 283); ipse nullum vidi.

Praeterea prope *Gretabridge* titulus aetatis infimae prodiit similis titulorum Cambricorum, quorum supra (cap. XV) memini.

273 In *Bowes* (*Richmondshire*) parieti domus oblique infixa. Rob. Cotton asportavit lapidem ad *Conington*, ubi vidit HORSL. Inde a. 1750 pervenit Cantabrigiam in collegium Trinitatis, ubi servatur. Litterae sunt elegantes.

sic DAE · FORTVNAE
VIRIVS · LVPVS
LEG · AVG · PR · PR ante a. p. C. 197
BALINEVM · VI
IGNIS · EXVST
VM · COH · Ī · THR
ACVM · REST*I*
TVIT · CVRAN
TE · VAL · FRON
TONE · PRAEF
EQ · ALAE · VETTo

Contuli. Camden ed. V (1600) p. 658 (inde Grut. 73, 5 'a Camdeno'); Th. Gale it. Ant. p. 41; Horsley p. 304 *Yorksh.* 1 cf. p. 352 (inde Goughs Camden 3 p. 338; Newton p. 116, 99).

Virium Lupum legatum Severi et Caracallae habuimus supra in titulo a. 197 n. 210. Cum hic *legatus Augusti* dicatur, non Augustorum, titulus insculptus esse putandus est ante a. 197. Cohors VI Thracum hoc loco videtur in castris collocata fuisse postquam sub Vespasiano in Germania, sub Domitiano in Iudaea, sub Pio et Marco in Pannonia superiore fuerat (cf. Henzen *Bonner Jahrb.* 13, 1848 p. 20, ubi etiam de tribus reliquis cohortibus primis Thracum, ab hac diversis, *I miliaria, I equitata, I civium Romanorum* agitur; Böcking ad notit. p. 685*; I. Aschbach *Bonner Jahrb.* 20, 1854 p. 59 ss. 64).

Dae Fortunae. Virius Lupus leg(atus) Aug(usti) pr(o) pr(aetore). Balineum vi ignis exustum coh(ors) I Thracum restituit curante Val(erio) Frontone praef(ecto) eq(uitum) alae Vetto(num)

274 *Brought from Bowes 1605 and fixd up here (at Appleby)* HAYTON. Ibi vidit HORSL. una cum eiusdem tituli exemplo novicio, quod BAINBRIGG faciendum curaverat.

Hayton:	*Horsl.:*
. . . . .	NOD CAL
INCLCA	FRONTINVS
FRONTINVS	COH · I THRAC
COH · I · THRAC ·	
SA ↄ ↄ ESR	

Hayton (1722) n. 3; Horsley p. 304 *Yorksh.* 7 (inde Goughs Camden 3 p. 338).

Non puto Haytonem excepisse exemplum novicium; nam apparet Horsleii nec in fine plenum esse nec a parte dextra. V. 1 cogitari non posse cum Horsleio de *nob(ilissimo) Cae(sare)* manifestum est; latent nomina Frontini. Iulium Frontinum virum clarum indicari putabat Bainbrigg; unde tali titulo in lapide inciso memoriam eius persecutus est: *Iul. Fronti | nus domuit | Brigantes | et Silures | huic succes | sit Iul. Agric. | sub Vespas.* (Hayton n. 12).

275 *Bowes, Richmondshire*, in ipsa ecclesiola in saxo antiquo, quod non ita pridem pro altari fuisse videtur CAMD. Aut periit aut latet.

IM . . CAESARI · DIVI · TRAIANI . .
DIVI · NERVÆ · NEPOTI · TRAIA . .
NO · AVG · PONTIFICI · MAXI . .
COS · I . . . . P P COH IIII F . . . .
. . . . IO · SEV . . . . . .

Camden ed. V (1600) p. 658 (inde Grut. 248, 3 'a Camdeno'; Horsley p. 304; Reynolds it. Brit. p. 187; Goughs Camden 3 p. 338).

Adscripsi restitutionem Borghesii (Burbul. p. 64, opp. 4 p. 166), qui de Iulio Severo cos. a. 127, a. 132 ex Britannia in Iudaeam misso ab Hadriano (Dio 69, 13) cogitavit. Atque potest is sane post consulatum, fortasse interposita alia quadam cura, propterea quod Hadrianus inde ab a. 128 demum patris patriae titulum assumpsit, Britanniae praefuisse (cf. *rhein. Mus.* 12, 1859 p. 59). Sed fatendum est supplementa ultimi versus incerta esse; nominum reliquiae illae paene eodem iure referri possunt ad praefectum aliquem vel tribunum cohortis, quanquam legatum provinciae nominari in dedicationibus operum militarium paene sollemne est in titulis Britannicis.

Im[p(eratori)] Caesari divi Traiani [Parthici f(ilio)], divi Nervae nepoti, Traia[no Hadria]no Aug(usto), pontifici maxi[mo, tr(ibunicia) pot(estate)....], co(n)s(uli) I(II) p(atri) p(atriae), coh(ors) IIII F..... [sub Iul]io Sev[ero? leg(ato) Aug(usti) p(ro) pr(aetore)], curante .....

276 *Rokeby*, *in the museum*, *on a larger altar* GOUGH. Ibi vidit BRUCE. Potest allata esse ex Amboglannis; ara alta ped. 2 dig. 3, lata ped. 1.

Gough:		*ego:*	
DEO MART		DEO MART	
I NE MA[1]	*caput apri*	E NE M N	*scutum*
G EM V A		GENVS A	
P A MP O		RAM POS	
VIX VOL		VIT · VOT	
V M FEK		V M FEL	
SOLS M		S O L L M	
ITP		ET PRO SE	
ROSV·			

Goughs Camden 3 p. 339; Bruce descripsit et ectypum misit.

Deo Marte Nem(etius?) [In]genus? aram posuit votum fec(it) sol(vit) l(ibens) m(erito) et pro se?

277 *Rokeby*, *in the museum* GOUGH, BRUCE; ara alta dig. 14, lata 10. Potest aliunde allata esse

DEO
MART

Goughs Camden 3 p. 339 tab. 17 fig. 10; Bruce descripsit.

278 Ara rep. prope *Gretabridge* a. 1702, servata in *Rokeby* HORSL. Periit WHIT.

	DEAE NYMPHAe	
	NEINEBRICA · ET	
patera	IANVARIA · FIL	*urceolus*
	LIBENTES EX Vo	
	TO SOLVERVNT	

Th. Gale itin. Ant. p. 42 (inde Gibsons Camden p. 926; ed. II 2, 122 ubi etiam alterum exemplum proponitur; ambo inde repetivit Orell. 2036. 2037); Horsley p. 305 *Yorksh.* 4 (inde Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 239); Goughs Camden 3 p. 338 (inde Th. D. Whitaker *Richmondshire* 1 p. 149) tam ex prioribus quam ex duobus aliis exemplis, quorum alterum Elias Jacksons miserat Rogerio Gale.

Gibsonis exemplum alterum, aperte interpolatum, hoc est: DEÆ NVM | ERIAE NV | MINI BR | IG ET IAN.....; Jacksonis hoc: DEAE NYMPEIN | NEIA F BRICA + FI | IANARIA : FI·L | TIBENS IXVo | TO SOLVERVN. Praeterea 1 DEAI NIMPHAI Gale, DEAE NYMPELN Horsl., DEAE NYMPEIA Gough (DEAE NYMP ELAV alterum eius exemplum). 2 NEINBRICA · ET Gale, NEINEBRICA + ET Gough. Unde patet latere hoc versu nomen matris peregrinum in *-brica* terminans. V. 1 in fine Nymphae nomen, quod Elaunae fuisse ex rivuli *Lune*, qui ibi est, nomine deduxerunt, desideraverunt antiquarii Britanni; sed nihil obstat quominus deam Nympham, loci scilicet fontisve qui ibi fuit, simpliciter honoratam esse sumamus.

Deae Nympha[e] ..... brica et Ianuaria fil(ia) libentes ex voto solverunt

279 In *Gretabridge* rep. d. 11 Nov. a. 1793. Nunc apud *Sir William Eden of Windleston* BRUCE.

IMPP ⌖ CAESS ⌖ L ⌖ SEP ⌖ SEVERO ⌖
PIO ⌖ PERT ⌖ ET ⌖ M ⌖ AVR ⌖ ANTONI
NO ⌖ PIO ⌖ AVGG · ET ⌖ P ⌖ SEP ⌖ GETA ⌖
NOB ⌖ CAES ⌖ SVB ⌖ CVRA · L ⌖
ALFENI · SENECIONIS
LEG · EORVM · PR · PR

p. C. 205/205

W. Hutchinson *gent. mag.* 61, 1793 p. 1073 in tab. fig. 1 (inde Newton p. 107, 16*a*; ego *rhein. Mus.* 12, 1857 p. 68); Th. D. Whitaker *Richmondshire* 1 p. 148 minusculis litteris dat et suppletam.

V. 3 Nomen Getae erasum est, sed ita ut plane legatur.

280 Ara rep. ad confluentes *Tees* et *Greta* fluvios, *about a short mile below Gretabridge, at the Tees side, and just below where Greta joins it.* Servatur nunc una cum n. 279 BRUCE.

ONI
RS
SEI
ELLINVS
BF COS PRO
VINCI E
SVPERIOR
V S L L M

Horsley p. 306 *Yorksh.* 5 cf. praef. p. XXII (inde Goughs Camden 3 p. 339), qui cum iterum invisit, vv. 1—3 invenit prorsus evanidos.

Regionem Eburacensem ad provinciam Britanniam superiorem pertinuisse ex hoc titulo vix poterit deduci; imo, quod diserte additur beneficiarium fuisse non consularis simpliciter, i. e. eius provinciae in qua titulus repertus est, sed superioris, illud videtur indicare, locum, quo titulus prodiit, fuisse provinciae inferioris. De quo discrimine dixi in praefatione p. 4; cf. etiam titulus qui sequitur.

281 *Gretabridge*, rep. et servata una cum n. 279; *on a coarse brown stone*, litteris rudibus.

IING POSI
HŒVM OLLINI
ILABS SVB CVRA
ƎLEG VI VIC
ƆST VRBANVS
PERIORIS
CITRA
ƤEM

W. Hutchinson *gent. mag.* 61, 1793 p. 1073 in tab. fig. 2; Th. D. Whitaker *Richmondshire* 1 p. 148 qui refert tantum de titulo, sed non adscripsit.

282 Rep. a. 1703 *at Greens inn*; servabatur in *Rokeby*.

protome
feminae
D M
AVREL . . . .
ISEMERIT . .
. . . . . .

Goughs Camden 3 p. 339 tab. 17 fig. 8.

283 *Found here*; servabatur in *Rokeby*.

AVRELIA F ROM . . . .
SABIN FILIE PATRI PI
ENTISSIMO ERARISSI
MO FACVNDVM CVRSRMR
CAS . . . . . MGRFMPM

Goughs Camden 3 p. 339 tab. 17 fig. 7. In fine latet nomen filii, militis, ut videtur.

....Aurelia [L. f.] Rom[ana] Sabin[e] filie patripientissimo [et] rarissimo fac[i]undum cur[avit .....]

283*a* In *Mortham Hall* prope *Rokeby*.

protome
D M S
// MATIEREIVS
VIXIT .....

Bruce descripsit. V. 2 lege *Maternus*.

283*b* In *Mortham Hall* prope *Rokeby*.

protome
D M
SALVIA DONA
VIXSIT AN VIII
M I

Bruce descripsit. V. 2 lege *Dona[ta]*.

XXVI. LONGOVICIVM?

(Lancaster).

Accedit *Overborough* (BREMETENNACVM?)

Sola notitia imperii (occ c. 38 p. 113* 18) *praefectum numeri Longovicariorum Longovicio* (ita codices optimi, *Longovico* deteriores; unde malim scribere *Longovicianorum*) ponit; inde a Camdeno antiquarii Britanni tam propter nominis similitudinem quandam quam propter locos eodem ordine enumeratos, qui in vicinia quaerendi sint (quod argumentum apparet admodum debile esse) Longovicium collocant in hodierna *Lancaster*, prope oram maris Hibernici, ubi certe castrorum Romanorum vestigia, qualia ipso nomine novicio indicantur, supersunt titulique hic collecti militares omnes prodierunt. Tegulae adeo unius memoria servata est inscriptae *ale Sebusia[ne]*; atque alam illam Sebosianam sive Sebussianam, ex diplomate Britannico a. 104 notam, ubi plene dicitur *Ala II Gallorum Sebosiana*, re vera hic tetendisse et basilicam exerci

tatoriam habuisse saeculo tertio ineunte docet titulus insignis, per Whitakerum una cum Cocciensibus Cantabrigiam translatus ibique servatus (n. 287). Sebosiana vero ala illa dicta est, ut nunc iam constat exemplis permultis ab Henzeno collectis (*Bonner Jahrb.* 13, 1848 p. 49 ss.) a praefecto fortasse primo, quem habuit, Seboso Gallo. Neque longe inde repertus est titulus n. 451, qui *praefecti* alicuius *alae* eiusdem *Sebosianae* meminit.

Praeses provinciae ibi memoratur (n. 287 cf. n. 285) itemque beneficiarius consularis (n. 286). Praeterea miliaria tria, Hadriani Philippi Decii, ibi prope reperta sunt.

Auctores titulorum sunt ex Mancuniensibus (c. XX) et Cocciensibus (c. XXI) iam noti WHITAKERUS (n. 284—287) et BAINES (n. 289) cum Francisco LEE (n. 286) et Georgio ASHBY (n. 288). De oppido *Lancaster* praeterea scripserunt

1. Anonymus (*an historical and descriptive account of the town of Lancaster.* Lancaster 1807 8.) et

2. Rob. SIMPSON (*the history and antiquities of the town of Lancaster* cet. Lond. 1852 8.). Uterque scriptor eosdem fere titulos refert satis accurate descriptos.

Equidem non fui in *Lancaster;* unde titulum unum tantum nunc Cantabrigiensem potui describere.

Addidi titulum unicum adhuc repertum in *Overborough*, quod Bremetennacum fuisse creditur, ut dixi supra (c. XXI); de quo titulo extat libellus singularis

3. Ricardi RAUTHMELL (antiquitates Bremetonacenses; *or the Roman antiquities of Overborough, wherein Overborough is proved the* Bremetonacae *of Antoninus* cet. Lond. 1776 4., ed. II Kirby Thore 1824 8.), non magnae ille utilitatis; sed titulus (n. 290), quem non vidi, videtur descriptus esse satis accurate.

284 *Lancaster, now lying in a garden at the place called the Folly, about a mile north from L., where it was discovered* WHIT. *Skerton township* (quae est ex adverso oppidi *Lancaster* in altera fluvii ripa), *at the place called the Folly* (*the Foley* HIST.) rep. a. 1802 SIMPS.

DEO
IALONO
CONTRE
SANCTISSI
MO IVLIVS
IANVARIVS
EM EX DECV

M. Terry *gent. mag.* 72, 1802 p. 993 tab. 1 fig. 7; Whitaker *Richmondshire* 2 p. 214 (inde Baines *Lancashire* 4 p. 488, ed. II 2 p. 552; Wright *the Celt* p. 295 memorat); *history of Lancaster* p. 80; Simpson *Lancaster* p. 115.

Nomen dei fortasse corruptum est; cf. n. 290 et nomen oppidi Hispani Contrebia. Ex decurione Ianuarius fortasse fuit alae Sebosianae.

Deo Ialono Contre(bi)? sanctissimo Iulius Ianuarius em(eritus) ex decu(rione)

285 *Lancaster; lying in the stable yard at Halton Hall;* eruderata dicitur esse a. 1794 *close by the Saxon cross in the churchyard of that place.*

DEO
MART .....
SABINV ...

P·P·ET·MILIT
N·BARC·S ...
EIIVS P·O....

Whitaker *Richmondshire* 2 p. 215 (inde Baines *Lancashire* 4 p. 486, ed. II 2 p. 607; *history of Lancaster* p. 78; Simpson *Lancaster* p. 113), qui cogitavit de *militibus in barca.* Vv. 4—6 ita fere solvendi cum Mommseno:

P(rae)p(ositus) et milit(es) n(umeri) Bar .... [*q(ui)*] *s(unt)* [aut *Barc ....*] [*s(ub) c(ura)*] *eiius p(onendum)* [*c(uraverunt)*]

Cf. Octavius Sabinus praeses provinciae tituli sequentis n. 287.

286 *Lancaster*, ara rep. a. 1797 iuxta muros castelli prope turrim dictam *Adrians round tower* et turrim quadrangularem Saxonicam LEE. Rep. *between the north side of Lancaster castle and the churchyard; now placed at the head of the staircase of the great tower* WHIT. *In the castle, in the arcade under the County Hall* HIST.




D E O
SANCTo MARTI
COCIDIO VIBINIVs
LVCIVS · BF · CoS·
V · S · L · M

Francisc. Lee Archaeologia 13, 1800 p. 401 tab. 26 fig. 1; Whitaker *Richmondshire* 2 p. 215 (inde Baines *Lancashire* 4 p. 487); *history of Lancaster* p. 79; Simpson *Lancaster* p. 114.

3 VIBINI Whit. 4 IVCIVS Whit. BI·COS· Lee.

Deo sancto Marti Cocidio Vibinius Lucius b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

287 *Lancaster, found in a garden near the top of Churchstreet* WHIT. Servatur Cantabrigiae in collegio S. Iohannis dono Whitakeri.



Descripsi. Whitaker *Richmondshire* 2 p. 213 (inde Newton p. 114, 76; Wright *the Celt* p. 175 adn. **; Henzen 6725) accurate.

Lectio certa est et supplementa facilia. 2 REFECT Whit. male. 4 In lapide puto fuisse RESTITVTM; M initio aliquantum corrosa est. Nomina Censoris et Lepidi consulum ignota; quod Mommsenus olim proposuit legendum *Seniore III et Philippo iuniore II* (*rhein. Mus.* 4, 1857 p. 50) admitti non posse vidi in re praesenti. Inter consules suffectos in Borghesii fastis (p. 117) sub Commodo reperio memoratum C. Matium C. f. Sabinum Sullinum Vatinianum Anicium Maximum Caesulenum Martialem Pisibanum Lepidum; sed litterarum forma ad Severi potius et filiorum aut ad Severi Alexandri tempora videtur ducere.

... [ob] balineum refect(um) [et b]asilicam vetustate conlabsam a solo restitut[a]m eq(uites) alae Sebussia[nae .....] sub Octavio Sabino v(iro) c(larissimo) praeside n(ostro), curante Fla(vio) Ammausio praef(ecto) eq(uitum). D(atum) d(edicatum) XI kal(endas) Septem(bres) Censore II et L[e]pido II co(n)s(ulibus)

288 *Lancaster*, rep. a. 1772 *in digging a cellar;* servata *in the collection of the late Sir Ashton Lever (deposited in the Leverian museum* HIST., BAINES) ASHBY.

DIS MANI
BVS
L·IVL·APoL
LINARIS·
TREVER·AN
XXX·EQ·AI
AE · AI
IV

Georg. Ashby misit Ricardo Gough ms. Oxon., Goughs Camden 3 p. 394; *history of Lancaster* p. 75; Baines *Lancashire* 4 p. 486, ed. II 2 p. 550; Simpson *Lancaster* p. 108.

1. 2 MANDIBVS, 5 TREVTEVR Baines male. 7. 8 Litterarum elementa aliam alam, non Sebosianam, videntur indicare; equitis autem patria conveniens est alae illi, quam Gallorum fuisse constat.

Dis Manibus. L. Iul(ius) Apollinaris Trever, an(norum) XXX, eq(ues) alae A....

289 *Lancaster*, fragmentum rep. a. 1830 *on the Castle hill, which seems to record the death of a son of*

IVLIVS PROBVS

Baines *Lancashire* 4 p. 489 (inde Simpson *Lancaster* p. 120).

290 *Overborough*, ara rep. a. 1746. Periit WHIT.

DEO SAN
CONTR *securis*
avis EBIVA *secespita*
ΓΛ POSV

Rauthmell antiq. Bremet. p. 102 (inde S. Pegge [P. Gemsege] *gent. mag.* 29, 1759 p. 407; Whitaker *Richmondshire* 2 p. 269; Baines *Lancashire* 4 p. 609, ed. II 2 p. 620), ed. II (1824) p. 103 tab. 4 fig. 1.

Apparet deum eundem nominari atque in titulo Longoviciensi n. 284. Nomen dedicantis potest etiam Vatta fuisse. Certum est de deo Sanco cogitari non posse.

Deo san(cto) Contrebi V(alerius) Atta posu(it)

XXVII. *WATER CROOK* prope *Kendal*

(CALACVM?)

Accedit *Windermere*.

Per hodiernam *Westmoreland* viae Romanae duae a meridie versus septentriones directae erant, altera iuxta oram maritimam a Mancunio (c. XX) et Coccio (c. XXI) per Bremetennacum (c. XXVI), altera ab Eburaco veniens mediterranea, cuius mansiones considerandae erunt capite proximo. Illius, quae fuit *a Clanoventa Mediolanum*, mansiones in itinerario Antonini solo (p. 481, 1—5) ita indicantur ordine inverso, scilicet a septentrionibus versus meridiem procedentes, *Galava m. p. XVIII — Alone m. p. XII — Calacum m. p. XVIIII — Bremetonaci m. p. XXVII.* Earum praeter Bremetennacum, ut supra exposui, et Calacum, quod Ptolemaeo Κάλατον Brigantum oppidum est (2, 3, 16), nullae alibi memorantur; neque vero viae ipsius vestigia ita explorata sunt, ut exempli causa eius viae, quam *Watlingstreet* vulgus vocat. Itaque coniectura tantum valde incerta tituli duo reperti non procul a *Kendal* oppido (n. 291. 292), quorum alter militis leg. XX est, attribuentur Calaco; nam inde a Bremetennaco ad *Kendal* recta via spatium minus est quam m. p. XXVII. Prodierunt ibi praeterea anaglypha nonnulla et arae titulis carentes (Horsley p. 300 *Westmorl.* 10—12) solitaeque vitae Romanae reliquiae, nummi patellae lucernae; unde mansionem ibi fuisse quamvis non magnam manifestum est. GIBSON (Goughs Camden 3 p. 399. 404) et HORSLEIUS (p. 297. 484) ibi posuerunt *Cocanges* Ravennatis (5, 31 p. 432, 4) sive *Concangios* notitiae, quae *praefectum numeri vigilum* ibi collocat (p. 113* 10 cf. Böcking p. 866*), coniectura aeque incerta.

Servaverunt titulos illos duos HORSLEIUS et WHITAKERUS; tertio loco iis addidi fragmentum non procul inde repertum n. 293.

291 *Watercrook* prope *Kendal*, *within the house*, ara parva.

DEE И
ΛELIT
V V

Horsley p. 300 *Westmorl.* 10 qui de dea Nympha aliqua cogitavit.

292 *Watercrook* prope *Kendal*, *built up in an end wall of a barn.*

P · AEL · P · F · SERG · BASS *us*
QD) LEG·XX·V·V·VIX·AN
Ƭ · PRIVATVS · LIBB · Ƭ · HER
M · LEG · VI · VIC · FCC · SIG
SEPVLC · ALIVM · MORT
ERIT · INFER · F · D · D · N · N ·
INSAIII SVI · III ////////////

Horsley p. 300 *Westmorl.* 8 (inde Goughs Camden 3 p. 404; Cornelius Nicholson *the annals of Kendal.* Kendal 1832 et Lond. 1861 8. p. 8); Whitaker *Richmondshire* (1823) 2 p. 333; Athenaeum 1830 p. 591 (inde Férussac *bull.* 16, 1830 p. 310).

1 BASSVS Athen. 2 QD·LEG Ath.; centurionis signum apud Horsleium et Whitakerum ut S parva formatum fortasse punctum tantum est, ut cogitari possit de milite legionis. Horsleius *q(uaestorem) d(esignatum)* proposuit, sed cum prudenti dubitatione. 3 GT·PRIVATVS·LIBB·GT· Athen. HERQ Horsl., HER reliqui. Inde Horsleius de Herone milite legionis cogitabat perperam. 5 SEPVLCHRVM ALIVM Athen. 6 ⌐RIT·IN·FER·F·DC·D·N·N Ath. 7 Ut ded. Horsl., LN· ГЕ⊤Λ‹›· SA Whit., om. Ath.

Nomina supplevi exempli causa; in fine latet multae summa.

P. Ael(ius) P. f. Serg(ia) Bass[us .....] q(uon)d(am) [ɔ (centurio)?] leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis), vix(it) an(nos) ..... [Faustus] et Privatus lib(erti) et her(edes) [c(uram) a(gente) Titio Iusto] m(ilite) leg(ionis) VI vic(tricis) f(aciendum) c(uraverunt). Siq[uis in hoc] sepulc(rum) alium mort[uum intul]erit infer(et) f(isco) d(ominorum) n(ostrorum) [sestertium nummum .....]

293 *Windermere, Westmoreland,* fragmentum lapidis inscripti repertum in situ castrorum Romanorum, quae putantur fuisse Dictis.

Beck *archaeol. journ* 2, 1846 p. 395 titulum non adscripsit, sed haec tantum adnotat: *the slab is of limestone, about* $4^1/_2$ *inches in thickness .....; the inscription is very imperfect.* Ab alio postea editum esse non memini; unde adscripsi, ne omnino delitesceret.

XXVIII. BROVONACAE?

(Brougham Castle).

Accedunt *Appleby, Clifton, Kirkby Thore, Lowther, Milbourn*, lapicidinae ad *Crawdundaile-waith*.

Viae Romanae ab Eburaco exeuntis a Lavatris (cap. XXVI) hae traduntur mansiones:

itin. p. 467, 2	Luguvallo	m. p. XII	p. 476, 3	Levatris	m. p. XVIII	Ravennas 5, 31 p. 431, 6	Valteris
	Voreda	m. p. XIIII		Verteris	m. p. XIIII	7	Bereda
	Brovonacis	m. p. XIII		Brocavo	m. p. XX	8	Lugubalium
	Verteris	m. p. XIII		Luguvalio	m. p. XXII		
468, 1	Lavatris	m. p. XIIII					

Certae vel paene certae Lavatrae (*Bowes*) tantum sunt et Luguvallium (*Carlisle*; infra cap. LV); Verterae (pro quibus *Vetera* Böckingius ad not. p. 876* restituere voluit sine causa) probabiliter ponuntur inde a Camdeni tempore ad *Brough* oppidum Westmorelandiae (Goughs Camden 3 p. 400. 409; Horsley p. 410), ubi tesserae aliquot plumbeae inscriptae repertae sunt, tituli autem nulli. Notitia (p. 113* 13) *praefectum numeri directorum Verteris* collocat. Sed vestigia viae *the Maidenway* hic dictae supersunt (Goughs Camden 3 p. 412) per *Appleby* ad *Kirkby Thore* ducentis, in cuius vicinia variis locis vitae Romanae reliquiae detectae sunt. Atque certum videtur ibi prope quaerendam esse mansionem proximam itinerarii, quae *Brovonacis* altero loco dicitur et a Verteris abesse m. p. XIII, altero *Brocavo* et distare m. p. XX. Tamen probabiliter editores itinerarii eandem mansionem indicari coniecerunt; sed ubinam illa sita fuerit nondum accurate demonstratum est. *Broughamcastle* ubi tituli duo reperti sunt (n. 295. 301) rationibus variis commendatur (cf. n. 302), alii (W. H. Smyth Archaeologia 31, 1846 p. 279 ss.) de *Burwens* prope *Kirkby Thore* cogitaverunt. Fieri potest ut a Brovonacis et Brocavo diversum non fuerit *Braboniacum* Notitiae (p. 113* 14 *praefectus numeri directorum Braboniaco*, cf. Böcking p. 873*); etiam *Ravonia* Ravennatis (5, 31 p. 431, 2 ante *Bremetesnaci veteranorum*) fortasse eundem locum designare coniecerunt non sine probabilitate. Quare titulos in viciniae locis variis repertos hoc capite coniunctos edere visum est. Et possunt sane qui in *Whelp castle* prope *Kirkby Thore* et in ipso oppido *Kirkby Thore* prodierunt (n. 294. 296. 298. 301*a*) ad eandem mansionem referri; item ad *Appleby* delati, ut n. 302 et miliarium Constantini infra edendum. Contra ad *Clifton*, *Lowther* et *Milbourn* eruderati aliorum potius locorum esse putandi sunt. Non multum distat *Crawdundaile-waith*, ubi lapicidinas fuisse unde legionum II et XX milites lapides petiverint ad castra vicina munienda Horsleius probabiliter coniecit. Tituli reliqui praeter n. 303, in quo vexillarii Germani, ut videntur, ex legione puto aut II aut XX, et n. 305, in quo princeps, item legionis puto alterius utrius, memorantur, numerorum militarium non meminerunt; plerique dedicationes sunt diis aut Romanis aut peregrinis factae.

De titulis Westmorelandiae servandis et describendis primus meritus est

1. Reginaldus Bainbrigg, circa a. 1600 — 1605 ludi magister in *Appleby* oppido, homo non multae eruditionis, sed a fraudis suspicione liber. Singulari enim studio, neque vero omni ex parte laudando, titulos viciniae quotquot nancisci potuit abstulit atque in aedibus suis muro insertos servavit; *quas aedes*, ut ait (cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 314), *inscriptionum causa — multae enim hic visuntur — non parvis impendiis modo in hortis construxi*, additque de fama sua non incuriosus, *poteris hunc locum, si placeat, notare, ubi haec inscriptio nunc extat, nihil mihi gratius accidere potest.* Quos vero titulos suis locis relinquere coactus est, eorum exempla lapidibus incidenda curavit addiditque praeterea etiam titulis antiquis aut in ipso lapide aut in aliis lapidibus indicem brevem temporis et loci, quo reperti essent. Extant eius epistulae nonnullae sive Camdeno sive Cottoni scriptae (inter Cottoniana codicis mus. Brit. Cotton Iulius F VI), quibus quae invenisset cum antiquariis illis communicavit. Praeterea repperi Oxonii inter Ricardi Gough apparatum servatum in bibliotheca Bodleiana schedas aliquot ita inscriptas (cf. Goughs Camden 3 p. 410): *Inscriptiones, tituli aliaque Romanae antiquitatis monumenta ex variis nationis Brigantiae partibus conquisita et in schola publica Aballabensi* (scilicet *Appleby* Aballaba credebatur esse) *ad autographorum fidem diligenter exscripta a. 1722 per* I. Hayton *scholae hypodidascalum*'. Erant tum lapides omnino XVII, in quibus quattuor novicii neque vero fraudis causa ficti (n. 6*. 7*, praeterea hic *R. Bainebrig hoc. aed. hipodidascalis d. d. in p. p. 1606* et memoria *Roberto Langton* et *Miloni Spencer* posita); ex Westmorelandia tres tantum sunt (n. 294. 305 cum n. 307 et miliarium Constantini); unus est Lavatrensis n. 274; reliqui novem ad varios locos Cumberlandiae et Scotiae, praesertim ad stationes valli pertinent. Hayton haec addit: *these are all the inscriptions that remain or can now be found; some after the ruin of the old school were usd to build walls, some have been lately stolen either by the famous John Huetson or some such genius, so that scarce any fragments remain of a collection formd by a most curious antiquary with great expense and pains.* Utrum hodie quicquam ibi supersit necne nondum resciscere potui (cf. Goughs Camden 3 p. 410).

2. Ex copiis Bainbriggianis Camdenus omnino pendet.

3. Tituli unius (n. 302) exemplum unicum debetur Roberto Sibbald nobili Scoto, de quo dicetur infra accuratius (cf. praef. cap. LII).

4. Horsleius quos ipse vidit titulos (n. 294. 299. 301. 305. 306) exhibuit solita diligentia.

5. Addiderunt nonnullos ignotus scriptor in *the gentlemans magazine* a. 1738 (n. 296*a*. 298) et Guil. Pococke, de cuius per Angliam itinere dictum est in praefatione (n. 296. 298), viditque idem etiam aliquot ab Horsleio iam editos (n. 305. 306).

6. Ios. Nicholson et Ric. Burn (*the history and antiquities of Westmoreland and Cumberland* 2 voll. Lond. 1777 4.) titulos plerosque ex Camdeno et Horsleio sumpserunt; in paucis alios secuti sunt auctores (cf. n. 296).

7. Ric. Gough hic quoque quaedam habet sibi propria (n. 298. 303), deinde ex schedis petita quaedam (n. 297. 300. 301*b*).

8. Singula denique accesserunt per Ios. Pegge (n. 296), Dickson (n. 295), alios (n. 301*a*).

Ipse Westmorelandiam percurri tantum, titulos indagare non potui; sed ectypa aliquot inde accepi ab A. W Franks Londiniensi.

294 *This stone was found in Whellepp castle in Kirbethore, and now sett in my new house at Applebie* BAINBR. *Wheallep-castle* sub *Kirkby Thore* CAMD. *Whelp-castle* prope *Kirkby Thure* HORSL. Infra incisum erat a Bainbriggio *h(oc) m(onumentum) est Gallagi.*

DEO BELATVCAD
RO LIB · VOTV
M · F E C I T
IOLVS

Bainbrigg ms. Cotton Iulius F VI f. 315 (Hayton n. 2; inde Grut. 1179, 8 'a Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 626; Horsley p. 298 *Westmorl.* 3 (inde reliqui Donat. p. 59, 4 'ex schedis P. Gnocchi'; Spon misc. p. 110, ignot. deor. ar. p. 67; Nicolson et Burn 1, 380; Archaeologia 1, 17 79 p. 313; Goughs Camden 3 p. 411; Orell. 1965); Pennant *a tour from Downing to Alston-Moor* (Lond. 1801 4.) p. 151.

3 FECET Penn. 4 . . . . IOLVS Grut. (sive Scaliger) recte indicans nomen corruptum videri.

Deo Belatucadro lib(ens) votum fecit . . iolus

295 *Brougham Castle, Westmoreland.* Servatur in *Newcastle*, in museo, ara parva.

D E O
BLATVCARO
AVDAGVS
V · S P S S

Contuli. Dickson *first report of the society of antiquaries of Newcastle-upon-Tyne* 1814 p. 39, Archaeologia Aeliana 1, 1822 append. p. 3 (inde Newton p. 118, 116*a*; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 240); Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 266, catal. p. 46, 153.

2 BLATVCAoR Dicks. *Blatucaro* barbare pro *Belatucadro*. 3 Utrum *Audagus* an *Aupagus* legendum esset mihi non liquebat. 4 V · S · P · S Dicks.

---

296 *Kirkby Thore*, ara rep. a. 1687 a Machel quodam NICHOLS. *In the garden wall, belonging to the ministers house*, v. 1. 2 *in the cornish of an altar*, v. 3—5 *on the altar.*

FORTVNAE
SERVATRICI

ANTONIA
STRATONI
ce V · S

Gent. mag. 23, 1753 p. 270 ubi indicatur tantum breviter; Pococke cod. mus. Brit. *add. ms.* 15800 f. 34; Nicholson et Burn 1, 380 (inde puto Goughs Camden 3 p. 411) vv. 1. 2 tantum ut titulum singularem. Gough v. 3 solum, sed ut alterius tituli initium.

4. 5 om. Gough. 5 XVI/S Pococke.

296*a* *Kirby Thore, in the wall of an house in Town Street.*

I · O · M
R I R

Gent. mag. 8, 1738 p. 417 (inde Goughs Camden 3 p. 411 memorat tantum).

---

297 Ara rep. *at Brougham* in *Westmoreland* et servata apud *Captain Dalston.*

I · O · M
A · NN..
V I S L
S S A C
V

R. Gough in schedis Oxon. '*shewn to the Society of Antiquaries 1771 by Mr. Tunstall*'; ex schedis eius societatis mihi descripsit Knight Watson.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) [A]nn(ius) Vis ... sac(erdos)? v(ovit)

---

298 *Kirby Thore, an altar in a wall south of the church and facing the green* POC. Rep. a. 1753(?) *in a stone wall of a field near the parsonage house, the upper half of an altar* GOUGH.

IOVI · SERAPI
L ◊ ALFENVS ◊ PATE*rnus*
. . . . . .

Descripsi ex ectypo, quod misit A. W. Franks; *gent. mag.* 8, 1738 p. 417 et 23, 1753 p. 270 (inde I. Pegge Archaeologia 3, 1786 p. 151; ex hoc Wellbeloved Eburacum p. 78; Wright *the Celt* p. 272); Pococke cod. mus. Brit. *add. ms.* 15800 f. 34; Goughs Camden 3 p. 411 nescio unde.

2 L·A·LENVS·LA *gent. mag.*, L·AIFENVS VAL Poc. L ◊ ALEXNVS ◊ FALF Gough; mihi potius visum est PATE in lapide fuisse. V. 2 totum omisit Pegge.

---

299 *Brougham Castle.*

PRO SE ET SVIS
◊ L ◊ L ◊ M ◊

Horsley p. 297 *Westmorl.* 1 (inde memorat Goughs Camden 3 p. 413) qui formam punctorum hanc 9 esse adnotat.

---

300 Locus diserte non additur, sed ponitur inter n. 301*b* et 297; unde hic posui utpote ex *Brougham Castle* vel ex *Kirkby Thore* oriundam.

RI
CALLI
MIL LEG VIII
◊ AVG ◊

R. Gough in schedis Oxon. '*shewn to the society of Antiquaries 1771 by Mr. Tunstall*', unde mihi descripsit Knight Watson.

Videtur fuisse basis honoraria posita a militibus legionis VIII Augustae praefecto fortasse cuidam cohortis II Gallorum quondam centurioni eius legionis. Vexillationem legionis VIII ab Hadriano ex Germania in Britanniam missam esse videbimus infra (cf. n. 495).

---

301 *Appleby*, in ponte a laeva oppidum intrantis, litteris evanidis.

IXIT I VC#IMVL
S DVIV VIX I CI
OSI VI I \ C

Horsley p. 300 *Westmorl.* 7.

301*a* *Kirkby Thore*, nuper rep., servatur apud *Captain Dalston.*

N V S
O

R. Gough in schedis Oxon. '*shewn*' *to the Society of Antiquaries 1771 by Mr. Tunstall*'. Non liquet num particula fortasse fuerit tituli n. 300.

---

302 Ad *Shap fells* prope *Clifton* (prope *Penrith* m. p. circiter duo ad meridiem ab *Brougham, Westmoreland*) ara reperta a. 1847, *the property of G. Mould Esq., of Coldale Hill* prope *Carlisle.* Servatur apud *G. Head Head, Rickerby House, Carlisle.* V. 1 in fastigio scriptus est.

I O M

GENIO
LOCI
BR
S · VAP
OLLINA
RIS PRIN
CEP CE

Descripsi ex ectypo, quod misit A. W. Franks; *gent. mag.* 27, 1847 p. 593; Bruce *Roman Wall* ed. 3 p. 361; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 791.

V. 4 litterae minores postea additae sunt (*they look like a subsequent insertion* Bruce), fortasse ut nomen indicaretur loci Brovonacensis; id quod iam Bruce suspicatus est. V. 6. 7 plane leguntur, quare videntur nihil aliud significare quam quod infra posui.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo), Genio loci Br(ovonacensis?) S(eptimius) Apollinaris princep(s) ce(nturiae)

---

303 In Cumbria apud *Louther* SIBB. Ibidem BURT. De loco dubitavit Horsleius haec dicens: *I was told of two or three stones with inscriptions upon them, which the masons had lately destroyed at Appleby, and perhaps this might be one of that number*, indeque putat oriundam esse ex *Brougham Castle* prope *Kirkby Thore*; non recte, neque enim de Sibbaldi et Seldeni testimoniis dubitandum. *Lowther* sita est in Westmorelandiae et Cumbriae confiniis a *Penrith* versus meridiem, prope *Brougham Castle.*

DEABVS MA
TRBVS TRAMAR
VEX GERMA P
V · RD PROSA
LVTE R/.FV.S.I.M

Rob. Sibbald cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 293; Selden de dis Syris synt. 2 c. 2 ed. Amstel. 1680 p. 184 (inde Burton itin. Anton. p. 49; El. Schedius de dis German. 1 c. 8 ed. Amstel. a. 1648 p. 118; ex hoc Reines. 1, 172; Ewichius cod. Berol. 61 A p. 69; Th. Gale itin. Anton. p. 7; Horsley p. 297; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 296; Nicholson et Burn 1, 390; Goughs Camden 3 p. 413; Wright *the Celt* p. 289; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 784.

2 TRAMAI traditur. 4. 5 NORVM PRO SA|LVTE·R P·V·S·L·M correxit Horsley, v. 4 fortasse recte, v. 5 sine probabilitate; sed nescio quid lateat in R/·F.

Deabus Matribus tramari(nis) vex(illatio) Germa[norum] ... pro salute ..... v(otum) s(olvit) [l(ibens)] m(erito)

Indicatur fortasse vexillatio legionis VIII Germanicae , cf. n. 300.

[V. 5 latet omnino nomen quale est *P. V(alerius) F(ortunatus)*, praepositi opinor vexillationis, v. 4 potest solvi *Germa(niae) u(triusque), R(aetiae), D(almatiae).* Th. M.]

303*a* *On a tombstone from Kirkby Thore.* Servatur in *Lowther Castle.*

protome

vir recumbens in lecto, cyathum manibus tenens; ad mensam astat puer

FILIA
CRESC
IMAC
NIEB

Descripsi ex ectypo, quod A. W. Franks misit. A parte laeva initium tituli videtur periisse.

304 *Milburne manor* (prope *Howgill castle*) iuxta locum dictum *Green castle,* in castris rotundis quae ibi sunt versus meridiem a *Dunfell*, ara reperta est sic inscripta

DEO SILVANO

Goughs Camden 3 p. 412 nescio unde.

305 *Mr. John Wharton told me that you had wryten unto him concerning the inscription on a rock besides Crawedundaile, and that he had bene ther, but to small purpose, for that the letters was strang, and partlie burst, defaced and consumed, desired me to go with him with diverse others to reade the same, and so I did, and thus they stand, . . . thus engraven in a hard rock by sides Crawedundailewaithe, about the wiche place are yet to be sene fortresses, dytches, irenshes, bulworkes and other thinges necessarie for wars at that tyme; the former part of this inscription is eaten furth by contynuance of tyme or els thurst out by the rote of a tre that groves in the rock* BAINBR. Ad *Crawdundale-waith* inter moles aggestas haec inscriptio in aspera rupe excisa fuit, cuius pars prior vetustate omnino exesa CAMD. ed. V, paulo plenius ed. VI (prope *Blencarn* rivulum GRUT.). Ibi vidit HORSL., qui addit titulos duos inscriptos esse in partibus rupis diversis, quae viderentur decidisse posteaque ita positae esse ut tum iacuissent, litterasque rudes esse, *as worked with a common pick or some such tool.* — '*There was another inscription* (cf. n. 306) *on the other part of the rock, which was broken off, but I saw on a piece of the rock which is left this sculpture* POCK. Exemplum novicium extabat *in Appleby* in aedibus *Bainbrigg* additis infra litteris his *q(uae) s(upra) s(cripta) s(unt) ap(ud) Crawdundale* HAYTON.

C · VARRONIVS
C SSVS · LEG XX VV·

AEL · LVCANVS·
R · LEG II AVG C...

Reg. Bainbrigg in epistula ad Camdenum data d. 27 Mart. a. 1600 cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 319 (inde Camden ed. V [1600] p. 688 'descripta a viro erudito Reginaldo Bainbrig gymnasiarcha Applebeiae'; Grut. 483, 4 'a Camdeno'; Burton itin. p. 126; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 297; Nicholson et Burn 1 p. 371; Goughs Camden 3 p. 413); Horsley p. 299. *Westmorl.* 4 (inde Hoare Gyrald. Cambr. I p. 129. 137 tab. 6, 34 et ego *rhein. Mus.* 11, 1857 p. 12); Pococke cod. mus. Brit. *add. ms.* 15800 f. 33*b*

1 '*The* C, *which in Camdens copy is prefixed to* Varronius *is now scarce discernible*' Horsl. In Camd. ed. V et VI C illud omnino deest. 2 ЄSSVS Bainbr., Camd. ed. V, Horsl. qui Є formam singularem esse adnotat, ECTVS Camd. ed. VI (Grut.) et ex. nov. ex emendatione. Videtur potius cognomen latere, quam [*mi*]*ssus.* 4 R·LEG·TI·AVGC·*f* Bainbr., P·LEG·II·AVG C Camd. ed. V et VI et ex. novic., ut dedi Horsl. Ad C in fine Camd. adnotavit '*castrametati sunt*, vel aliquid tale'.

Ultimi versus hasce tantum reliquias vidit Pococke:

PG · II AVG CT

306 *Crawdundale-waith, upon the face of the grand rock* HORSL. *I went on to Culgarth and crossing the heath to the Northeast came to the quarries called Craudundel on a riolet, where on the rock I copyed this inscription* POC.

) LEG II AVGcs XXvv
CO

Horsley p. 299 *Westmorl.* 5 (inde *rhein. Mus.* 11, 1857 p. 12); Pococke cod. mus. Brit. *add. ms.* 15800 f. 33*b* qui ita dat

LEG II AV XX V√.

Potest indicari alter titulus Horsleiano similis.

307 Saepius mihi in mentem venerat, me nonnullas alias Romanas inscriptiones posse quaerendo investigare, si profundas illas quidem valles et altas arboribus consitas rupes, quae sunt ad *Crawdundailewaith,* diligentius perlustrarem. Res peroportune cedidit; nam ecce proxima rupes, quae est ad austrum, hanc mihi inscriptionem literis grandiusculis valde antiquis et fugientibus subministravit. Haec rupes est vicina illi rupi, quae habet inscriptionem de Varronio, quam ad te iam pridem misi (n. 305) BAINBR., qui versum hunc in fine exempli novicii tituli n. 305 addidit. Ad tempus (tituli n. 305) designandum hae litterae grandiusculae in vicina rupe supersunt CAMD.

CN · OCT · COT : COSSV·

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 316 (inde Grut. 1179, 10 'a Cottono'; Camden ed. VI [1607] p. 626; ex Camd. ego *rhein. Mus.* 11, 1857 p. 12).

COSSV, ut Bainbr., Grut., COSS Camden. Horsleius (p. 299) frustra quaesivit recteque adnotat talem consulem vel tales consules nunquam extitisse; tamen non est cur de fraude cogitetur, quanquam male legisse Bainbriggium facile concedetur.

[*C.*] *Varronius* [. . . . . *o*]*ssus* (*miles*) *leg*(*ionis*) *XX V*(*aleriae*) *v*(*ictricis*) *Ael*(*ius*) *Lucanus tr*(*ibunus*) *leg*(*ionis*) *II Aug*(*ustae*) [*Gord*(*ianae*)?]

XXIX. *WHITLEY CASTLE* prope *Aldstone* (ALIONIS?).

Accedit *Kirkhaugh.*

Ad confinia Cumbriae et Northumbriae (illius enim est *Aldstone* oppidum, contra *Whitley* et stationis situs cum *Kirkhaugh* ad Northumbriam pertinent) castrorum Romanorum reliquiae *the castle* dictae prope *Whitley* vicum sitae dudum notae sunt. Adiacent viae Romanae illi, quae a mansionibus comitatus Eburacensis et Westmorlandiae ad vallum ducebat quamque *the Maidenway* vulgus nominavit. Itinerarium Antonini (p. 481, 3) a Calaco (supra cap. XXVII) m. p. XVIIII distantem habet *Alone* mansionem; notitia (p. 115* 1 cf. Böcking p. 932) *tribunum cohortis tertiae Nerviorum Alione* collocat. Itaque cum titulus ibi repertus (n. 309) eandem illam cohortem tertiam Nerviorum nominet, quam una cum eiusdem gentis prima secunda sexta in Britannia militasse scimus ex diplomate a. 124 et ex titulis variis, Alionis (sive fortasse Alio) mansio ibi solet collocari. A *Kendal* ad *Penrith* recto tramite milia Anglica sunt circiter XXII, a *Penrith* ad *Aldstone* circiter XVI; itaque siquidem Calacum probabiliter posuimus prope *Kendal*, statuendum est aut erratum esse in numeris aut itinera illa omnino non recte tradi; sane expectaveris a Brovonacis (cap. XXVIII) potius ad mansionem prope *Whitley* viam tetendisse. Sed fatendum est talia incerta manere necessario, donec viarum ipsarum vestigia diligentius explorabuntur. Titulum ad *Kirkhaugh* repertum (n. 312) ex *Whitley* eo pervenisse probabile est, non certum.

Auctores titulorum ibi repertorum nobis iam noti sunt plerique BAINBRIGG (n. 310), CAMDENUS (n. 310), HORSLEIUS (n. 310—312); deinde qui de vallo Romano scripserunt WARBURTON (n. 313), HODGSON, BRUCE (n. 308), de quibus infra dicetur accuratius; denique Archaeologiae scriptores duo (n. 307). Ipse *Whitley* non adii.

308 *Whitlaw* (sic) *Castle*, rep. d. 3. Nov. a. 1803 TEASD. *Aldston Moor*, rep. in vicinia, iuxta viam Romanam et prope castra WESTON, ITIN. Ara alta p. 3, lata dig. 16.

in latere sinistro:		*in latere dextro:*
	D E O	
Hercules infans cum serpentibus duobus	H E R C V L I	*Hercules clava draconem Hesperidum caedens*
	G ⌀ VITELLIVS	
	ATTICIANVS	
	5 Є ⌀ LEG VI	
	⌀ V ⌀ P ⌀ F ⌀	

N. Teasdale Archaeologia 15, 1806 p. 391 et accuratius S. Weston ibid. 17, 1814 p. 229 tab. 17; *antiquarian itinerary* 3, 1816 male; Hodgson *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 75.

5 Є (non Ɜ) videtur in lapide esse.

Deo Herculi G. Vitellius Atticianus c(enturio) leg(ionis) VI v(ictricis) p(iae) f(idelis)

309 *Whitley Castle*, ara servata *in the neighbouring farm house of Castle Nook.*

Pars arae superior in omnibus lateribus ornata est anaglyphis rudibus

latus sinistrum:	*pars anterior:*	*latus dextrum:*	*pars posterior:*
homo chlamydatus stans capite radiis ornato, d. sublevans, s. flagellum (?) gerens	*homo nudus stans d. sceptrum (?) gerens, s. aram (?) imponens*	*statua hominis tunicati, cui homo item tunicatus aliquid offert, s. urceum tenens*	*statua hominis tunicati et sceptrum (?) gerentis. Ante eam homines duo ramos (?) dextris tenentes*

D ///////
//// I
//////VS
. H ...

Bruce *wall* ed. 3 p. 355, qui ad cultum Solis sive Mithrae refert probabiliter.

310 *I fond this faire, and large inscription at Whitley castle in Alstenmore* BAINBB. (*fixd in a wall at Alston More near Whitly castle where it was found* HAYT.) *Whitley castle*, ... in cuius vetustatis testimonium haec superest compendiosa scribendi ratione implexis litteris imperfecta inscriptio CAMD. Extabat in *Appleby*, ubi vidit HORSLEIUS, qui de antiquitate eius exempli dubitavit, quia exempla ibi novicia servari novisset (*Sir Robert Cotton would doubtless have removed and procured this stone, whatever is now become of it, for it is not to be seen at Conington. There is yet remaining at Appleby . . what I first hoped had been the original, but I am now suspicious it is no more than a copy, though taken a century ago, and done in imitation of the original*), deinde propter indicationem in fine additam *de Astonmore* (*at Alstenmore* HAYT.); sed quamvis ea novicia sit aperte, tamen titulum ipsum genuinum esse posse ipse agnovit. Puto Bainbriggium litteras restaurasse secundum lectionem suam.

IMP · CAES · L ·
BIC ADIA
MAX · FIL · DV ANTONINI
SARM · NEP · DV · NTONINI · P · RON
5 DIVI HADR · ABNEP · DV · TRAIAN
PARTH · ET DV · NERVADNEP
M · AVR · ANTNNO PIO
FEL · AVG
TR · POT X IMP · COS · IIII · P · P
10 . . . . . .
. . . . . CVRANTE p. C. 213
. . . . . —217
LEG · AVG . . . . . .
COH · III · NERVIO
15 RVM · c · R · POS

R. Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 313 (inde Grut. 1179, 11 'a Dn. Roberto Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 649 (inde Mur. 457, 3 'a Bimardo' et 247, 3 'ex Wesselingio [ad itin. Antonin. p. 481]; Goughs Camden 3 p. 430. 460); Horsley p. 250 *Cumberl.* 113 (inde Warburton vallum p. 158, 113; Hodgson 2, 3 p. 75; Newton p. 116, 97; Bruce *wall* p. 354 memorat tantum, non adscribit) et apud eundem J. Ward p. 349.

Gruteri exemplum Cottonianum cum Bainbriggii consentit exceptis minimis quibusdam ex ligaturarum in exemplo impresso solutione ortis, quae infra notavi. Haytonis lectio item paene consentit, scilicet post exemplum a Bainbriggio, ut conieci, restauratum excepta.

Quanquam Horsleius exemplum lapidis in *Appleby* servatum novicium esse suspicatus est, tamen ipsum archetypum Bainbriggium asportavisse ideo longe probabilius est, quod exemplum eius scriptum et a Roberto Cotton Grutero missum mendis lectionis apertissimis scatet, utpote profectum a descriptore imperito (cf. inprimis v. 7); contra quod Camdenus postea accepit nescio unde, in universum emendatum est servavitque verum cohortis numerum. Camdenus sane non dicit utrum ex *Whitley Castle* an ex *Appleby* illud acceperit; sed titulos tam longos tamque difficiles lectu Bainbriggium in lapide repetivisse per se improbabile est neque exemplis similibus comprobatur. Dolendum est Horsleium non distinxisse accurate quae in lapide vidisset ab iis quae Camdeni exemplo usus emendasset; dicit enim haec: *however from this* (i. e. ex exemplo Applebeiensi) *and Camdens copy diligently compared, I have given such a reading to it, as appeared to me most probable*; .... *by the help of the stone at Appleby I have brought it nearer to the true form* cet.

1 IMP·CAES· (CAS Hayt.) IVL Bainbr., IMP.CAES·*Lucii* cet. Camd., IMP·CAES LV . . . . Horsl. Inter v. 1 et 2 versum totum excidisse putaverim. 2 BECSADIA Bainbr., BICI ADIABENICI PARTHICI Camd. 3 MAX ET DV (MAX ET DIV ANTONI Grut.) Bainbr., MAX·FIL·DIVI ANTONINI *Pii Germanici* Camd. 4 SARM·NEP·DVANOL·NEP·NERO (DV·NON·P..RO Hayt.) Bainbr., SARMA·NEP·DIVI ANTONIN PII PRON Camd. 5 DIVI HADR·NEP·DVC·TRAIAN· Bainbr., DIVI HADRIANI ABN· DIVI TRAIANI Camd. 6 PARTH·ET DV·NERVÆ·ARN·P· (PART ET·DV·NERVAE· ABNER Grut., PARTH ET DV NERVÆ ..... EP Hayt.) Bainbr., PARTH·ET DIVI NERVÆ ADNEPOTI Camd. 7 MAVR (M·AVR Grut.) SILVR·NOMID·PO Bainbr., M·AVRELIO ANTONINO PIO Camd. 8 LING . . . Bainbr. (ING Hayt.) 9 om. Bainbr. TR·POT . . . X. . . IMP ..... COS·IIII·P *p* . . . Camd., TR·POT·X·IMP·COS· IIII·P·P Horsl. 10 PRO PIETATE AED·VO·SOLNE (SOLINE Grut., SONE Hayt.) Bainbr., PRO PIETATE AEDE . . . VOTO· Camd., RO PIETATE AEDE VOTO Horsl. 11 COMMVNI CVRANTE Bainbr., Camd., Horsl. 12 inserui ego. 13 . . . LEG·AVG ..... Bainbr., ... LEGATO AVG· Camd. 14 COH·II·NERVIO Bainbr., PR . . . COH·III·NERVIO . . . Camd., LEG AVG Horsl. 15 RVM· GR·POS· Bainbr., RVM . . . G·R·POS· Camd., RVM GR POS Horsl., de genio Romae cogitans.

imp(eratori) Caes(ari) L. [*Sept(timii) Severi* | *Pii Pertinacis Aug(usti) Ara*]|*bici Adia*[*benici Parthici*] | *max(imi) fil(io), divi Antonini* [*Germ(anici)*] | *Sarm(atici) nep(oti), divi Antonini P(ii) pron(epoti),* | *divi Hadr(iani) abnep(oti) divi Traian(i)* | *Parth(ici) et divi Nerv(ae) adnep(oti),* | *M. Aur(elio) Antonino Pio* | *fel(ici) Aug(usto)* [*Parth(ico) max(imo), Brit(annico) max(imo), p(ontifici) m(aximo)*], | *tr(ibunicia) pot(estate) X*[*VI*], *imp(eratori)* [*II*], *co(n)s(uli) IIII, p(atri) p(atriae),* .... | ..... *curante* | ..... | *leg(ato) Aug(usti)* [*pr(o) pr(aetore)*] | *coh(ors) III Nervio*|*rum* [*c(ivium)*] *R(omanorum) pos(uit)*

Verba vv. 10. 11 corrupta ita tradita a Bainbriggio RO PIETATE AEDVO·SOLNE | COMMVNI (nam Camdeni et Horsleii lectio inde videtur facta esse emendatione), aut aedificii alicuius militaris significationem videntur continuisse, aut nominis Getae; ut initio etiam Severi ipsius nomina titulique possunt deesse. Hoc ideo commendatur, quod Severus postea in hoc titulo non dictus est divus, ut Mommsenus observavit.

311 *Whitley, in a house that stands just at the south entry of the station and is called Castle Nook.*



Horsley p. 250 *Northumb.* 112 (inde Warburton vallum p. 158, 112; Goughs Camden 3 p. 460; Hodgson 2, 3 p. 75) qui recte adnotat titulum fuisse Caracallae similem fortasse praecedentis. V. 3 Φ punctum esse insolenter ornatum Horsleius perspexit. Idem latet puto initio n. 4.

. . . *Brit(annico)*] *max(imo) Ger*[*m(anico) max(imo) pon*]*tif(ici) max(imo), trib(unicia) p*[*ot(estate)* . . . *mp(eratori)* . . . *co(n)s(uli) IIII p(atri) p(atriae)* . . . *milit(es) co*[*h(ortis III Nerviorum?*]

312 *Whitley*, apud Henr. *Wallace* loci dominum.

VEX · LEG
XX VV
REFEC

Horsley p. 250 *Northumb.* 111 (inde Warburton vallum p. 157, 111; Wallis *history of Northumberland* 2 p. 21; Goughs Camden 3 p. 460; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 127. 135 tab. 4, 27); Hodgson 2, 3 p. 75.

313 *Kirkhaugh* (prope *Whitley Castle*), *in the churchyard.*

DEAE ME
NERVAE
ET
HERCVLI
VICTOR

Warburton *map of Northumberland*; Horsley p. 252 *Northumb.* 94 (inde Warburton vallum p. 159, 114; Wallis *history of Northumberland* 2 p. 21; Goughs Camden 3 p. 460; Wright *the Celt* p. 263), Hodgson 2, 3 p. 75.

XXX. *PLVMPTONWALL* sive *OLD PENRITH.*

Accedunt *Armthwaite*, *Hartknotcastle*, *Kirkbride.*

In regione Cumbriae maxime fere meridionali et ad confinia paene Westmorelandiae situm est *Penrith* oppidum, non multum distans a *Brougham Castle*, *Clifton*, *Lowther* locis Westmorelandiae, 'emporiolum celebre', ut Camdeni verbis utar (ed. VI p. 639), 'ad occiduam plagam castro regio firmatum, quod regnante Henrico VI e ruinis Romani munimenti *Mabury* in vicinia fuit restauratum'. Ex quo munimento Romano nihil videtur reliquum esse; ad *Peterill* fluviolum Camdenus deinde ait *Plompton parke* esse, 'vivarium amplum quod olim reges Angliae ferarum, sed Henricus VIII hominum habitationi prudenter dicavit', *Haia de Plompton* olim dictum; 'ad hoc', ait, 'dirutae urbis reliquias multas vidimus, quam illi ob vicinitatem antiquum *Perith* (sic) nunc vocant' (cf. Goughs Camden 3 p. 443). Neque dubitari potest quin ad *Old Penrith*, ut tum vocabatur, castra non exigua fuerint (cf. Horsley p. 111; docent id etiam fragmenta anaglyphorum operis non rudis ibi reperta, cf. Lysons *Cumberl.* p. 188 tab.). Vicus qui hodie adiacet *Plumpton Wall* dicitur et domus castris proxima *Lough* a lacu vicino; ipse castrorum situs etiam *Castlesteads* vocatur. Unde quae reperta esse dicuntur locis illis omnibus ad eandem stationem pertinent. Etiam extra castrorum muros aedificiorum Romanorum vestigia eruderata sunt (Bruce *wall* p. 361). Castra videntur fuisse cohortis II Gallorum equitatae (cf. n. 315. 317 et fortasse etiam 318. 324), quam in Britannia militasse diploma n. 124 nos edocuit; nam titulus sepulcralis emeriti alae Petrianae ibi repertus (n. 323) sane non probat Petrianas stationem valli ibi esse quaerendam, ut Camdenus soni quadam similitudine inter *Perith* et Petrianas, ut videtur, motus proposuerat. Horsleius Bremetennacum notitiae (supra cap. XXVI) ibi collocabat (quanquam postea p. 481 ipse dubitans) certis argumentis nullis; in censum deinde venerunt mansiones itinerarii Galava (p. 481, 7) et Voreda (p. 467, 3); sed cum de cohortis II Gallorum stativis notitia taceat, hic quoque fatendum est de nomine antiquo, nisi casu aliquando detegatur, omnino nihil sciri posse. Quod in titulo sepulcrali semel *questorius* nominatur *c(ivitatis)*? *Carvetiorum* (n. 325), id in aliis provinciis, veluti in Hispania, loci ipsius nomen designare posset, in Britannia autem e contrario alibi civitatem illam quaerendam esse indicat. Tituli ibi reperti, qui praeter numina quaedam peregrina (n. 314. 318. 320. 332) Iovemque optimum maximum (n. 315. 316. 317) imperatores potissimum domumque divinam (n. 315. 318. 319. 322. 332) cultos esse demonstrant, a reliquarum stationum militarium per regiones illas distributarum non differunt.

1. Crispinus Gericius, de quo in praefatione dictum est (p. 7), duos inde titulos Camdeno reportavit (n. 326. 327);

2. Camdenus aut ipse vidit aut ab aliis accepit quattuor (n. 323. 325. 326. 327).

3. Guilelmus Dugdale *in his Visitation of Cumberland, made in the year 1665,* quae servari dicitur '*in Herald collection*, i. e. in archio regio Londiniensi, unius tituli Cumbrici (n. 372) testis citatur a Sam. et Dan. Lysons. Equidem descriptionem illam manu scriptam non vidi.

4. Horsleius quattuor titulos ipse investigavit (n. 315. 317. 319. 320 eosdem profert *Warburton*, qui, ut solebat, eum exscripsit).

5. Ric. Gough in schedis Oxoniensibus ad tertiam Britanniae Camdenianae editionem a se curandam collectis titulos aliquot adnotavit aliunde non notos plerosque a *Tunstall* communicatos cum societate antiquariorum Londiniensi (n. 297. 300. 315. 330. 331); paucos eorum edidit ipse (n. 314. 318.); pars inedita mansit.

6. Pocockius titulum unum ibi vidit (n. 317).

7. Pauci accesserunt per scriptores Archaeologiae Londiniensis et Archaeologiae Aelianae (n. 318. 328). Deinde, praeter valli periegetas (ut Warburton et Bruce n. 318) consulendi erant historiae Cumbricae scriptores hi.

8. Guil. Hutchinson (*the history of the county of Cumberland and some places adjacent* cet. Carlisle 1794 2 voll. 4., opus postumum; eiusdem *an excursion to the lakes of Westmoreland and Cumberland* Lond. 1776 8. non vidi) plene, sed non satis accurate de antiquitatibus Cumbriae disseruit; etenim quae apud Camdenum, Horsleium, alios invenerat proposita sunt ordine paene nullo, adiectis infra adnotationibus aut ab ipso, aut ab operis editoribus; unde usus eius libri plenus est taedii. Tamen etiam ubi ex antiquioribus pendet in titulorum lectione referenda tabulae eius delineatae sunt plerumque ad archetypa ideoque non spernendae. Inde etiam accidit, ut tituli eius aliquot delineati tantum extent in tabulis, in textu autem omnino omittantur. Non pauca deinde, quae profert, postea perierunt. Praeterea usus est schedis Rogerii Gale; novi autem ex iis nihil accessit. Continuatio operis Hutchinsoniani a Jollies nuntiata (Upcott 1 p. 113) non videtur prodiisse.

9. Ios. Nicholson et Ric. Burn (cf. praefatio cap. XXVIII n. 6) hic quoque pauca tantum habent sibi propria, in plerisque autem Camdenum Horsleium Hutchinsonem sequuntur.

10. Daniel et Samuel Lysons (magna Britannia vol. IV *Cumberland*

Lond. 1816 4.) titulorum Cumbricorum eo tempore plenam et accuratam exhibent (p. CXLIX ss.). Non citavi, ut par erat, quae ex Camdeno et Horsleio in suum opus transtulerunt; reliqua adhibui religiose. Etiam quae de viis et stationibus Romanis Cumbriae in eorum opere exposuit Guil. *Bennet*, episcopus *of Cloyne* (vixit a. 1745—1820; p. CXXIX ss.), profuerunt.

11. Sam. JEFFERSON (*the history and antiquities of Cumberland, Leath Ward and Allerdale Ward.* Carlisle 1842 8.; cf. Halliwells *Archaeologist* I 1, 1847 p. 255 s.) pauca habet utilia (n. 322. 324).

12. Guil. WHELLAN (*the history and topography of the counties of Cumberland and Westmoreland* cet. Pontrefact 1860 4.) titulos aliquot refert alibi nondum editos.

13. Nuperrime (a. 1870) condita est societas antiquariorum Cumberlandiae et Westmorelandiae, cui praeest Iac. SIMPSON vir reverendus (*of Kirkby Stephen*); prodiit transactionum eius prior pars (pp. 80 8.); quae inde attuli Brucio debeo.

Addidi titulum singularem repertum ad castellum *Armthwaite* (olim *Armanthwayte*) inter *Carlisle* fere et *Hesket* situm (n. 332), quem scriptores duo in *the gentlemans magazine* et Lysons servaverunt; qui ad quodnam oppidum castellumve Romanum pertineat velim edoceri. Prodiit ibi prope etiam miliarium Constantini infra edendum. Fragmentum n. 334 propter situm etiam capiti XXXII (*Moresby*) attribui poterat aut capiti XXVII (*Watercrook* prope *Kendal*); videtur autem ibi situm fuisse castellum aliquod singulare.

Ego titulorum huius capitis unum tantum vidi, cum delatus est in museum publicum Mancuniense (n. 318). In *Keswick* oppido musea privata erant *Huttonis* (cf. n. 318. 322. 324, de quo museo cf. Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 155 ss.) et *the Crossthwaite museum* (n. 350*a*), quod etiam ibi fuit ante aliquot annos (Bruce *wall* p. 364). Dum haec inprimuntur ab Augusto W. Franks certior factus sum venisse nuper *the Crossthwaite museum* indeque in museum Britannicum delatum esse fragmentum n. 322. Idem mihi descripsit arulas duas, repertam alteram in *Kirkbride* (n. 333), alteram (n. 335) incertae originis ex museo *Crossthwaite*, quas hic collocare commodissimum visum est.

314 *Plumpton* prope *Penrith;* servabatur apud *Captain Dalston.*

DEO SAN
CTO BEL
TVCA
ARAM

R. Gough in schedis Oxon. '*shewn to the Society of Antiquaries 1771 by Mr. Tunstall*' (inde Archaeologia 3, 1786 p. 104; Goughs Camden 3 p. 444); ex schedis societatis archaeologicae mihi descripsit Knight Watson.

315 *Old Penreth*, nuper (1732) rep., *built up in an inclosure.*

I O M
ET G · DD
NN PHI
LIPPORV
5 AVGG·COH
GALLO

Horsley p. 275 *Cumberl.* 52*a* (inde Warburton vallum p. 119, 52*a*; Nicholson et Burn 2 p. 423; Goughs Camden 3 p. 444 tab. 23 fig. 7; Hutchinson 1 p. 486; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464). Cf. n. 317.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et g(enio) d(ominorum) n(ostrorum) Philipporu Aug(ustorum) coh(ors) [II] Gallo[rum equitata ....]

316 *Plumpton near Penrith*, nuper rep. et servata apud *Captain Dalston.*

IN H·DD·IOM D
VETVSTÆ CO
AVRELVS AT
IIII

R. Gough in schedis Oxon. '*shewn to the Society of Antiquaries 1771 by Mr. Tunstall*'; ex schedis societatis eius misit Knight Watson.

In h(onorem) d(omus) d(ivinae) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) D(olicheno) [aedem] vetustate co[nlapsam] Aurel[i]us At[tianus praef(ectus) c]o[h(ortis)] II [Gallorum restituit?]

317 *Old Penreth* HORSL. *Lough* prope *Old Perith* POC. *Plumpton* NICHOLS. Servabatur apud *Captain Dalston.*

I·O M
C O H
II · GAL EQ
T . DOMTI
5 VS HERON
D NICOMEDIA
PRAEF

Horsley p. 275 *Cumberl.* 52 (inde Warburton vallum p. 119, 52; Goughs Camden 3 p. 444 tab. 23 fig. 5, qui etiam habuit ab Tunstall; Hutchinson 1 p. 485; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464; Newton p. 113, 69); Pococke cod. mus. Brit. *add. ms.* 15800 f. 36*b*; Nicholson et Burn 2 p. 423.

4 IDOMIT Poc. 6 *d(e) Nicomedia* Horsl. male. 7 PREF Nichols.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) coh(ors) II Gal(lorum) eq(uitata). T. Dom[i]tius Heron d(omo) Nicomedia praef(ectus)

318 *Plumpton wall*, ara rep. a. 1783 (1789 GOUGH); servabatur *at Mr. Huttons Museum at Keswick* LYS. Deinde Mancunii (*Manchester*) erat in museo urbano (*the City Museum*), ubi vidi; inde a. 1868 pervenit in museum Britannicum, ubi iam extat. Litterae videntur esse saeculi tertii circiter medii.


DEO
MARTI
BELATVCAD
RO ET NVMI
5 NIB AVGG
IVLIVS AV
GVSTALIS
ACTOR IVL LV
PI PRAEF

Contuli et ectypum accepi ab A. W. Franks. Archaeologia 9, 1789 p. 220 tab. 17 fig. *a*; 'Peregrinator' *gent. mag.* 60, 1790 p. 983 tab. 3 fig. 1 et F. S. Scarisbing ibid. p. 1092; R. Gough Archaeologia 10, 1792 p. 118 (inde Lysons *Cumberl.* p. 153, 37; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464; Newton p. 118, 116; Henzen 5879); Bruce *wall* p. 394.

8. 9 IVLIVPI Lysons, inde *Iuli(i) Pi(i)* Henz., *Iuli V[er]i* Momms.; verum primus dedit Bruce. Praefectum puta cohortis II Gallorum. 9 PREF reliqui omnes; sed A perparva etiam in ectypo discernitur.

Deo Marti Belatucadro et numinib(us) Aug(ustorum) Iulius Augustalis actor Iul(ii) Lupi praef(ecti)

319 *Lough, a part of Plunton wall, close by the station of Old Penreth* nuper rep. (1732) et servata tum *at Great Salkeld in the garden of the Rev. Dr. Fleming dean of Carlisle.* Litterae dicuntur esse clarae lectioque omnino certa.



Horsley p. 274 *Cumberl.* 51 cf. p. 351 et praef. p. XX (inde Warburton vallum p. 117, 61; Nicholson et Burn 2 p. 422; Goughs Camden 3 p. 444 tab. 23 fig. 4; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 239; Henzen 5940).

V. 4 in fine puto Horsleium nimis diligentem fuisse in legendo, cum E illam cum N coniunctam proponeret; in lapide enim videtur fuisse DVINAE. 5 in fine latet fortasse *vexillationis* alicuius memoria.

Deabus matribus tramarinis et n(umini) imp(eratoris) Alexandri Aug(usti) et Iul(iae) Mammeae matr(is) Aug(usti) n(ostri) et castrorum toti[que] domui divin[ae] ..... iatio ...

320 *Old Penreth*, ara parva.

DEO
MOGTI

Horsley p. 275 *Cumberl.* 53 (inde Warburton vallum p. 119, 53; Nicholson et Burn 2 p. 423; Goughs Camden 3 p. 444 tab. 13 fig. 6; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464).

Deo Mog[on]ti

321 *Plumpton Wall* LYS. Servatur Cantabrigiae in collegio St. Iohannis una cum Cocciensibus (supra p. 58) a Whitakero eo delatis.

DEO
MOVNTI
O SALVE
STIVS

Descripsi. Lysons *Cumberl.* p. 154, 54 (inde I. Becker *Bonner Jahrb.* 42, 1867 p. 105) delineatam dat. 3 OSALVS, 4 RTIVS Lys., hoc fortasse recte.

---

322 *Plumpton Wall* LYS. Servabatur in *Keswick, in the Crossthwaite museum.* Inde nuper pervenit in museum Britannicum. Litterae sunt tenues saeculi puto tertii.



A. W. Franks descripsit et ectypum misit, unde descripsi. Quam in ectypo non vidi litteram dedi inclinatam. Lysons *Cumberl.* p. 158, 93 et ad p. 163 (inde Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464), ubi in textu errore de hoc titulo referuntur quae pertinent ad n. 352.

C·POIES . . | . . S·IIII·P·P·P . . | FIAT AC DEVO . . Lys. V. 2 P·P·R Franks, contra ectypum 3 ETAT·AC·DIVO idem; sed E nexus certus est.

---

323 Apud vetus Perith CAMD. Videtur periisse.

. . . . . A
CADVNO
VLP ✣ TRAI
EM·AL·PETR
MARTIVS
F·P·C

Grut. 572, 3 'a Cambdeno'; Camden ed. V (1600) p. 702 (inde Donat. 283, 3 'ex schedis Gnocchi'; Horsley p. 272; Nicholson et Burn 2 p. 421; Goughs Camden 3 p. 440; Hodgson *Northumb.* 2, 3 p. 212; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464; Newton p. 114, 72; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* append. p. VII).

Exemplum a Camdeno missum Grutero, quod nondum reperire contigit, accuratius videtur fuisse, quam quod ille imprimendum curavit; omissum enim ibi est versus primi elementum unicum superstes, quod non facile addidisse putandi sunt nec Gruterus nec Scaliger, atque pro foliolo hederaceo v. 3 punctum simplex ponitur.

Camdenus cogitavit de deo Caduno, cui Ulpius Traianus aliquis aram posuisset; perperam, nam formula in fine aperte indicat titulum sepulcralem esse. Ulpia Traiana est fortasse Sarmizegethusa. Ceterum nomen filii videtur corruptum esse.

[*C. Titio*] . . *acaduno Ulp(ia) Trai(ana), em(erito) al(ae) Petr(ianae), Martius f(ilius) p(onendum) c(uravit)*

De ala Petriana cf. praef. cap. LIII.

324 *Plumpton Wall*; servabatur *in Mr. Huttons Museum at Keswick* (cf. n. 318) LYS.

II·GAL ....AMPI.....
SVB CALVISIO·RV....
CVRANTE AVRELIO .

Lysons *Cumberl.* p 158, 92; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464.

Calvisius Ru[fus?] videtur esse legatus provinciae aliunde non notus.

---

325 Apud vetus *Perith.*

D · M
FL · MARTIO · SEN
IN C · CARVETIOR
QVESTORIO
VIXIT AN XXXXV
MARTIOLA FILIA ET
HERES PONEN
dum CVRAVIT

Camden ed. V [1600] p. 702 (inde Grut. 411, 4 'a Camdeno'; Horsley p. 273; Nicholson et Burn 2 p. 422; Goughs Camden 3 p. 444; Orell. 3990).

3 *in c(ohorte)* Camd., *inc(ola)* Scaliger in indice, *in c(olonia)* Graev. in Grut. ed. I, alii; *in c(ivitate)* Ward apud Horsl. Scaligeri *incola* placeret, si *Carvetius* scriptum esset. Cogitari potest etiam de *collegio* propter questorium; sed *civis* et *civitas* non raro sola *c* littera indicantur (cf. n. 189), collegium quantum scio nunquam. Ceterum Carvetiorum illa civitas qualis fuerit ignoro; comparavi olim cohortem Carietum Grut. 437, 5 et ipsam incertam. Seidl (*über den Dolichenuscult* p. 49) comparavit *Brittones Curvedenses* (Brambach n. 1455), sine probabilitate.

D(is) M(anibus). Fl(avio) Martio sen(iori), in c(ivitate) Carvetiorum questorio. Vixit an(nos) XLV. Martiola filia et heres ponen[dum] curavit

---

326 In *ould Pereth* GERIC. Apud *ould Perith* CAMD. (GRUT.).

D · M · CROTO GERMANVS VIX
ANIS · XXVI·GRECA VIX ANIS IIII
VINDCIANVS FRAter TITVLVM P©

Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 305; Camden ed. V [1600] p. 702 (inde Grut. 847, 8 'a Camdeno'; Horsley p. 273; Nicholson et Burn 2 p. 422; Goughs Camden 3 p. 444; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 465).

Quae litteris inclinatis dedi, Gericius non vidit; unde putandum est tum ea latuisse, postea autem Camdeno descripta esse. Ceterum apud Camdenum nexus soluti sunt.

2 GRAECA Camd. ed. V (GRECA ed. VI). 3 VINDICIANVS Camd., unde putavi D et I ligatas fuisse. FRA ET TITVLVM P© Geric., quod puto male lectum esse pro FRAR, FRA·ET · FIL·TIT·PO Camd., qui explicuit *fratri et filiae titulum posuit.*

D(is) M(anibus). Crotilo Germanus vix(it) anis XXVI. Greca vix(it) anis IIII. Vindicianus frater titulum pos(uit)

327 In *ould Pireth* GERIC. Apud *Ould Perith* CAMD. GRUT. Cippus fastigio ornatus. Periit HORSL.

rosa luna rosa
D M
AICETVOS MATER
VIXIT · A · XXXXV
ET LATTIO FILIA VIX
A · XII LIMISTVS
CONIV ET FILIAE
PIENTISSI
POSVIT

Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 305; Camden ed. V [1600] p. 702 (Grut. 753, 1 'ex Cottoni ac Camdeni schedis'; Horsley p. 274 Nicholson et Burn 2 p. 422; Goughs Camden p. 440; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 465).

Camdeni exemplum cum Gericii paene consentit, sed omisit Camdenus in libro impresso fastigium ornatum quod Gruterus exhibet; Gruteri contra mendosum est et aperte interpolatum.

2 AICEIVOS Grut. 4 ET L · ATILIO FILIO | VIX Grut., ET LATIO FIL·VIX Camd. 5 AN·XII Grut. LIMISIVS Grut., Camd. 6 FILIA Grut., Camd. 7 PIENTISSIMIS Grut., Camd.

Si nomina recte traduntur, habemus feminas nominibus forma masculina praeditas, nt supra n. 97. 126. Ex memoria huius tituli incerta videtur ortus esse n. 8 *.

D(is) M(anibus). Aicetuos mater, vixit a(nnis) XLV, et Lattio filia, vix(it) a(nnis) XII. Limistus(?) coniu(gi) et filiae pientissi[mis] posuit

---

328 *Old Penrith*, rep. 19 Sept. a. 1829 *about 200 yards north of the Roman station and on the east side of the turnpike road from Penrith to Carlisle.* Servabatur apud *Mr. Moss, Penrith*; nunc est in *Lowther Castle* apud comitem *Lonsdale.* Cippus altus p. 7 dig. 3, latus p. 2 dig. $11^1/_2$.

puer tunicatus gradiens d. scopas(?) s. cultrum(?) tenens
D·I·S
MANB · COCCI
NONI · ANNOR·VI
HIC · SITVS · EST


A. W. Franks mihi descripsit; Christoph. Hodgson in epistula ad Ioh. Hodgson Archaeol. Ael. 2, 1832 p. 265 ligno incisam.

1 DIS sine punctis Franks.

Dis Manib(us) Coccei Nonni annor(um) VI. Hic situs est

328*a From Plumpton;* servatur in *Lowther Castle.*

D · M
MIYLAE · ALVI
NI · KARIS
SIMI · VIXI/
aN·XIII·CLSM
I/ I/I V S·IMIC



Ectypum misit A. W. Franks, in quo aegre dispexi quae dedi.

D(is) M(anibus) Hylae alumni karissimi. Vixi[t a]n(nis) XIII Cl(audius) S..... cet.

329 Basis arae rep. *upon Penrith fell, near to Old Perith,* longa dig. 16, alta 10.




Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 490 in tab. fig. 12.

330 (*Old Penrith? Great Salkeld? Lough?*), *a stone in the farm yard.*



R. Gough adscripsit exemplo suo Britanniae Horsleianae Oxonii servato p. 275 ad *Cumberl.* 52, quae huc pertinet.

331 *Penrith Beacon.*



R. Gough in schedis Oxoniensibus.

332 Prope *Armthwaite*, ad *Ainstable, in the garden of Miss Aglionby* GENT. MAG. *Preserved for more than 50 years at the nunnery* LYS. Potest inde delata esse a *Plumpton Wall.*

DEO
MAPONO
ET·N·AVG
DVRIO
ET RAMIO
ET · TRVPO
ET · LVRIO
G E R M A
NI·V·S·L·M

'Lasenbyensis' *gent. mag.* 25, 1755 p. 392 cf. P. Gemsege (i. e. Sam. Pegge) ibid. p. 438 (inde Donat. 59, 3 qui habuit ex *saggio critico della letteratura straniera* 3 p. 794; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 186 in tab. ad p. 225); Lysons *Cumberl.* p. 155, 67 (inde Newton p. 118, 21; Wright *the Celt* p. 295; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 242; Henzen 5900; I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 263).

1 om. Hutch. 5 RAMIC *gent. mag.*, RAMI Lys. *Maponi* locus aliunde non notus nominatur a Ravennate (5, 31 p. 436, 20) inter *diversa loca in ipsa Britannia* in fine itinerum enumerata; intellegendum fortasse fanum Maponi (cf. *fano Cocidi* p. 433, 4, ita codd. Vatic. et Paris.).

333 Arula rep. in *Kirkbride, Cumberland.* Servat *Mr. Mawson, Lord Lonsdale's agent.*

DEO BELATV
CADRO PETSI
VS·M·SOLV
IT · VOTV
M · L · M

A. W. Franks descripsit. Aliunde non novi.


334 *Hartknot Castle, remains of a Roman castle just about half way on the road from Ravenglass to Ambleside,* prope *Eskdale,* in confinio comitatuum *Cumberland* et *Lancashire*, fragmentum (*mutilated red sandstone*).

GRIC LA COII

B. Williams *proceedings of the soc. of antiq.* 3, 1855 p. 225.

De Calpurnio Agricola v. n. 225. 758. 773. 774.

335 Olim in *Keswick*, in *the Crossthwaite museum*, nunc in museo Britannico. Arula alta circiter 0,18 m., lata 0,10.



Descripsi ex ectypo ab A. W. Franks misso, neque vero intellexi.

XXXI. *OLD CARLISLE.*

Stationis Romanae a *Wigton* duobus m. p. Anglicis versus meridiem sitae et *Old Carlisle* dictae ab accolis usu quodam communi, quanquam *Carlisle* nova satis procul distat, nomen antiquum aeque ignotum est atque eius, quae ad *Old Penrith* sita est. Videtur inter maiores numeranda (cf. Goughs Camden 3 p. 424. 439; H. Rooke Archaeologia 10, 1792 p. 137 ss.); nam, ut *Bruce* ait (*wall* p. 362), *the station is a large one; the ruins of its ramparts and interior buildings are boldly marked; its four gateways are well defined. A double ditch, with an intervening* vallum, *has surrounded the fort* cet., additque etiam aedificiorum suburbanorum superesse vestigia, item viarum a quattuor portis per castra ipsa directarum. Tituli ibi reperti frequentes dubitare non sinunt, quin *ala Augusta* (n. 338. 342. 353) vel plenius dicta *ala Augusta ob virtutem appellata* (n. 340. 341. 344 cf. 345. 351. 352) stativa ibi habuerit certe inde a saeculo altero circiter medio; eques eius praeterea semel tantum in Britannia in *Eildon* Scotiae redit (nam lectio tituli Longoviciensis supra n. 288 prorsus incerta est). Fuerunt qui alam eam non diversam esse putarent ab *ala prima Herculea,* cuius praefectum notitia (p. 115* 4) *Olenaco* collocat indeque Olenacum fuisse *Old Carlisle* sibi persuaderent, argumentis idoneis nullis. Magis probabiliter conieceris in titulo n. 346 latere nomen loci a *Vik....* incipiens; verum tituli eius interpretatio incerta est. Tituli praeter deos tam peregrinos quam Romanos ibi cultos et imperatores saeculi tertii a Severo usque ad Gordianum non multa praebent memoriae digna; prodierunt ibi etiam anaglypha varia (Horsley p. 276 *Cumberl.* n. 54 et 60) et solita vitae Romanae vestigia; item columna miliaria Philipporum.

1. Antiquissimus eorum testis oculatus, de quo quidem constat, GERICIUS est, qui praeter miliarium modo nominatum titulum unum (n. 337) ibi vidit.

2. CAMDENUS tam ipse vidit quam ab amicis accepit variis temporibus et cum Grutero communicavit titulos sex (n. 337. 339. 340. 341. 344. 353); unum male exceptum aliunde habuit GIBSON (n. 340).

3. HORSLEIUS paucos ipse investigavit (n. 340. 341. 344) eosdemque etiam WARBURTON habet.

4. Varii visi sunt a Rogerio GALE (n. 344), POCOCKIO (n. 353), C. R. SMITH (n. 338), scriptoribus aliis in *gentlemans magazine* (n. 342. 343. 346. 352) et Archaeologia Aeliana (n. 355. 358).

5. Scriptorum patriorum primus HUTCHINSON nominandus est, qui titulos ibi repertos proponit novem (n. 340. 341. 342. 343. 344. 352. 353. 354. 355), quorum duos solus huic loco tribuit (n. 354. 355).

6. Deinde LYSONS sex vidit (n. 340. 342. 343. 352. 355. 358); complures

7. HODGSON solita diligentia, qui Ricardo Matthews loci tum dominoplura accepta refert (cf. eius *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 235); sed omnium plurimos

8. BRUCE congessit tam in libro de vallo editos quam in schedis per scriptos.

Ipse unum tantum vidi (n. 344) per *Cottonem* ad *Connington* et deinde Cantabrigiam delatum. Tituli plerique in *Old Carlisle* reperti servantur in vicina sede *Wigton Hall;* singuli ad *Carlisle* oppidum (n. 350), ad *Lowther Castle* (341), denique ad *Netherby* (n. 342) pervenerunt.

336 Rep. in *Old Carlisle,* servata in *Wigton Hall.*



Hodgson 2, 3 p. 238 cui descripsit Ric. Matthews; Bruce in schedis. Exempla consentiunt. Vaterius nomen legitur apud Mommsenum I. N. 4969. 7128. Ceterum v. 1. 2 latent fortasse deae eius ignotae nomina, quae redit in titulo n. 347.

Deae A[etern]ae? te[mplum]? L. Vater[ius Mar]cellus rest[ituit]

337 Apud D. *Dykes* in Wardall GERIC. (similiter Grut.). In *Olde Carlisle* rep., in casulis adiunctis *Westwared* appellatis CAMD. ed. I, iamque extat in aedibus T. *Dikes*, fratris Oswaldi *Dikes* ed. VI. In *the hay loft at Drumburgh*, litteris tectis HORSL.

DEO
SANCTO BEL̂A
TVCADRO
AVRELIVS
DIATVAARAE
X VOTO POSVIT
L̂ L̂ M M

Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 306 (Grut. 87, 1 'a Camdeno'); Camden ed. I (1586) p. 453 descriptam 'ab Oswaldo Dikes divini verbi in hoc agro magistro', ed. VI (1607) p. 638 (inde Horsley p. 278; Warburton vallum p. 123, 60; Goughs Camden 3 p. 439; Hodgson 2, 3 p. 237).

Exhibeo exemplum Gericii, a quo a Camdeno Grutero missum et in ed. VI impressum eo tantum differt, quod v. 5 DIATOVA habet; ed. I v. 5. 6 ita exhibet BIATO VA ARÆX|X VOTO POSVIT.

V. 7 duplices L et M spatii tantum apte ornandi causa puto positas esse; Horsleius de superlativis *libentissime meritissime* cogitavit, quorum exempla desidero.

Deo sancto Belatucadro Aurelius Diatua(?) *ara*(*m*) *ex voto posuit l*(*ibens*) *m*(*erito*)

338 Ara rep. in vicinia stationis *Old Carlisle*, prope *Wigton;* servata ibi prope, *at the Red Dial inn in the parish of Westward.*

DEAE BEL
LONÆ · R/FI
NVS · PRAEF
EQ·ALÆ·AVG
ET LAtiNIA
NVS · FIL

A. W. Franks mihi descripsit. C. R. Smith *assoc. journ.* 3, 1848 p. 43 (inde Newton p. 113, 67*a*; Henzen 5675); Whellan *Cumberl. et Westmorel.* p. 266; Bruce *wall* p. 395.

5 LAINIA|NVS traditur; est in lapide sine dubio LAT̂NIA|NVS.

Deae Bellonae Rufinus praef(*ectus*) *eq*(*uitum*) *alae Aug*(*ustae*) *et La*[*t*]*inianus fil*(*ius*)

339 Rep. in *Olde Carlisle* CAMD. *Now at Wigton Hall* BRUCE.

Camd.:	*Bruce:*
DEO	
CEAIIO AVR	GENIO AVR
M RTI ET MRS	MARTI FTMRS
ERVRACIOPRO	
SE·ET·SVIS·V·S	
L L M M	

Camden ed. I (1586) p. 454, ed. VI (1607) p. 638 (Scaliger cod. Lug. C 1 et in sylloge maiore p. 52; Grut. 89, 10 'ex Camdeno'; Baxter glossar. p. 85 qui interpolavit; Horsley p. 278; Goughs Camden 3 p. 440; Hodgson 2, 3, 237; Orell. 1981); Bruce in schedis.

1 om. Grut. (non Scal.). 2 CEANGO Baxt. ex interpolatione, de GENIO AVG cogitavit Reinesius. 3 ET MS Camd. ed. VI.

Deus invictus Genius loci est apud Orell. 275; *deus Genius* fortasse C. I. L. 2, 1943. Reliqua ita fere restituenda *Aur*(*elius*) *M*[*a*]*rti*[*nianu*]*s* (vel simile cognomen) *E*[*b*]*urac*[*o*] *pro se et suis v*(*otum*) *s*(*olvit*) (*libens*) *m*(*erito*). Ad v. 6 cf. n. 337. V. 4 nomen Eburaci certum videtur.

340 Rep. in *Ould Carlisle*, servata in *Ilkirk* CAMD. *Old Carlisle* GALE. *Drumburgh, in the west wall of the garden* HORSL. *Drawdykes, a seat of John Aglionby Esq.* GIBS. Una cum n. 337 et 341 *removed by Mr. Aglionby to his seat at Drumbogh Castle, and afterwards to Lowther Castle, where they are still preserved* HODGS. Ibidem extat FRANKS. Est ara litteris optimis.

I · O · M
ALA · AVG · OB
VIRTVT · APPEL · CVI
RÆEST TB CL TB FI
INGM IVSTN̂VS
PRAEF FVSCIANO
II SILANO II *Cos* p. C. 188

Ectypum misit A. W. Franks, ex quo descripsi. Camden ed. V (1600) p. 698, ed. VI (1607) p. 637 (Grut. 1006, 9 'a Camdeno et Cottono'; Th. Gale it. Ant. p. 38 et R. Gale *philos. transact.* 30, 1717 p. 835; ex his Donat. 173, 3; Orell. 3412); Gibsons Camden p. 842; Horsley p. 276 *Cumberl.* 56 (inde Warburton vallum p. 121, 56; Nicholson et Burn 2 p. 145; Goughs Camden 3 p. 439 tab. 20 fig. 9; Newton p. 113, 67; Hodgson 2, 3 p. 236); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 402 in tab. fig. 2; Lysons *Cumberl.* p. 150, 1.

3 RTVT Camd. 4 in fine TIB·F·P Camd. 5 IN·G·M Camd. ed. V (IN·G·N ed. VI, LING·M Grut.), ut dedi Horsl. et Lys. qui frustra in re praesenti operam se dedisse affirmat, ut Galei lectionem reperiret; unde contentus fuit homo modestissimus repraesentare quae non intellegeret. De Sergia tribu coniectura, quam proposuit Mommsenus mus. Rhen. 11, 1857 p. 48, in promptu est; sed obstat ectypum, in quo clare legitur INGM. Latere igitur putandum est aut cognomen alterum aut oppidi alicuius nomen pro tribu positum; de *p*(*rovincia*) *Lingonensi* vel de *Lingonum municipe* Gale et Ward cogitaverunt male. IVSTINVS Camd., IVSTNVS Horsl. 7 II ET SILANO II COS Grut. (non Camd.), ET SILANO II C.. Horsl. et Lys. errore aperto, ambo enim consules eius anni iterum fasces gessisse aliunde videtur constare; neque obstat quod *et* omissum est (cf. Rossi inscr. christ. I proleg. cap. III p. II § 2).

Gibsonis exemplum hoc est I.O.M.ALA AVG.O...B.VRI APPIA|IVL.PVB PS.T.TB.CETBERI.....; huius esse tituli perspexit Horsley p. 265.

I(*ovi*) *o*(*ptimo*) *m*(*aximo*) *ala Aug*(*usta*) *ob virtut*(*em*) *appel*(*lata*) *cui praeest Tib. Cl*(*audius*) *Tib. fi*(*lius*)..... *Iustinus praef*(*ectus*). *Fusciano II Silano II co*(*n*)*s*(*ulibus*)

341 Effossa apud *Olde Carlisle*, nunc extat in aedibus Barhousiorum ad *Ilkirk* CAMD. *Drumburgh, in the end wall of a stable*, quo videtur detulisse *John Aglionby Esq.* HORSL. *Now at Lowther Castle* HODGS., BRUCE, FRANKS. Est ara magna litteris bonis, nunc fracta.

I · O · M
A L A
AVG OB VIRTVTEM
APELLATA CVRÆ
EST·P·ÆL·PVB·E·SER
GIA · MAGNVS · D·
MVRSA · EX PNNON
INFERIOÆ RÆFEC
APONNO BRA *Cos* p. C. 191

Ectypum misit A. W. Franks, unde descripsi; quae in ectypo non legi dedi litteris inclinatis Camden ed. V (1600) p. 695 (inde Grut. 1007, 3 'a Camdeno et Cottono); Horsley p. 277 *Cumberl.* 57 (inde Warburton vallum p. 122, 57 male; Nicholson et Burn 2 p. 145; Goughs Camden 3 p. 438 tab. 21 fig. 4); Hodgson 2, 3 p. 236; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 402 in tab. fig. 3; Bruce *wall* p. 362.

Camdeni exemplum nexus litterarum omnium accuratissime servavit. V. 5 in fractura ex parte superiore periit, ita tamen ut adhuc legatur. 6 MAG VS Horsl. In fine DI Bruce; latet fortasse DM. 7 EXPNNON Bruce. 8 INFRIOR R..... Horsl., INFERIOÆ RÆFEC Bruce. 9 APONNO BRO... Camd., APONNO BR.... Horsl., APONAO BRFco Bruce.

I(*ovi*) *o*(*ptimo*) *m*(*aximo*) *ala Aug*(*usta*) *ob virtutem appellata cui praeest P. Ael*(*ius*) *Pub*(*lii*) *fil*(*ius*) *Sergia Magnus d*(*omo*) *Mursa ex Pannon*(*ia*) *inferiore praefec*(*tus*). *Aproniano et Brad*(*ua*) *co*[(*n*)*s*(*ulibus*)]

342 *Old Carlisle*, ara rep. a. 1756. Servatur in *Netherby*.

I O M
RO SALVT
IMP L SEPTIV
SEVERI AVG N
EQVITES ALAE
AVG · CVRANTE
EGNATO VERE
CVNCTO RA
EF POSVERVNT

T. Tomlinson *gent. mag.* 26, 1756 p. 431 aeri incisam (inde Goughs Camden 3 p. 440 tab. 23 fig. 2); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 409 in tab. fig. 14 et iterum p. 533 tab. 2 fig. 31; Lysons *Cumberl.* p. 151, 17 in tab. aeri incisam; Hodgson 2, 3 p. 236; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 276; Bruce *wall* p. 363.

3 SPTIV *gent. mag.*, SPTV Bruce. 4 SFVEPI AVGNC *gent. mag.* 5 FQVITES AIAE *gent. mag.* 6 CVRANI *gent. mag.* 7 ICNAIOVRF *gent. mag.* 8 Inter N et D errore quadratarii videtur insertum esse elementum hoc ⟨.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro salut[e] im(peratoris) L. Sept[imi] Severi Aug(usti) n(ostri) equites alae Aug(ustae) curante Egnatio Verecundo praef(ecto) posuerunt

343 *Old Carlisle.*

i O M
pRO · SALuE L SEPTI
s EVERI·ET·M·AVR·ANTC
nini Augg. . . . . .

G. S. et T. Tomlinson *gent. mag.* 25, 1755 p. 360 et 27, 1757 p. 221 in tab. fig. 2, item *gent. mag.* 77, 1807 p. 1105 tab. 2 fig. 3 (Goughs Camden 3 p. 440 tab. 24 fig. 11); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 408 in tab. fig. 13; Lysons *Cumberl.* p. 152, 30 (inde Hodgson 2, 3 p. 236).

Supplementa certa sunt.

344 Repertus in *Olde Carlisle* ante paucos annos arcus sic inscriptus CAMD. ed. I; aram esse et servari apud *Ilkirk* idem perspexit in ed. V. In *Conington* vidit paene evanidam, ut ait, HORSL. Servatur nunc Cantabrigiae in collegio Trinitatis et legi potest, quanquam non sine difficultate, cum praesertim litterae ex parte restauratae sint.

I · O · M
PRO SALVTE IMPERATORIS
M · ANTONI GORDIANI · P · F ·
INVICTI AVG ET SABINIAE FVR
IAE TRANQVILI CONIVGI EIVS TO *sic*
TAQVE DOMV DIVIN EORVM A
LA AVG GORDIA OB VIRTVTEM *sic*
APPELLATA POSVIT CVI PRAEST
AEMILIVS CRISPINVS PRAEF
EQQ NATVS IN PRO AFRICA DE
TVSDRO SVB CVR NONII PHI
LIPPI LEG · AVG · PROPR . . . . .
ATTICO ET PRAETEXTATO p. C. 242
COS

Contuli. Camden ed. I (1586) p. 454 (inde Scaliger cod. Lugd. C I et in sylloge maiore p. 52; Grut. 12, 4 'ex Cambdeno'), ed. V (1600) p. 698 (inde Grut. 1006, 8 'a Cambdeno'; Donat. 181, 3 'ex ms. D. Abb. Petri Gnocchi'; Orell. 972); R. Gale *philos. transact.* 30, 1717 p. 833; Horsley p. 276 *Cumberl.* 55 (inde Warburton vallum p. 121, 55; Nicholson et Burn 2 p. 145; Newton p. 108, 22; Lamborne in tabula incisa (inde Goughs Camden 3 p. 439 tab. 23 fig. 1); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 401 in tab. fig. 1; Hodgson 2, 3 p. 237.

3 in fine P · E lapis, ex instauratione recenti. 5 TRANQVILE Camd., Gale, Horsl., TRANQVLLE lapis hodie; puto olim fuisse TRANQVILL. 8 PRÆEST Camd., PRAEEST Gale, Horsl.; sed PRAEST ut dedi lapis. 9 AIMILIVS Camd., Gale, PREF Camd., Gale. 11 NONNII Gale, Horsl. male; NONII ut dedi Camd. et lapis. 12 PROPRETO Camd. Gale Horsl. Lamb.; in lapide haec tantum vidi PROPR/////. 13 PRETEXTATO Camd., Gale. 14 COSS Grut. (non Camd.), Horsl., om. Lamborn.

Exemplum Camdeni prius, quod hoc est I·O·M | OB HONOREM . . . VXORIS | GORDIANI . . . . . memoria exceptum huc pertinere perspexit Horsley.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro salute imperatoris M. Antoni Gordiani p(ii) f(elicis) invicti Aug(usti) et Sabiniae Furiae Tranquill(inae) coniugi eius totaque domu divin(a) eorum ala Aug(usta) Gordia(na) ob virtutem appellata posuit. Cui praest Aemilius Crispinus praef(ectus) eq(uitum) natus in pro(vincia) Africa de Tusdro, sub cur(a) Nonii Philippi leg(ati) Aug(usti) pro pr(aetore) [pr(ovinciae) Brit(anniae)]. Attico et Praetextato co(n)s(ulibus)

345 Ara servata *at High Moor House*, reperta, ut videtur, in *Old Carlisle*.

I O M C
R O SALV
N I M
V C V
I O ⟨
O · PI//E
ACOIN OT
N SECRAV
Q

Bruce in schedis. Versus primi elementum ultimum fortasse ⊕ est; nam vix cogitaverim de *Iove D(olicheno)*. In reliquis agnoscuntnr *pro salute imperatoris* alicuius *ala Augusta . . cui praeest . . . consecravit.*

346 In *Old Carlisle* rep., servata at *Wigton Hall*.

I O M E
VIK PROSA
EVE D N M ANTo
GORDIANI P
F · AVG VIK
MAG · ARA
COIAVD

I. Hodgson *gent. mag.* 18, 1842 p. 598 (R. Mathews ibid. p. 599) et W. T. P. Shortt ibid. 19, 1843 p. 35 (inde Newton p. 111, 24*b*); C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 196 tab. 48 fig. 3; Bruce *wall* p. 389.

2 VLK *gent. mag.*, VIK Bruce; de Vulcano cogitaverunt Hodgson et C. R. Smith. 5 F·AVG·VII Hodgson. et Smith, sed K in fine videtur certa esse. Unde patet idem indicari atque v. 2; tamen fateor quam ipse proposui explicationem a Bruce acceptam dubiam esse propter varias rationes; neque intellego v. 7, quem Smith ita CIAVD exhibet. Latere fortasse nomen loci dixi in praefatione huius capitis. 6 ARAM Smith.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et Vik(anis)? pro salute d(omini) n(ostri) M. Anto(nii) Gordiani p(ii) f(elicis) Aug(usti) vik(o)? mag(istri) ara(m) .....

347 *Old Carlisle*; servatur in *Wigton Hall*.

DEO MARTI
ARAM DO

Hodgson 2, 3 p. 237 cui descripsit Ric. Matthews Bruce in schedis.

348 Rep. in *Old Carlisle*, servata in *Wigton Hall*.

dea BVS ⊕ MA tribus
pro SALVTE N
//////////
·L · E/
ΓI·ETC
PV

Bruce in schedis. Supplevi ego; v. 3 nomen imperatoris alicuius erasum est.

349 In *Old Carlisle* rep., servata in *Wigton Hall*.

DEO
II AVE
NI · NV
S · CVR

Bruce in schedis. Interpretatio incerta est; v. 2 initio eonieci N in lapide fuisse.

Deo i[nv(icto)]? Aven[ti]nus cur(avit)

350 *Old Carlisle* rep. a. 1803, servabatur apud Ioh. Atkinson, in *Carlisle* HODGS. Nunc ibidem servaiur in Athenaeo. Integra est.

T · BATA
VR · ATE
COC · AV
G · VOT
S · L · A · FE

Descripsi ex ectypo a Brucio nuper misso. Hodgson 2, 3 p. 237 cui descripsit Ric. Matthews; Bruce in schedis.

1 T:BAI Hodgs.

Legendum fortasse *T(errae) Batav[o]r(um) Ate(ius) Coc(ceianus) Aug(ustanus) vot(o) s(olutus) l(ibens) a(nimo) fe(cit)*

Augustinus fortasse patriae indicatio est.

Cf. n. 335.

351 Rep. in *Old Carlisle*, servata in *Wigton Hall*.

. . . . . .
*pro sal. imp. do*MINI NOS*tri*
*m. aur. antoni*NI PII FELICIS
*aug. sub. . . . ma*RCO LEG EIVS CVR
. . . . . PRÆF ALÆ AVG𐅵
. . . . . T·Ƴ·IMP·ANTONI
no augusto iiii BALBINO II COSS p. C. 213

Hodgson 2, 3 p. 236; Bruce in schedis. Supplevi paucis usus quae Hodgson praeivit.

V. 3 . . . nominatur fortasse . . . . . *Marcus* (?) legatus Caracallae, qui redit in miliario eiusdem anni Aesicensi. In fine R, post *c(larissimo) v(iro)*, fortasse 𐅵 est.

6 TV·IMP ANTONI Hodgs.

352 In *Old Carlisle* GENT. MAG. Servata in *Wigton Hall* BRUCE.

IP AEII
SEPTIMINVS
RVSTICVS PREF
MATERNO ET BRA
DVA COS p. C. 185

G. S(mith) *gent. mag.* 25, 1755 p. 360 et T. T(omlinson) ibid. 27, 1757 p. 221 tab. fig. 1 (inde Goughs Camden 3 p. 440 tab. 23 fig. 3); *gent. mag.* 55, 1785 p. 502 male; Lysons *Cumberl.* p. 158, 94 (inde Newton p. 107, 14); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 408 in tab. fig. 15; Hodgson 2, 3 p. 236; Bruce in schedis qui non vidit quae litteris inclinatis dedi. Supplevi ego.

2 SEPTIMIAIVS *gent. mag.*, EPTIMIANVS Lys., SEPTIMIANVS Hodgs.; unde correxi, nam *Septimianus* gentile ferri potest. 3 PRAE Hodgs., PREF etiam Bruce. Praefectum puta alae Augustae.

. . *ala Aug(usta) . . . . cu[i p[r]ae[st] Septimianus Rusticus pref(ectus). Materno et Bradua co(n)s(ulibus)*

353 Rep. apud *Oulde Carleile* (GRUT.), servata apud *Ilkirk* CAMD. In *Drumburgh?* HORSL. In *Conninggarth near Old Carlisle* SMITH. *Near Old Penrith* (aut *near Wigton*) *in a farm house to the north* POC. Videtur periisse.

D M
MABLI
NIVS SEC
VNDVS
EQVIS
ALE AVG
STE STIP

Camden ed. V (1600) p. 697 (Grut. 551, 8 'a Camdeno'; Horsley p. 279; Goughs Camden 3 p. 440); G. S(mith) *gent. mag.* 18, 1748 p. 179 male, melius 'Cornubiensis' ibid. p. 266 (inde Hodgson 2, 3 p. 238); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 407 in tab. fig. 11. 12; Pococke cod. mus. Brit. *add. ms.* 15800 f. 37.

2 Nomen restitui exempli causa; nam *Mablinius* certe corruptum est.

D(is) M(anibus) Ma[rt]inius? Secundus equ[e]s ale Aug[u]ste stip(endiorum . . .) [ann(orum) . . . . . .]

354 Inter titulos ad *Old Carlisle* pertinentes HUTCH. In *Mr. Crossthwaite's museum at Keswick* LYS. Servatur in *Lowther Castle* FRANKS.

D M
AMATIVS
INGENVVS
ANNORVM
LX TVMVLVM

Descripsi ex ectypo ab A. W. Franks misso. Hutchinson *Cumberl* 2 in tab. ad p. 410 fig. 20, in textu non memoratur; Lysons *Cumberl.* p. 160, 140 ligaturis solutis, qui adnotat non constare unde provenerit. Hoc loco collocavi secutus Hutchinsonem.

2 Utrum *A. Matius* an *Amatius* legendum sit in ectypo vix diiudicaveris; hoc tamen veri similius, nam punctum certe non tam clare legitur, ut illud necessario sit praeferendum. 3 ANNORWI/// Hutch. 5 LVI IVMVLVM Hutch., LXI TVMVLVM Lys.

355 In *Old Carlisle* rep., *in the possession of the Rev. Richard Matthews of Wigton* LYS. Servata in *Wigton Hall* BRUCE. Litteris aetatis recentioris.

TANCORIX
MVLIER
VICSIT ANNOS
SECSAGINTA

Lysons *Cumberl.* p. 159, 26 (inde Hodgson 2, 3. p. 238; Archaeologia Aeliana append. I 1822 p. 5); C. R. Smith collect. ant. 1, 1848 p. 200 et 2, 1852 p. 196 tab. 48 fig. 9; Bruce *wall* p. 363.

356 Inter titulos repertos in *Old Carlisle*. Videtur periisse.

ANOS XXXXIV ⋮ BOVON
FIL AEIML NIMLIXISAVR
SEITVMILITMAVRICO
NIVX PONENDVM
VPAVTRVNT

Hutchinson *Cumberl.* 2 in tab. ad p. 410 fig. 19.

357 In *Old Carlisle* rep., servata in *Wigton Hall*

D · M

Bruce in schedis.

358 *Old Carlisle.*

CONIVX EIVS
CVRAVIT

Lysons *Cumberl.* p. 160, 134 (inde Archaeologia Aeliana appendix 1, 1822 p. 5) qui profert sine indicatione accuratiore.

XXXII. *MORESBY.*

Accedunt *Barrow Walls* prope *Workington.*

Ut regiones mediterraneae ad meridiem a vallo Hadriani sitae, ita etiam ora maris Hibernici castris Romanis munita erat. A *Whitehaven* portu versus orientem, sed non procul ab ora, situs est *Moresby* vicus hodie exiguus; ibi prope castrorum reliquiae sunt (cf. Goughs Camden 3 p. 421. 482; Bruce *wall* p. 372), quae propter nominis quandam similitudinem Camdenus iam composuit cum Morbio notitiae (p. 113* 4 cf. Böcking p. 861*), ubi *praefectus equitum catafractariorum* ponitur. Ea causa fuit Stukeleio tituli n. 364 interpolandi; probabilius est saeculo secundo tertioque cohortem alteram Thracum in castris ibi fuisse (cf. n. 363. 364), quae una cum legione vicesima (n. 362) munimenta videtur erexisse; cohortem enim illam in Britannia militasse diploma a. 104 testatur, neque alio loco stativa eius fuisse scimus. De cohorte II Lingonum (n. 359) dictum est supra c. XX (p. 54) videri eam Olicanae (*Ilkley*) in castris fuisse. Potuit inde sane huc transferri, cum valli opus ab Hadriano susceptum est. Atque quod notitia (p. 114* 20) praefectum eius Congavatae ponit, inde non inepte quis coniecerit Congavatam illam aliunde non notam in *Moresby* esse quaerendam. Inter valli ipsius enim stationes ab antiquariis Britannis numerari solet necessitate nulla; ut infra demonstrabitur. Sed cum alii praeterea cohortis II Thracum (n. 363. 364) ibi prodierint tituli (cf. etiam n. 365), nomen vetus castrorum ad *Moresby* sitorum adhuc incertum esse statuendum est.

1. CAMDENUS titulos aliquot aut vidit ibi aut inde accepit (n. 359. 360. 365. 366), qui postea perierunt.

2. HORSLEIUS (ex quo hic quoque ut solet pendet *Warburton*) unum tantum (n. 364) indagavit, unumque addidit

3. HODGSON (n. 362), quem secutus est

4. BRUCE addens duos (n. 361. 363), quorum alter ad *Barrow Walls* prope *Workington* repertus probabiliter ab eo creditur pertinuisse ad castellum aliquod minus cum castris ad *Moresby* coniunctum. Ego *Moresby* non adii.

359 In *Moresby* aram cum cornuta Silvani imaguncula nuper effossam vidimus CAMD. Videtur periisse.

Silvanus cornutus parvulus
DEO ☉ SILVAN . .
COH · II · LING . . .
CVI PRÆES . . . .
G · POMPEIVS M . . . .
SATVRNIN . . . .

Camden ed. V (1600) p. 691 (Grut. 64, 8 'a Camdeno'; Donat. 39, 7 'ex schedis Gnocchi'; Horsley p. 286; Nicholson et Burn 2 p. 47; Goughs Camden 3 p. 434; Hodgson 2, 3 p. 248; Newton p. 116, 94).

360 Apud *Moresby* erutum CAMD. Videtur periisse.

OB PROSPE
RITATEM CVLMI
NIS INSTITVTI

Camden ed. VI (1607) p. 631 (Grut. 1076, 7 'a Camdeno'; Horsley p. 286; Nicholson et Burn 2 p. 47; Goughs Camden 3 p. 434; Hodgson 2, 3 p. 248).

361 *Barrow Walls*, ad dextram fluminis *Derwent* ripam, $^1/_2$ *mile from Workington*, ara rep. a. 1857, litteris evanidis; supra deesse videntur versus duo vel tres. Servatur in *Lowther castle* FRANKS.

in latere sinistro: *statua feminae stolatae*

in latere dextro: *statua Herculis cum clava et pelle leonina*

. . . . . .
. . . . . .
CE\
COPPVIL.
ETFEIESP
RVM · AVR
FMER SICV
AWMCO

in margine inferiore:
NIIIIC-IIN

in margine inferiore:
SAIIIRm

Ectypum misit A. W. Franks, sed paene inutile. Bruce *wall* p. 371 qui de lectione desperavit. 2 COIII.., 3 EIPEITSPI, 5 IIVIISmCV ego dispexi, v. 6 omnino non legi in ectypo.

362 *Moresby*, rep. a. 1822 *about 20 feet eastward of the eastern gateway of the fort.* Servatur in *Whitehaven castle* apud comitem *Lonsdale*. Lapis longus est ped. 3 dig. 3, altus ped. 2 dig. 11.

IMP ☉ CAES·
TRAIN ☉ HADRI
ANI · AVG · P · P
LEG · XX · VV

Hodgson 2, 3 p. 248; qui primum edidisse refert 'Clericum' in *the Carlisle Patriot* 1822 Apr. 10; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 440; Bruce *wall* p. 372. Descripsit mihi etiam A. W. Franks. Cf. n. 660 ubi nomen imperatoris item casu secundo positum est.
2 TRAIN Hodgs., Bruce.

363 *Moresby*, rep. post a. 1821; servata apud *the Rev. John Dixon, Whitehaven* BRUCE. In *Lowther castle* FRANKS. Litteris rudibus, intra marginem ad exemplum tabellae ansatae formatum.

COH · II
TRAQ FEC

Ectypum misit A. W. Franks, unde descripsi. Bruce *wall* p. 372. Quanquam ita TK videtur clare scriptum esse, tamen puto voluisse lapicidam potius TR dare.

364 *Moresby, yet remaining at a stile in a field called Ingclose, a little east of Moresby Hall* HORSL.

Horsl.:	*Stukel.:*
D M	D M
S M E R T	S · MERT
ↄ M A C	O · MACS
M CoH I	M · CATAP
H R A C	HRACTAR
· Q · STII	Q STI
X VICSIT	X VICSIT
XXX ✠ QV	XXX D·V·

Horsley p. 285 *Cumberl.* 75 (inde Warburton vallum p. 134, 75; Goughs Camden 3 p. 434; Hodgson 2, 3 p. 249); Bruce *wall* ed. 2 p. 346 descriptam a Stukeleio, cuius exemplum manuscriptum servabat C. R. Smith. Hoc interpolatum esse docui in praefatione huius capitis. De dea Rosmerta cogitavit I. Becker (*Bonner Jahrb.* 25, 1856 p. 197 et *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 259), male; nomen equitis Thracii, quod proponit Mommsenus, incertum est, reliqua supplementa certa. Idem ad C. I. L. 3, 109. 110 in v. 6 pro Q restituere iubet C·R, *civium Romanorum*, cum primam cohortem Thracum civium Romanorum fuisse constet; sed potest hoc loco aequo iure de altera cogitari, quae in diplomate a. 104 et in titulo in Caledonia reperto cohors II Thracum simpliciter appellatur.

D(is) M(anibus). Smert[al]o Mac[ri f(ilio)]? m(iliti) coh(ortis) I[I T]hrac(um) [e]q(uitatae) sti-[p(endiorum) X vicsit [a(nnos)] XXX qu(inque)

365 *Moresby.* Multa ibi inscriptorum lapidum fragmenta eruuntur, quorum unus

Lucium Severum ordinatum

alter

366 COH · VII

prae se fert.

Camden ed. V (1600) p. 691 (inde Grut. 64, 8 'a Cambdeno'; Horsley p. 286; Nicholson et Burn 2 p. 47; Goughs Camden 3 p. 434).

XXXIII. VXELLODVNVM

(Ellenborough prope *Maryport).*

Accedunt *Papcastle* prope *Cockermouth Castle, Malbray, Skinburness.*

Inter stationes quovis genere antiquitatum Romanarum fecundissimas inde ab saeculo XVI exeunte iure ea numeratur, quae a *Maryport* oppido maritimo hodie satis celebri versus septentriones sita est in loco eminenti et natura ipsa munito, proprio illo inde a Camdeni tempore gentis *Senhouse* (cf. Goughs Camden 3 p. 423. 439), quae a. 1766 aream castelli effossionibus institutis detegendam curavit (cf. Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 280 ss.). Quae hodie ibi supersunt vestigia Bruce ita descripsit (*wall* p. 365): *the ramparts of the station are strongly developed, and most of its gateways may be distinguished. The sill of the eastern gateway is grooved by the action of chariot wheels; within the station is a well encased with circular masonry.* Situs castrorum ad ripam *Ellen* rivi a Camdeno et Horsleio *Ellenborough* nominatur, ab Hodgsone *Alneborough*;

domus Senhousiorum olim *Ellenborough Hall*, nunc *Netherhall* dicta, ubi tituli ibi reperti multi servantur, prope adiacet; *Elenfoot* villa rustica est in ipso castrorum situ collocata. Ad titulos ibi antea iam frequenter, ut dixi, eruderatos nuper accesserunt arae septendecim inscriptae omnes praeter unam et eodem loco omnes detectae ita dispositae, ut possit cogitari de sacrario quodam certis dis instituto; sunt enim arae *Iovi optimo maximo* inscriptae duodecim, *Marti Militari* una (adde n. 390), *Victoriae Augustae* duae (adde n. 396), *Volcano* una. Dei iidem fere praeter *deas deosque omnes* (n. 367. 368) etiam in reliquis titulis iam antea notis culti reperiuntur itemque (n. 370) *Genius loci*, *Fortuna redux* (n. 392), *Roma aeterna* (n. 392), *Fatum bonum*, *Virtus* (n. 397); peregrini non multi (n. 369. 393). Tituli praeter sepulcrales simplices paucos (n. 407—412) militares omnes sunt, ut expectaveris (cf. n. 360. 404). Longe plurimi spectant ad *cohortem I Hispanorum* (n. 370. 371. 372. 374. 375. 376. 378. 379. 380. 381. 382. 385*) *equitatam* (n. 373. 377. 383. 384. 385), quam diplomata annorum 104. 106. 124 in Britannia militasse testantur; cumque eius ipsius cohortis etiam tegula inscripta ibi prodierit, quin stativa ibi habuerit dubitari non potest. Praeterea vero etiam *cohors I Baetasiorum civium Romanorum* non raro memoratur; sunt enim eius tituli quinque (n. 386. 390. 391. 394. 395). Ter *cohors I Delmatarum* s. *Dalmatarum* (n. 367. 387. 400; adde 388) reperitur. Atque ut ab hac incipiamus, cohortem primam Dalmatarum in Britannia fuisse annis 106 et 124 diplomata annorum illorum docent; de stativis eius nihil praeterea traditur. Cohortem deinde I Baetasiorum, qui Germani erant, diplomata a. 104 et 124 nominant; notitia (p. 81* 6 cf. Böcking p. 569*) tribunum eius (*Vetasiorum* ibi scribitur) ponit Regulbii (cf. supra c. VII) ad litus Saxonicum. Inter *stationes* autem *per lineam valli*, de quibus infra agetur, decima sexta notitiae est *Axelodunum* (p. 114* 23 cf. Böcking p. 924*); *Uxelodumo* idem nomen scribitur in itinerario paterae Rudgensis, *Uxelludamo* apud Ravennatem (5, 31 p. 433, 1). Ab antiquariis Britannis Uxellodunum (ea enim vera nominis forma videtur esse ex tribus testimoniis inter se comparatis desumenda quaeque respondet similium nominum Celticorum analogiae) in fine ipsius valli ad mare Hibernicum ponitur; sed cum in ea notitiae parte, ut infra videbimus, praeter ipsius valli stationes sub finem etiam non procul a vallo, quanquam non in ipsa eius linea sitae enumerentur complures, prorsus eodem iure, quo valli stationes plurimas, etiam hanc putabimus cohortem non mutasse a saeculo altero medio usque ad quintum incipiens. Tamen etiam reliquae cohortes duae, Dalmatarum prima et Baetasiorum prima tum quidem Uxelloduni possunt stativa habuisse; ut etiam vexillarii legionum II et XX in castris muniendis reficiendisve videntur ibi occupati fuisse (cf. n. 401. 403). Fieri sane potest, ut eodem tempore, quo Hadrianus vallum duxit inter utramque insulae oram, etiam castra illa munita sint adhibitis variis militum numeris; id quod eo quoque probatur aliquo modo, quod praefectos trium cohortium, quas dixi, eosdem titulos binos (385. 395) vel ternos (n. 367. 388. 400; 386. 390. 394) adeove quinos (n. 388—392) simul ibi videmus posuisse. Inter anaglypha hic reperta, quae titulis carent (ut Horsleii p. 285 *Cumberl.* 62. 63), est etiam equitis alicuius, fortasse cohortis I Hispanorum, signum (Horsl. *Cumberl.* 64; Bruce lapid. p. 14), qualia alibi quoque in stationibus equitum non raro reperta sunt.

1. Camdenus iam titulos ibi aut ipse vidit cum Cottono aut postea secum communicatos accepit decem. Ipse eorum exempla Grutero misit utenda, postquam in editione priore Britanniae editos excerpserat Scaliger (in cod. Lugd. CI). Ita hic quoque, ut alibi, accidit, ut distinguendum esset inter Camdeni exempla priora et posteriora, item ea, quae Grutero miserat manu sua interdum aliter perscripta, ac typis expressa sunt.

2. Non pauci deinde accesserunt per Gordonem in itinerario septentrionali, qui praeter tres Camdeno iam visos septem novos edidit.

3. Eosdem fere atque Gordon Horsleius vidit (uno tantum excepto n. 396); ex eo hic quoque omnino pendet Warburton.

4. Anno 1750 Pocockius haec loca peragravit, sed duos tantum titulos descripsit non bene.

5. Guil. Hutchinson multa ut solet congessit; musei Senhousiani descriptio vel potius delineatio satis plena eademque prima et adhuc unica ei debetur.

6. Ric. Gough in universum Horsleium exscripsit et Hutchinsonem; paucorum tantum titulorum exempla sibi propria exhibet (cf. n. 371).

7. Lysons non pauca hic habet utilia (cf. n. 370. 377. 388. 392. 397. 401. 411).

8. Hodgson quanquam locum adiit (2, 3 p. 238), in titulis exhibendis tamen sequitur fere Horsleium, Hutchinsonem, Lysons.

9. Bruce omnium plurima congessit, etiam si exceperis aras illas sedecim inscriptas nuperrime repertas, de quibus eius me amicitia statim certiorem fecit. Exhibet enim omnino titulos viginti quinque.

Alii singula addiderunt, ut Rooke (n. 401) et C. R. Smith (n. 405); ipse unius tantum tituli casu inde ablati vidi ectypum gypseum (n. 371), titulorum vero ipsorum nullum.

Titulorum Uxellodunensium longe plurimi extant in *Nether Hall* a gente *Senhouse* inde a Camdeni tempore fideliter servati atque continuo aucti (cf. Hodgson 2, 3 p. 240); quam collectionem me adire non potuisse aegre fero.

Inter *Moresby* et *Ellenborough*, a *Maryport* milibus circiter sex Anglicis versus meridiem et orientem, neque procul a *Cockermouth* oppido, stationis alius vestigia extant prope *Papcastle* vicum sita (cf. Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 257). Inde proveniunt tituli duo (n. 415. 476), quos coniungendos putavi cum Uxellodunensibus propter situs viciniam. Videtur ibi numerus Frisionum in castris fuisse, cuius maior pars fortasse Aballavae erat; de hac statione dicemus infra c. LIII.

Item contribui cum Uxellodunensibus titulos singulares repertos in castris prope *Malbray* vicum sitis (n. 417), duobus circiter milibus Anglicis ab *Allonby* versus septentriones, et in *Skinburness* oppido olim nunc vico maritimo (n. 418).

Addo in fine praefationis, ut supra saepius feci, titulum Graecum unicum Uxelloduni repertum.

In *Ellenborough*, lapis latus dig. $16^1/_2$, altus 9 lys., hodgs. Nunc in *Netherhall* bruce.

Α C Κ Λ Η Π Ι ω
Α · ЄΓΝΑΤΙΟC◊
ΠΑCΤΟΡ·ЄΘΗΚЄΝ

Lysons *Cumberl.* p. 154, 64; Hodgson 2, 3 p. 242; Bruce *wall* p. 369.
Ἀσκληπίῳ Α(ὗλος)· Ἐγνάτιος Πάστορ ἔθηκεν

367 In *Ellenburrough* camd. ed. II et V, Elenburgi in aedibus Ioh. Sinhousii grut. Ibidem reliqui antiquiores. In *Nether Hall* bruce, sed imminuta

in latere sinistro: *homo galeatus scutum et hastam gerens (Mars?)*

in latere dextro: *Hercules clavam et poma Hesperidum tenens*

DIS DEABVSQ
P · POSTVMIVS
ACILIANVS ☙
· PRAEF
COH · I · DELM

Camden ed. II (1587) p. 524 (inde Scaliger cod. Lugd. CI et in sylloge maiore p. 52; Grut. 2, 3 'ex Cambdeno' qui in ed. II addit 'postea emendatiorem misit Cambdenus', scilicet p. 1005, 3), ed. V (1600) p. 695; Stukeley itin. cur. 2 p. 48 tab. 73; Gordon it. sept. p. 98 tab. 44 fig. 1 (inde Maffei Mus. Veron. p. 446, 1; ex Maff. Donat. 55, 4; Orell. 2716); Horsley p. 280 *Cumberl.* 65 (inde Warburton vallum p. 127, 65; Nicholson et Burn 2 p. 111; Goughs Camden 3 p. 438; Newton p. 115, 85); Pococke cod. mus. Brit. *add. ms.* 15800 f. 32 male; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 272 tab. 1 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 241; Bruce in schedis, qui quae litteris inclinatis dedi non vidit.

2 PS · POSVIMVS Camd. ed. II, P · POSHVMIVS ed. V, PROS · PAVLVS Pococke. 4 om. Pococke.

Idem homo redit infra n. 394 ibique dicitur *Paulus P. f. Postumius Palatina Acilianus;* unde P initio v. 2 posita non nimis certa videtur esse, cum *Paulus* nusquam ita notetur, ut recte observavit Hagenbuchius ad Orell. 2716. Ceterum cf. -. *Postumius A. f. Pap(iria) Acilianus* procurator provinciae Achaiae tituli Cordubensis C. I. L. 2, 2213 et *Postumia M. f. Aciliana* tituli Hispani C. I. L. 2, 2060; qui tituli item videntur esse saeculi alterius exeuntis.

368 Rep. prope *Maryport*, nunc in *Nether Hall*.

DEABVS
NIBVS

Hutchinson *Cumberl.* 2 tab. 4 ad p. 284 fig. 95; Bruce in schedis.

[*Dis d*]*eabus* [*que om*]*nibus* . .

369 *Ellenborough*, apud I. Sinhous CAMD. Videtur periisse.

BELATV
CADRO
IVL · CI
VILIS
OPT
V·S·L·M

Camden ed. V (1600) p. 695 et melius ed. VI (1607) p. 634 a Cottono delineatam (inde Horsley p. 283; Archaeologia 1, 1779 p. 311; Goughs Camden 3 p. 438; Hodgson 2, 3 p. 242).

V. 5 Optionem puta praefecti fuisse cohortis alicuius ibi tendentis.

370 *Elenborrough*, nuper ibi ad *Kingshall* collem effossa et ad me missa Camd. ed. II; ibidem, in media area domus *I. Sinhous* ed. V. Inde pervenit ad *Flat Hall*, *the seat of James Lowther Esq.* HORSL. Nunc in *Whitehaven castle* penes comitem *de Lonsdale*, sed ita collocata ut postica tecta sit FRANKS, BRUCE. Est ara ornata anaglyphis multis; in latere dextro sunt patera ansata et urceus, in sinistro paterae duae et fructus incertus (?) (pirus Camdeno, spica Horsleio visa), in postica ascia et culter et supra protomae duae.

caput viri barbati *caput feminae galeatae*
GENIO · LOCI
FORTVN · REDVC
ROMÆ · AETERN
ET · FATO BONO
G · CORNELIVS
PEREGRINVS
TRIB · COHORT
EX · PROVINC
MAVRCÆSA
DOMO . . . .
DEC . . . . .
In postica:
VOLANTI
VIVAS

Descripsi ex ectypo ab A. W. Franks misso; quas ibi non legi litteras dedi inclinatas. Camden ed. II (1587) p. 524 (inde Scaliger cod. Lugd. CI et in sylloge maiore p. 51; Grut. 107, 5 'a Camdeno'), melius ed. V (1600) p. 695 a Cottono delineatam (inde Grut. 1017, 7 'a Camdeno et Cottono' omisso titulo posticae; Donat. p. 44, 7; Orell. 1776); Stukeley it. cur. p. 48; Horsley p. 281 *Cumberl.* 68, cf. praef. p. XXII (inde Warburton vallum p. 128, 68 Goughs Camden 3 p. 438); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 273 tab. 1 fig. 4; *gent. mag.* 74, 1804 p. 269; Lysons *Cumberl.* p. 154, 63 et p. 172 aeri incisam; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 325; Hodgson 2, 3 p. 241 qui Horsleium sequitur; Bruce *wall* p. 410 (inde *Wrigth the Celt* p. 275).

2 FORTVNÆ REDVCI Camd., FORTVNÆ RED Horsl. 7 COHOR Bruce. 10. 11 DOMOS·AEDES|DECOR Camd. ed. II, DOMO S·ƮEDS ed. V, DOMOSTÆD|DECVR . . Horsl., DOMO SEDES|DECVRESIRV Bruce in schedis, in libro DOMO I F ////|//////// reliqua omnino legi non posse affirmans. De Silifi cogitavit iam Gudius in adnotat. ad Grut. ed. II. Titulum posticae ita VOLANTII VIVAS Camd. ed. II et V de loco cogitans; rectissime Horsleius vocativum esse Volantius nominis perspexit; quod fortasse pro signo inditum erat Peregrino, ut in titulis honorariis saeculi quarti non raro accidit (cf. Grut. 361, 1); nam titulus posticae videtur coaevus esse. Similes acclamationes afferunt tituli urbanus saeculi primi secundive Grut. 1110, 1 *Petrei bibas* (i. e. *vivas*) et Lilybitanus quarti, ut videtur, Grut. 1102, 8 *Cureti vivas*.

Capita quattuor sine dubio repraesentant Genium, Romam, Fortunam, Fatum. V. 7 intellege cohortem I Hispanorum.

Genio loci, Fortun(ae) reduci, Romae aetern(ae) et Fato bono G. Cornelius Peregrinus trib(unus) cohort(is) ex provinc(ia) Maur(etania) Caesa(riensi) domo..... — Volanti vivas

371 Rep. ad *Elenborough* GORD. Servatur in insula *Man*, in bibliotheca episcopali HORSL. Ibi *before in St. Mary's church of Rushen*, post a. 1698 *in the house of Keys*, deinde *placed inside the castle wall* (TRAIN); extat nunc in *Castletown* oppido, *in the grounds of Lorn House, the residence of the Lieutenant Governor of the Isle of Man* CUMM., qui addit: *I have little doubt that it was formerly in the possession of the Christians of Milltown near Ramsey and of Unerigg Hall near Maryport.* Ectypum gypseum extat in *Newcastle-upon-Tyne* in bibliotheca musei, scriptura evanida.

IOVI · AVG
M · CENSORIVS
M · FIL · VOLTINIA
CORNELIANVS · Ↄ · LEG
X *fr*ETENSIS · PRAE
*posi*TVS · COH · Ⅰ Ⅰ
HISP · EX · PROVINCA
NARBON DOMO
NEMAVSO////L · M

Descripsi ex ectypo gypseo. Gordon itin. sept. p. 183 (inde Maffei mus. Veron. p. 446, 6, idem Gall. ant. sel. ed. II Veronae 1734 p. 190; ex Maffeio Donat. p. 54, 5; ex Gord. Horsley p. 280 *Cumberl.* 63 cf. praef. p. XXII; Warburton vallum p. 126, 63; Nicholson et Burn 2 p. 110); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 272 tab. 2 fig. 10; Goughs Camden 3 p. 438 tab. 22 fig. 5 ex exemplo misso societati antiquariorum Londiniensi a. 1782; Hodgson 2, 3 p. 240; Cumming Archaeologia Scotica II 2, 1823—31 p. 499 et *the Runic and other monumental remains of the Isle of Man* (Lond. 1857) p. 43 tab. 14 fig. 50; Train *historical account of Man* (1845) p. 43 cf. 55; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 326; Bruce Archaeol. Ael. s. n. 1, 1857 p. 252, *catalogue* p. 32, 105, *wall* p. 366 ex ectypo.

4 In fine LEG (om. Ↄ) Cumming. 6. 7 COH TV⁻|IS Cumming. 8 NARBONE DOMO Gord., NARBON DOMO Cumming; ut dedi ectypum. 9 NEMA · V · SOⱠ··L·M· Gord., NEMAVSVMSⱠ M Cumming. Fuit V·S·L·M.

Iovi Aug(usto) M. Censorius M. fil(ius) Voltinia [*Co*]*rnelianus, ↄ(centurio) leg(ionis)* [*X fr*]*etensis, prae*[*posi*]*tus coh(ortis) I Hisp(anorum), ex provincia Narbon(ensi) domo Nemauso* [*v. s.*] *l. m.*

372 *Maryport*, m. Martio a. 1870 repertae sunt arae XVII, *at the distance of about 350 yards from the Roman camp, in a circular plot of ground less than 50 feet in diameter; small pits had evidently been prepared for their reception. Usually two altars were found in one pit, sometimes one, sometimes three. Many pits were found which had apparently before been rifted of their contents. The altars have been deposited in haste and yet with care. A few of them are damaged, but they do not bear marks of wanton violence. In most of them the letters are sharp and clear, none of them are affected by the weather* BRUCE. Arae sedecim n. 372. 373. 374. 376. 378. 380. 381. 382. 383. 384. 386. 387. 391. 394. 395. 398 inscriptae sunt, decima septima nunquam scripta erat.

IOM
ET NVM
AVG COH
I HISPA
P·O·S

Bruce misit.

373 *Maryport*, rep. a. 1870.

I · O · M
COH · I · HISP
EQ · CVI · PRAE · EST
L · ANTISTIVS · L · F ·
QVIRINA · LVPVS
VERIANVS PRAEF
DOMV · SIC
CA · EX · AFRICA

Bruce misit. Siccam Veneriam Numidiae Quirinae tribui adscriptam fuisse aliunde iam constabat.

374 *Maryport*, rep. a. 1870.

I O M
COH · Ī
HISPANo
CVI · PRA
EST · C CAB
PRISCVS
TRIB

Bruce misit. *C. Cabal(lius?)* [aut fortasse *Cabalacius*, cf. Fabr. 610, 86] *Priscus* redit n. 375. 376.

375 Rep. in *Elenborough*, servatur in *Nether Hall* (BRUCE).

I O M
C CABAL
PRISCVS
TRIBVNVS

Gordon it. sept. p. 99 tab. 46 fig. 4 (inde Maffei mus. Veron. p. 446, 3; ex Maff. Donat. p. 1, 4); Horsley p. 281 *Cumberl.* 67 (inde Warburton vallum p. 128, 67; Nicholson et Burn 2 p. 111; Goughs Camden 3 p. 438 tab. 22 fig. 7); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 272 tab. 2 fig. 13; Hodgson 2, 3 p. 240; Bruce in schedis.

2 G·LABAL Hutch.

376 *Maryport*, rep. a. 1870.

I · O · M ·
C · CABAL ·
PRISCVS
TRIB

Bruce misit.

377 In *Alneburgh* rep. paulo ante a. 1665. Videtur periisse.

I O M
COH *i hisp*
EQ·C·P·PVB
COR N*elius*
PVP · FIL
GAIVS . .
*p*RAEF *eq.*
P ROMAN
V S L

Lysons *Cumberl.* p. 151, 18 ex Guil. Dugdale descriptione Cumbriae manu scripta a. 1665 (inde Hodgson 2, 3 p. 240). Vv. 1—4 supplevi mutata littera nulla. 7. RAEF F traditur. 8. 9 Hodgson *pro manu* legit, male.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) coh(ors) [*I Hisp(anorum)*] *eq(uitata) c(ui) p(raeest) Pub(lius) Corn*[*elius*] *Pu*[*b(lii)*] *fil(ius) Gaius?* (fortasse [*P*]*a*[*l(atina) U*[*rbanus*]?) [*p*]*raef(ectus)* [*eq(uitum)*] *p(atria) Roman(ensis) v(otum) s(olvit) l(ibens)*

378 *Maryport*, rep. a. 1870.

IOVI ΦN
COH I
HISPA
CVI PRÆ
HELSTRI
VS NOVE
LVS PRÆ
FECT

Bruce misit.

379 *Carlisle* GORD. *At Elenborough Hall in the middle of the garden with a sundial upon it* HORSL. *Elenfoot* POCK. In *Nether Hall, in the portico* BRUCE.

I · O · M
COH · Ī · HIS
CVI PRAE
M · MAEN
VS · AGRP
TRIBV
POS

462 463 *Ebchester, fixed in the wall of the curacy house* HUTCH. *Built up in an outhouse of the Rev. George Stubbs,* una cum n. 457.

Hutch.:	*Bruce:*
ƴ VAR	) VAL

Bruce *wall* ed. 2 p. 317 et in schedis. Hutchinson *Durham* 2 p. 433; Surtees *Durham* 2 p. 300 ut Hutchinson.

Cum facile possent duo tituli diversi esse, duobus numeris signavi.

---

464 *Ebchester, in a cart-shed near the outhouse of the Rev. George Stubbs.*

ↄ VARSIDI·IVSTI

Bruce *wall* ed. 2 p. 317 et in schedis.

---

465 *Ebchester, a centurial through-stone.*

ISVO
ONOↄ

Horsley p. 289 *Durh.* 9, qui non intellexit.

---

466 *Ebchester, centurial stone.*

I

Hutchinson *Durham* 2 p. 432, qui aut I aut L esse posse adnotat.

---

467 *Ebchester, centurial stone.*

IIII ⊥

Horsley p. 289 *Durh.* 10.

---

468 *Ebchester, centurial stone.*

Horsl.:	*Hutch.:*
⊠	X

Horsley p. 289 cf. n. 467; Hutchinson *Durham* 2 p. 432.

---

469 *Ebchester, in the outside of a garden wall at the end of the town.*

VVNB
OCEM
VIT

Horsley p. 288 *Durh.* 7 (inde Goughs Camden 3 p. 371); Hutchinson *Durham* 2 p. 431.

Horsleius coniecit, sed modestissima dubitatione usus, *num(ini)bus Oce[ani ob] vit[am servatam]*, perperam sine dubio.

---

470 *Ebchester,* servabat olim HUNTER, nunc est in bibliotheca Dunelmensi.

HAVE

Contuli. Hunter *philos. transact.* 23, 1702 p. 1129; Horsley p. 288 *Durh.* 5 (inde Goughs Camden 3 p. 371 tab. 20 fig. 13); Hutchinson *Durham* 2 p. 431.



XXXIX. CORSTOPITVM

(Corbridge).

Magis versus septentriones, si viam *Watling Street* sequimur, a Vindomora m. p. Anglica X, prope *Corbridge* oppidum ad viae Romanae tractum sita sunt castra Romana dudum nota, *Corchester* (vel *Colchester*, ut Hodgson scribit) appellata (cf. Goughs Camden 3 p. 493. 509; Bruce *wall* p. 339); turris ecclesiae ex lapidibus Romanis constat tota; item in aliis aedificiis frequentes reperiuntur adhibiti. Tam nominis similitudo quam mensurae ab hac quidem parte quadrant in Corstopitum mansionem itinerarii (p. 464, 3); numerantur enim ibi m. p. IX, a Bremenio autem, quod est ultra vallum, itinerarium m. p. XX computat, cum sint m. p. Anglica XV tantum. Certos numeros militares in castris ibi fuisse e titulis non discimus; referunt tantum de legionariis in opere adhibitis. Prodierunt ibi praeterea lapides nonnulli anaglyphis ornati, sed titulis carentes (Horsley p. 246 *Northumb.* 103. 104; cf. Bruce catalog. p. 2, 2. 31, 103), item lanx argentea anaglyphis ornata, quam servat Londinii dux Northumbriae, titulum pondus eius indicantem dabimus infra suo loco. Auctores titulorum iidem fere sunt atque quos recensui in capite praecedente; de scriptoribus Northumbricis dixi in praefatione ad vallum. Equidem locum non adii.

Adieci praefationi, ut soleo, titulos duos Graecos ibi repertos, ne in hac sylloge desiderentur.

In *Corbridge* repertae sunt arae duae, quarum altera ad *Netherby* translata est, altera, olim *in the churchyard* collocata, in museum Britannicum; hanc ibi vidi.

a	ACTαρTHC	*b*	HPAKAЄI
	BωMoN M		⊗ TYPIω ⊗
	⊗ ЄCOPAC		ΔIoΔωPA
	ΠOYΛXЄP M		APXIЄPЄIA
5	ANЄΘIKЄN		

a Hunter *philos. transact.* 23, 1702 p. 1129 tab. 2*a* (Stukeley Carausius 2 p. 160); Warburton *map of Northumberland*; Barrington Archaeologia 2, 1773 p. 92 cf. p. 95 et 3, 1786 p. 324 ss. (inde Goughs Camden 3 p. 452 tab. 35, 1); Hutchinson *Northumberland* 1 p. 166, *Cumberl.* 2 p. 533 tab. 3, 3; Küttner *Briefe über Irland* (Leipz. 1785 8.) p. 344; Hodgson 2, 3 p. 245; C. I. G. 6807 (cf. add. p. 1271); Bruce *wall* p. 340.

b Contuli. Hunter *philos. transact.* 23, 1702 p. 1129 tab. 2 *a—c* et H. Todd ibid. 27, 1710 p. 292 (inde Mur. 66, 2); Maittaire marm. Oxon. p. 579 adn. ex Rogerii Gale apographo (Stukeley Carausius 2 p. 261); Horsley p. 246 *Northumb.* 106 cf. praef. p. XI (Warburton vallum p. 153, 106); Wallis *Northumberland* 2 p. 127; Barrington Archaeologia 3, 1786 p. 324 cf. 5, 1782 p. 182; Hodgson 2, 3 p. 244; C. I. Gr. 6806; Ellis *Brit. Mus.* 2, 281; Bruce *wall* p. 340.

a Ἀστάρτης βωμὸν μ' ἐσορᾶς, Πούλχερ μ' ἀνέθηκεν

b Ἡρακλεῖ Τυρίω(ι) Διοδώρα ἀρχιέρεια

---

471 *Corbridge. The market cross stands on an altar, on which there has been an inscription, but now defaced* HORSL. Servatur nunc in *Newcastle* in museo, est alta ped. 4 dig. 4.

in latere sinistro:		*in latere dextro:*
Apollo lyram tenens	*titulus evanuit*	*Diana arcum tenens*

////I V ////I L

Descripsi. Horsley p. 246 *Northumb.* 105 (inde Goughs Camden 3 p. 509); Hodgson 2, 3 p. 245; Bruce catalog. p. 2, 2, qui omnes litteras nullas dispexerunt.

Warburton haec SLLM in basi arae, quam in *Corbridge* ponit, exhibet, sed videtur ara illa potius pertinere ad Magnas (ubi vide).

472 *Corbridge.* Ara parva; servatur in *Alnwick Castle.*

DEO
VIT
IRI

Contuli. *Gent. mag.* 13, 1863 p. 206 (cf. Archaeol. Ael. s. n. 6, 1867 p. 161).

473 *Corbridge, in the fore wall of an house on the right hand, as you enter the village from the east* HORSL. Ibidem adhuc extat BRUCE. Litteris optimis.

IMPERATC*ri caesari*
M·AVRELIO·N*tonino pio aug. trib.*
POTESTAT[P] . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Hunter *philos. transact.* 22, 1702 p. 1132 tab. 2 *d*; H. Todd ibid. 27, 1710 p. 292; Warburton *map of Northumberland;* Horsley p. 245 *Northumb.* 100 (inde Warburton vallum p. 152, 100; Goughs Camden 3 p. 509); Hodgson 2, 3 p. 246; Bruce *wall* p. 339 ligno incisam.

Secundum litterarum formas, quales Bruce expressit, Pii Marcive potius crediderim quam Caracallae.

474 *Corbridge, in the church wall.*

LEG II AVG
COH IIII P

H. Todd *philos. transact.* 27, 1710 p. 292; Horsley p. 245 *Northumb.* 101 (inde Warburton vallum p. 150, 101; Goughs Camden 3 p. 509 tab. 34 fig. 13; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 125. 132 tab. 2, 12); Hodgson 2, 3 p. 247.

Leg(ionis) II Aug(ustae) coh(ors) IV f(ecit)

475 *From Corbridge.* Servatur in *Newcastle* in museo.

LEG · VI · VIC · P · F ·

Contuli. Bruce Archaeol. Ael. s. n. 1, 1857 p. 245, catalog. p. 25, 85.

476 Prope *Corbridge* rep. a. 1856. Servatur in *Newcastle* in museo.

LEGIO VI
PIE F VEX
REFE

Contuli. Bruce Archaeol. Ael. s. n. 1, 1857 p. 243, catalog. p. 23, 80, *wall* p. 340.

Legio(nis) VI pie f(idelis) vex(illarii) refe(cerunt)

477 *From Colchester* prope *Corbridge* servabatur apud Georgium Gibson, *of Stag-Shaw Close-house.*

L VA · IVSTO
MIL LEG VI
EGN DYONISI *sic*
VS E SVRIVS
IVG HEREC

Hodgson 2, 3 p. 247 cui descripsit Barthol. Lumley.

L. Va[l(erio)] Iusto mil(iti) leg(ionis) VI Egn(atius) Dyonisius e[t] Su[e]ius? Iu[c(undus)] her(edes) [f(aciendum)] c(urarunt)

478 *Corbridge.*

IVLIA MAT*er*
NA·AN·VI·IVL
MARCELLINVS
FILIAE
CARISSIMAE

Bruce *gent. mag.* 10, 1861 p. 670.

1 MAT . . . traditur.

479 *Corbridge, fixed in the corner of a house in the town.*

BIS
S VAL

Horsley p. 246 *Northumb.* 102 (inde Warburton vallum p. 153, 102; Goughs Camden 3 p. 509 tab. 34 fig. 14); Hodgson 2, 3 p. 247.

XL. *HEXHAM.*

A Corstopito versus occidentem, a vallo autem tam procul distans quam illud, situm est *Hexham* oppidum hodie non infrequens. Ibi castrorum vestigia tam certa quidem, quam alibi solent esse, detecta non sunt (cf. Goughs Camden 3 p. 493. 508), quanquam non desunt omnino (v. Bruce *wall* p. 343), tamen tituli ibi inventi clare monstrant, ut iam perspexerat Horsleius (p. 250), milites Romanos, cohortem ut videtur et vexillationes legionarias ibi collocatos fuisse (cf. n. 482. 484). Quod Horsleius Epeiacum Ptolemaei ibi quaeri posse dicit, id coniecit tantum Ptolemaeum in loco designando insigniter errasse ratus (verba eius sunt: *the situation of this does by no means answer*); cf. quae de eo dixi supra in praefatione cap. XXXVIII.

De auctoribus titulorum in universum videatur praefatio ad vallum; qui de oppido seorsum scripsit A. B. WRIGHT (*an essay towards an history of Hexham.* Alnwick 1823 8.), titulos iam notos tantum profert. Ego locum non adii.

480 *Hexham; built up in one of the outhouses at the Hermitage near Hexham, in the corner near the water side. Mr. Coatsworth of that place was of opinion, that the stone had been brought from the wall, because the quarry from whence they had the stones, which with the house was built, is near the wall* HORSL.

VICTORIAE
AVG
L · IVL · IVL[P]
[VIC]

Horsley p. 247 *Northumb.* 107 (inde Warburton vallum p. 155, 107; Goughs Camden 3 p. 508/9 tab. 34 fig. 11).

Victoriae Aug(ustae) L. Iul(ius) Iuli[anus] Lug.?

481 *Hexham,* rep. a. 1726 una cum praecedente *in the wall of a vault under the church,* ubi remansit.


LEG · A
Q · CALPVRNVS
CONCESSINI *sic*
VS · PRAEF · EQ
CAESA · CORI *sic*
ONOTOTAR
VM MANV PR
AESENTISSIMI
NVMINIS DE V S

Gordon it. sept. p. 175; Stukeley it. bor. p. 63 qui memorat tantum; Horsley p. 248 *Northumb.* 108 cf. praef. p. XVI (inde Warburton vallum p. 155, 8; Goughs Camden 3 p. 508 tab. 34 fig. 8; A. B. Wright *Hexham* p. 121; Newton p. 113, 68; Henzen 5251; Hodgson 2, 3 p. 231.

Horsleius (praef. p. XVI) diserte affirmat: *every remaining letter is certain, even the backward* S *in* Concessinius *is also sure*, et supra p. 248: *I spent some time in examining every particular, and have here represented them as I found them with the greatest impartiality.* Explicationem vv. 5—9 Mommsenus repperit; v. 9 DE aut *dei* erat errore quadratarii positum pro *deo*, aut *de(o)*. Scilicet gloriatur praefectus manum Corionotatarum, gentis barbarae aliunde non notae, caesam esse adiuvante deo praesentissimi numinis.

Deo invicto Mithrae? sub cura . . . . . .] leg(ati) A[ugusti pr(o) pr(aetore)?] Q. Calpurnius Concessinius, praef(ectus) eq(uitum), caesa Corionotatarum manu, praesentissimi numinis de[o] v(otum) s(olvit)

482 *Hexham*, rep. a. 1726, *upon a covering stone inserted in the crypt of Hexham church, in the head way of one of its passages.* Tabula magna litteris bonis.



Gordon itin. sept. p. 185 (cf. p. 48) cui descripsit R. Gale; Stukeley it. bor. p. 62 qui memorat tantum; Horsley p. 249 *Northumb.* 109 (inde Warburton vallum p. 156, 109; Goughs Camden 3 p. 508 tab. 34 fig. 9; A. B. Wright *Hexham* p. 121); Hodgson 2, 3 p. 231 s. q. v. a. 1811; Bruce *wall* p. 345; *Durham and Northumberland archit. and archaeol. soc.* 1, 1862 p. 21.

3 ANTONINVS M Gord. 4 V::.II...Gord., VSII Horsl. Nomina Getae distingui posse indicat Brucii exemplum ligno incisum. 5 COHOR Gord., HORT Horsl., HORR Hodgs., qui de *horreo* cogitavit. 7 GER.....RVM...V Gord. *Vi[as]* in fine supplevit Bruce contra exemplum suum.

Imp(erator) Caes(ar) L. Sep[t(imius) Severus] Pertinax et imp(erator) C[aes(ar) M.] Aur(elius) Antoninu[s p(ius) f(elix) Aug]us[ti et P. Sept(imius) Geta Caes(ar) per co] horte[m ..... et vexillation[es leg(ionis) .....] fecerunt su[b ..... leg. Aug.....

483 *Hexham*, in crypta, *over the door head, that leads from the passage into the vault.*



Horsley p. 249 *Northumb.* 110 (inde Warburton vallum p. 157, 110; Goughs Camden 3 p. 508 tab. 34 fig. 10); Bruce in schedis.

Apparet indicari *imp(eratores) C[aesares]* duos, puto Severum et Caracallam.


484 Rep. nuper in *Hexham* et servata apud Ios. *Fairless* ibi. Alta dig. 7, lata 10.

INSTANTE
FL·HYGIN
LEG·VI·V

I. Fairless *gent. mag.* 16, 1841 p. 302 male; Bruce *wall* p. 345 quem sequor. Pertinuit ad dedicationem aliquam in alio lapide incisam.

instante Fl(avio) Hygin(o) leg(ionis) VI v(ictricis)

485 *Hexham*, rep. et servata una cum praecedente. Fragmentum latum ped. 1 dig. 7, altum ped. 1.



Bruce *wall* p. 345.

... Ma]gni civi ... rauthus ..

VALLVM HADRIANI

(the Picts Wall)

Capp. XLI—LVIII.

Agricola postquam primo legationis suae Britannicae anno (qui fuit p. C. 78) Ordovices magna clade affecit Monamque insulam in deditionem accepit (Tacitus Agric. c. 18), altera aestate, ut Taciti ipsius verbis utar (c. 20), *contracto exercitu multus in agmine, laudare modestiam, disiectos coercere; loca castris ipse capere, aestuaria ac silvas ipse praetemptare; et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitis excursibus populareturatque ubi satis terruerat, parcendo rursus invitamenta pacis ostentare. Quibus rebus multae civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibus iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae tanta ratione curaque, ut nulla ante Britanniae nova pars [pariter] illacessita transierit.* Ex hisce Taciti verbis, quae quomodo emendanda sint in fine hic non curo, scilicet quod multae in ea Britanniae regione civitates antea liberae (id enim est quod ait ex aequo eas egisse) praesidiis castellisque circumdatae sint, Horsleius deducebat (p. 98 s.) Agricolam conditorem habendum esse stationum, quae fuerunt per lineam valli eius, quod postea inter utramque oram maritimam per insulam ductum est. Putabat enim ut imperator Pius vallum suum postea duxisset in angusto terrarum spatio inter Clotam et Bodotriam aestuaria sito, quod Agricola antea iam praesidiis firmasset (Agric. c. 23), ita similiter etiam Hadrianum in vallo antiquiore muniendo usum esse castellis antea iam in tractu illo conditis, quae ab alio nullo condita esse probabiliter statui posse existimabat quam ab Agricola, viarum etiam, ut credebat, per totam insulam conditore. Secuti sunt eius opinionem antiquarii Britanni, nisi fallor, omnes; inprimis Hodgson (2, 3 p. 157. 167), scriptor alioquin accuratus et iudicii sani, ut infra apparebit. De viis dicemus suo loco; ut castella autem illa prius quam vallum condita esse concedam, quanquam id quoque ut testimoniis firmari potest nullis, ita etiam probabilitate carere puto, Agricolam certe in regionibus istis ne castella quidem condidisse ex Taciti narratione universa mihi videtur manifestum esse. Diserte enim a scriptore tertium demum legationis eius annum novas gentes aperuisse traditur (c. 22): unde certum est ea quae antea narrata sunt referenda esse ad Silures Ordovices Brigantes ceterasque gentes et civitates iam notas. Quanquam enim fieri potest, ut Brigantum sedes extensae fuerint usque ad confinia Caledoniae, tamen eorum, qui ante Agricolam Britanniae provinciae praeerant, neminem arma Romana ultra Eburacum protulisse, si quis totius provinciae historiam monumentaque dominationis Romanae in ea reperta diligenter consideraverit, mihi concedet. Deinde vero etiam quicunque Taciti Agricolam attente legere et recte aestimare consueverunt non dubitabunt, nisi fallor, quin ea, quae loco illo supra scripto proferuntur, eo ex relationum genere esse putanda sint, quo scriptor uti solet, cum vitae soceri sui tempora, quibus res memorabiles gestae sint aut nullae aut paucae, enuntiatis artificiose elaboratis atque invicem sibi oppositis describit. Cohortes sane Batavorum et Tungrorum, quas in pugna ad montem Graupium Agricolam secum habuisse constat (Agric. c. 36), postea in stationibus valli Procolitia (c. XLVII) et Borcovicio (c. XLVIII) tendentes reperimus; sed nequaquam inde consequi, quod antiquarii Britanni inde concluserunt, scilicet Agricolam ipsum eas eo deduxisse, vix est quod addam. Denique nullum unquam ad vallum repertum esse titulum, qui aliqua cum probabilitate, ne dicam certo, referri possit ad tempus, quod ante Hadrianum fuit, infra videbimus.

Itaque antiquissimum quod habemus de vallo testimonium id est, quod apud Spartianum legitur in vita Hadriani (c. 11): *ergo ... Brittanniam* (sic) *petit* (quod fecisse putandus est a. p. C. 120/1), *in qua multa correxit murumque per octoginta milia passuum primus duxit, qui barbaros Romanosque divideret.* Expeditionis illius Hadriani Britannicae idem scriptor antea iam mentionem fecerat, ubi Hadrianum postquam imperium adeptus esset tenendae per orbem paci operam dedisse rettulit, cum diceret (c. 5): *Brittanni teneri sub Romana dicione non poterant.* Cum hisce testimoniis

conferenda sunt Frontonis verba in epistula de bello Parthico (p. 107 Nieb., p. 200 Mai, p. 217 Nab.): *quid? avo vestro Hadriano imperium obtinente quantum militum . . . . . a Britannis caesum?* Florum poetam versibus notissimis, qui sunt *ego nolo Caesar esse, | ambulare per Britannos* e. q. s. eandem expeditionem respexisse certum est; eodem autem sine dubio referendus etiam versus Iuvenalis poetae item coaevi in satura XIV 196: *dirue Maurorum attegias, castella Brigantum,* cuius Hodgson primus, nisi fallor, recte meminit. Cohortem I Delmatarum, cuius tribunum Iuvenalem fuisse docet titulus Aquinas (apud Mommsenum I. N. 4312 = Henzen 5599), eo ipso tempore in Britannia egisse scimus ex diplomatis militaribus Britannicis annorum 106 et 124, atque Uxelloduni eam in castris fuisse supra vidimus (cap. XXXIII). Aliud eiusdem expeditionis testimonium supra rettulimus ad titulum Eburacensem (n. 241), scilicet titulum urbanum (Orell. 3186), ex quo discimus legionem sextam tum in nonae locum cessisse; ibi testimonia illa scriptorum supra relata expeditionis Hadriani Britannicae iam adscripsimus. Similiter supra iam attulimus titulum M. Maenii Agrippae Camerinatem (Orell. 804), quem virum *electum a divo Hadriano et missum in expeditionem Britannicam tribunum cohortis I Hispanorum equitatae,* deinde etiam *praefectum classis Britannicae* et *procuratorem provinciae Britanniae,* una cum eadem cohorte illa item Uxelloduni memorias complures (n. 379—382) reliquisse vidimus. Addendus est titulus Ferentinas (Henzen 5456) T. Pontii Sabini alicuius, qui Hadriano imperante, ut docet munerum militarium series, dicitur *praepositus* fuisse *vexillationibus milliaribus tribus expeditione Brittannica* [sic] *leg(ionis) VII gemin(ae), VIII Aug(ustae), XXII Primig(eniae).* Praeterea memorant expeditionem eam etiam nummi Hadriani, qui adventum Augusti Britanniae et exercitum Britannicum celebrant, item qui Britanniam devictam repraesentant (Eckhel 7 p. 493; Cohen *monnaies de l'empire* 2, 594. 784. 785).

Sed testimonia illa omnia, quae hic proferre collecta utile visum est, praeter id quod primo loco posui Spartiani, belli tantum Britannici memoriam continent, non valli eodem tempore extructi. Quod pons in Tina fluvio Aelius dictus indeque etiam castra ibi ad vallum collocata Hadriani nomen gerunt (cf. infra cap. XLII), id quanquam minime neglegendum est, tamen et ipsum a valli memoria potest distingui. Memorabile etiam est, quod cohors delecta ex Dacis a Traiano paullo ante devictis, quae Amboglannae ad vallum agebat, Aeliae cognomine distincta erat; quae cognomina sine dubio ad Hadrianum ipsum referenda (ut iam Camdenus perspexit) neque ab eius successore demum derivata eo tempore gloriam militarem in regionibus illis partam esse indicant. Extant vero tituli ad vallum ipsum reperti, qui dubitari non sinunt, quin Hadrianus pro valli conditore habendus sit. Inter quos primo loco recensendi sunt tituli quinque (n. 660—663. 713) in castellis miliariis, de quibus infra dicendum, i. e. ad vallum ipsum reperti (praeter unum n. 713, qui in statione aliqua valli prodiit), qui legionem secundam Hadriano imperante sub A. Platorio Nepote legato eius opus valli fecisse diserte testantur. Accedunt item in castello miliario prope Borcovicium repertus (n. 835), qui simili operi intentam fuisse docet Hadriano imperante legionem vigesimam (cf. supra n. 362), atque Aesicensis (n. 730), qui portam vel aliam stationis partem Hadriano dedicatam indicat. Dolendum autem, quod imperfecte tantum servatus est Segedunensis, ut videtur (n. 498), ad valli terminum orientalem repertus; certum enim est eum operis alicuius ab Hadriano inter utrumque oceanum perfecti memoriam continere (vide quae ibi adnotavi), quod opus paene necessario statuendum est fuisse ipsum vallum. Alia habemus testimonia, quae quanquam non ad opus valli referenda sunt, tamen Hadriani temporibus exercitus ibi ad vallum tetendisse demonstrant. Vidimus modo ex titulo Ferentinati, vexillationes legionum trium exterarum, VII Hispanicae, VIII et XXII Germanicarum ab Hadriano in Britanniam missas esse. Atque septimae quidem nullum adhuc quantum scio in Britannia repertum est vestigium, octavae unum duove supra habuimus in territorio Brigantum (n. 300. 303?); eiusdem aliud idque certum umbo scuti est prope Segedunum repertus (n. 495); vigesimae secundae unicum (n. 846) prodiit Amboglannae, nisi fallimur (cf. praeterea quae adnotavi ad titulum n.632). Deinde Magnis in alia valli statione a cohorte aliqua celebrari reperimus L. Aelium Caesarem, imperii heredem ab Hadriano destinatum atque post biennium iam vita functum (n. 748). Praeterea non exigui momenti est vas aeneum ansatum nummis repletum, quod repertum est a. 1837 ad vallum prope Borcovicium; continebat enim aureos tres, Claudii Neronis Vespasiani, denariosque sexaginta, quorum octo liberae rei publicae sunt vel aevi Augusti, reliqui imperatorum a Galba ad Hadrianum (huius sunt tres iique optime conservati, Traiani sedecim), Hadriano vero recentiores nulli; unde apparet Hadriano imperante id ibi aut defossum esse aut amissum (descripti sunt nummi inventi eius, quod dicunt *the Thorngrafton find,* omnes diligenter a Brucio *wall* p. 419 ss.). Aedificia ad vallum detecta, veluti pons Cilurnensis (cf. n. 586) et portae Borcovicienses, alia, itemque artis statuariae opera nonnulla ibidem effossa aevo Hadriano plane digna sunt; inprimis autem dignum esse opus tale, quale vallum esse infra videbimus, eo imperatore, quem tot tamque splendida aedificia reliquisse notum est, vix opus est addere. Potest ille operis eius aliquando suscipiendi consilium iam tum cepisse, cum in Britannia, ut probabile est, tribunus praefuit legioni II adiutrici (cf. Henzen *annali* 34, 18—62 p. 145). Eundem autem in aliis quoque provinciis ut a militibus castra et munimenta extruerentur inprimis curasse testis est adlocutio Lambaesitana (Renier *inscr. de l' Algérie* n. 5 D), in qua inter alia haec leguntur directa ad equites cohortis sextae Commagenorum: [*opus quod alii inter*]*plures dies div*[*isissent, v*]*os uno die peregistis: murum lo*[*ngi*] *operis et qualis mansuris hibernaculis fieri solet, non* [*mul*]*to diutius exstrucxistis, quam caespite exstruitur, qui m*[*o*]*dulo pari caesus et vehitur facile et tractatur et sine mo*[*les*]*tia struitur, ut mollis et planus pro natura sua, vos lapi*[*dibus*] *grandibus gravibus inaequalibus, quos neque vehere n*[*e*]*que attollere neque locare quis possit, nisi ut inaequa*[*lita*]*tes inter se compareant. Fossam glaria* (sic) *duram scabram*[*que*] *recte percussistis et radendo levem reddidistis* cet. (supplementa sunt Renierii). Itaque haec omnia si comprehendimus non dubitabimus, puto, quin auctores certos fideque dignos secutus Spartianus Hadrianum valli auctorem esse tradiderit.

Attamen obstare videtur eiusdem Spartiani alterum testimonium, quod est in vita Severi (cap. 18); ibi enim haec traduntur de Severo: *Brittanniam* (sic), *quod maximum eius imperii decus est, muro per transversam insulam ducto utrimque ad finem Oceani munivit; unde etiam Brittannici nomen accepit.* Ex his Spartiani verbis aperte fluxerunt Victoris de Caesaribus (c. 20 *Britanniam .. pulsis hostibus muro munivit per transversam insulam ducto utrimque ad finem Oceani*). Praeterea vero in sola epitome, quae fertur, Victoris aliud de eadem re testimonium servatum est (c. 20): *hic in Britannia vallum per triginta duo passuum millia a mari ad mare deduxit,* ex historia aliqua imperatoris eius, fortasse Marii Maximi, desumptum; ex qua Spartianus quoque potest hausisse. Ex utroque autem aperte pendent Eutropius (8, 19 *novissimum bellum in Britannia habuit, utque receptas provincias omni securitate muniret, vallum per XXXII millia passuum a mari ad mare deduxit*), Hieronymus in chronicis (Ol. 247, 2 p. 177 Schöne: *Clodio Albino . . . interfecto Severus in Brittanos bellum transfert, ubi ut receptas provincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallum per CXXXII passuum milia a mari ad mare duxit*), Orosius (7, 17 *Albinus .. apud Lugudunum ... interfectus est. Severus victor in Britannias defectu paene omnium sociorum trahitur; ubi magnis gravibusque proeliis saepe gestis receptam partem insulae a ceteris indomitis gentibus vallo distinguendam putavit; itaque magnam fossam firmissimumque vallum, crebris insuper turribus communitum, per CXXXII millia passuum a mari ad mare duxit*), Cassiodorus senator (ad a. 207 p. 640 Momms.: *his conss. Severus in Brittannos bellum movit, ubi ut receptas provincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallum per CXXXII passuum milia a mari ad mare duxit*). De mensura valli dicemus infra; ex scriptoribus autem recentissimis illis sine dubio pendent etiam aliqua ratione, quae scriptores tres Britannici Gildas Nennius Beda de vallo tradunt erroribus diversis intexta. Gildas quanquam inter scriptores illos antiquissimus (scripsit enim, ut notum est, saeculo sexto), tamen ea quae scripsit maiore ex parte aut finxisse aut ex vulgi fabellis cantilenisve videtur desumpsisse. Narrat enim (1, 12 ss. mon. hist. Brit. 1 p. 103) legionem Roma missam, ut Britones a Pictorum Scotorumque incursionibus defenderet, atque *subiectos cives ex captivitate liberaret,* iussisse eos *construere inter duo maria*

trans insulam murum ..., qui vulgo irrationabili absque rectore factus non tam lapidibus quam cespitibus, non profuit. Post discessum legionis hostes redeunt; cives autem denuo *murum, non ut alterum, sumptu publico privatoque, adiunctis secum miserabilibus indigenis, solito structurae more, tramite a mari usque ad mare, inter urbes quae ibidem forte (fortes?) ob metum hostium collocatae fuerant, directo librant,* additurque eosdem etiam in ora insulae meridionali turres extruxisse. A Smithio Gildae editore itemque ab Hodgsone novos muros re vera eo tempore factos esse Gildae creditur; sed nescio an ille ea tantum, quae de munimentis Romanis antiquioribus, i. e. de vallo Hadriani, in Hieronymi chronicis legerat aut fortasse viderat ex parte servata, suo modo ad questum de Britanniae excidio adaptaverit. Certe in relatione eius distinguere mihi videor tres valli partes, de quibus infra agetur, vallum caespiticium (i. e. murus ille prior Gildae), murum lapideum (i. e. murus solidus alter), stationes (urbes ibidem collocatae). Quae Nennius habet (cap. 19 mon. hist. Brit. 1 p. 60), qui saeculo septimo scripsit, initio aperte ex Hieronymo fluxerunt: *Severus ..., receptas provincias ut ab incursione barbarica faceret tutiores, murum et aggerem a mari usque ad mare per latitudinem Britanniae, id est per CXXXII m. p. deduxit, et vocatur Britannico sermone Gaaul.* Sequitur autem descriptio valli Scotici, quam suo loco examinabimus; deinde vero additur in libris scriptis deterioribus, Carausium murum aut Hadriani aut Pii instaurasse: *Carutius postea imperator reaedificavit et VII castellis munivit inter utraque ostia domumque rotundam politis lapidibus super ripam fluminis Carun* (qui fluvius indicetur edoceri velim a doctis Britannis), *quod a suo nomine nomen accepit, fornicem triumphalem in victoriae memoriam erigens construxit.* Postremo mors Severi narratur secundum chronica Hieronymi. Quod cum muro agger nominatur, id potest fortasse ad valli ipsius notitiam accuratiorem referri; reliqua vero fidem nullam merentur. Beda saeculi octavi scriptor in chronicis (mon. hist. Brit. 1 p. 87) Hieronymum exscripsit, in historia vero ecclesiastica (1, 5) Orosium sequitur additis paucis: *Severus ... receptam partem insulae a ceteris indomitis gentibus, non muro, ut quidam aestimant, sed vallo distinguendam putavit. Murus etenim de lapidibus, vallum vero, quo ad repellendam vim hostium castra muniuntur, fit de cespitibus, quibus circumcisis e terra velut murus exstruitur altus supra terram, ita ut in ante* (sic) *sit fossa, de qua levati sunt cespites, supra quam sudes de lignis fortissimis praefiguntur. Itaque Severus magnam fossam firmissimumque vallum crebris insuper turribus communitum a mari ad mare duxit.* Sequitur de morte Severi relatio nota et deinde excerpta ex Gilda. Fortasse iam saeculo tertio exeunte quartove ineunte, quo tempore Scotorum Pictorum Saxonum in provinciam incursiones coeptas esse scimus, postquam vallum Antonini Pii a Romanis relictum erat, vallum Hadriani limes imperii factus est sed qui imperatorum vel ducum Romanorum temporibus illis in Britannia res gestas referunt scriptores fide digni, scilicet Carausii, Constantini Magni, Constantis, Valentiniani et Valentis (Ammianus Marcellinus 20, 1, 3; 9, 9; 26, 4, 5; 27, 8, 4 ss.; inprimis in iis quae de Theodosio seniore refert 28, 3, 7 *instaurabat urbes et praesidiaria .. castra limitesque vigiliis tuebatur et praetenturis*), ac ne poetae quidem, veluti Claudianus in Theodosii senioris et Stilichonis laudibus, de novis muris vallisve tum erectis quidquam prodiderunt. Itaque post Severum pro certo tenebimus nullum eius generis munimentum in Britannia factum esse.

Quaestio igitur eo redit utrum omnino a Severo vallum aliquod extructum sit necne. Quod docti Britanni, veluti Bruce (*wall* p. 25. 379) obiecerunt, ne satis quidem temporis fuisse Severo, ut opus tantae magnitudinis, quale vallum est, perficeret, quippe qui bello Britannico iam inde ab a. 206 fortasse per legatos gesto inde ab a. demum 208 interfuerit et triennio post, ineunte a. 211, mortuus sit, ei ratiocinationi illud obici poterit, scilicet Severum opus a se inceptum tantum relinquere potuisse posteris perficiendum. Nummi Severi, similiter atque Hadriani, victoriam eius Britannicam quidem memorant, muri autem vallive nullam mentionem faciunt (Eckhel 7 p. 188; Cohen *monnaies de l'empire* 3, 417—422).

Sed quanquam ipsa iam antiquitate fuisse sane apparet, qui Severum valli conditorem dicerent, non Hadrianum, fortasse ut illius gloriam augerent, tamen aliunde illud certis testimoniis comprobatur, extitisse iam vallum ante Severum. Qua in re distinguendum est vallum Hadriani ab Antonini Pii vallo inter Clotam et Bodotriam postea ducto, de quo infra suo loco dicemus. Atque Herodiani quidem verba, quae de Severi expeditione contra partem Britanniae nondum subactam habet (3, 14, 10 ὑπερβάντος τοῦ στρατοῦ τὰ προβεβλημένα ῥεύματά τε καὶ χώματα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς συμβολαὶ καὶ ἀκροβολισμοὶ πολλάκις ἐγίνοντο τροπαί τε τῶν βαρβάρων), ambigua sunt, utpote scriptoris rhetorici; referri enim possunt tam ad Antonini Pii vallum (ut antiquarii Scoti solent interpretari) quam ad alia quaelibet munimenta Romana. Paullo accuratius, neque tamen ita ut omnem dubitationem tolleret, locutus est Spartianus in vita Severi, cum de omine quodam referret, quod Severo occurrisset *post murum apud vallum missum in Brittania* ad proximam mansionem reverso (c. 22). Cum deinceps imperator venisse dicatur in civitatem, quam Eburacum esse non sine probabilitate creditur (ut supra vidimus c. XXII p. 61), sane probabilius murum illum apud vallum, ut ait, Hadriani esse quam Pii dicemus; hunc enim ne potuisse quidem recte murum dici infra videbimus. Sed nullam omnino dubitationem relinquit Capitolini illud ipsum de vallo Antonini Pii testimonium (vitae cap. 5); ibi enim diserte traditur alium murum caespiticium summotis barbaris eum duxisse, scilicet cum iam antea extitisset eiusdem generis munimentum ab illo diversum. Quae cum ita sint, etiam Dionis verba in epitome (72, 8) servata, in quibus memoratur propter Commodi bellum Britannicum τὸ τεῖχος τὸ διορίζον αὐτούς τε (i. e. τοὺς βαρβάρους sive τὰ ἔθνη) καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα, item eiusdem de Severi expeditione Britannica dicta (epit. 76, 12), quae τὸ διατείχισμα ὃ τὴν νῆσον διχῇ τέμνει memorant, confidenter ad vallum Hadriani referemus, non ad Pii. Contra quae in itinerario Antoniniano *a limite, id est a vallo* (p. 464, 1) et *a vallo* (p. 466, 5) indicantur itinera, ea a vallo Pii incipere infra videbimus.

Sed ut Spartiani illud de Severo valli murive conditore testimonium sine dubio, ut vidimus, falsum aliqua ratione coniungeret cum altero eiusdem dicto, quo Hadrianum murum duxisse testis est, Horsleius primus (p. 98 ss. 116 ss.) ita rem persecutus est, ut stationes ab Agricola conditas (id quod supra refutavimus) ab Hadriano auctas et instauratas, vallum ab Hadriano factum, murum vero a Severo demum extructum esse sibi persuaderet. Atque illud quidem nemo negabit, ab Hadriani successoribus in stationibus vallive ipsius partibus augendis et instaurandis operam esse collocatam; testes enim eius rei sunt tituli Antonini Pii (n. 506. 584. 714? 836) et divorum fratrum (n. 504. 731) ad vallum reperti, item Calpurnii Agricolae legati Antonini Pii (n. 758. 773. 774; cf. n. 838. 940). Legionem VI partem aliquam valli refecisse a. 158 diserte testatur lapis n. 563 (cf. etiam n. 802). Casu fortasse Severi ipsius ad vallum nullus prodiit titulus; prodierunt autem prope vallum in lapicidinis aliquot eo imperante incisi (ut n. 912 *c* a. 207 et n. 871 *f* a. 210), item filiorum eius (n. 496. 664. 715? 837. 875) et successorum Elagabali (n. 585), Alexandri (n. 732), Maximini (n. 621), Gordiani (n. 510), Galli et Volusiani (n. 949), quos imperatores cognomina quoque legionum (cf. n. 916) et cohortis I Aeliae Dacorum (cf. praef. cap. LII) memorant, tum legatorum et procuratoris Caracallae (n. 513. 715? 875) reliquorumque imperatorum (quorum titulos iam indicavi); adde titulos varios incisos annis 236 (n. 833 *b*), 237 (n. 808), 241 (n. 882), 252 (n. 646), 258 (n. 769). Sed rectissime Hodgson, qui post Horsleium accuratissime de valli reliquiis egit (*hist. of Northumb.* 2, 3 p. 149 ss. 258 ss.), quanquam nimia sane credulitate, ut dixi, etiam quae Gildas et Beda tradunt pro veris habuit (p. 304 s.), illud contra Horsleii opinionem monuit, quod stationes vallum murus, omnes denique totius munimenti partes unum prodant consilium et aperte uno eodemque tempore extructae sint. Quod ita esse nuper demum plene perspectum est, postquam cura Brucii et Maclauchlani atque impensis ducis Northumbriae et aliorum, velut Iohannis Clayton, totius operis reliquiae curiose exploratae, in tabula geographica delineatae atque explicatae sunt (v. infra inter auctores n. 19. 20).

Vallum enim Pictorum sive murus Picticus, ut inde fere a saeculo XVI exeunte videtur denominatus esse ab hominibusdoctioribus (veluti a Lelando itin. 7 p. 61 *the Picth Waulle*), Britannis teste Camdeno (ed. VI a. 1607 p. 648. 650) *Gual-Sever*, ut supra vidimus, saeculo XII *the Thwertner Dyke* (Hodgson 2, 3 p. 149), saeculo XIV *the Thirlwall* (Camden p. 658), quod castelli et oppidi Northumbrici, item gentis

nomen mansit, saeculo XVI Scotis teste eodem Camdeno (l. s. s.) *Scottishwaith*, accolis *the keepe-wall* (cuius denominationis testem aliquem, qui a. 1572 scripsit, Bruce *wall* p. 53 protulit), etiam temporibus reginae Elisabethae latronum utriusque regni refugium (*the moss-troopers*; Camdenus ed. VI p. 659 *Busy-gapp* ait fuisse praedationibus infamem, 'ubi castella fuisse accepimus, per praedones vero limitaneos perlustrare tuto non licuit'), tramite paene recto a mari ad mare extenditur incipiens a parte orientali prope *Wallsend* ad Tinae fluvii aestuarium et in occidentali ora terminans prope *Bowness* per milia passuum Anglica circiter $73^1/_2$ (Maclauchlan *memoir* p. 5). Octoginta milia passuum Romanorum ei tribuit Spartianus (in vita Hadriani c. 11), epitome vero Victoris (c. 20) muro Severi triginta duo passuum milia (eundem numerum habet Eutropius, Hieronymus vero cum Orosio et Cassiodoro centum triginta duo exhibet). Quae mensurae cum tantopere inter se differant, ut simplici errori discrimen vix liceat adscribere, erunt qui inde aliquid ponderis accedere statuerint duobus illis de Severo muri alicuius conditore testimoniis, quae supra adscripsimus. In vallum Pii mensura brevior non quadrat; est enim longum milia passuum Anglica plus minus XXVII, Romana circiter XL. Cogitari poterit de muri instauratione ad talem longitudinem per Severum extensa; verum utut illud est, nam certi nihil de eo licet statuere, octoginta milia illa ad mensuram hodiernam tam prope accedunt*), ut vera in universum Spartianum eiusve auctorem prodidisse vel inde pateat.

Distinguendae autem sunt tres totius operis, quod quam brevissime describemus, partes: vallum proprie ita denominandum, scilicet agger caespiticius cum fossa, qui latus meridionale tuetur (quanquam valli nomen antiquitus munimento universo videtur fuisse; cf. *Genius valli* n. 886, *ob res trans vallum prospere gestas* n. 940; item n. 498. 784?); murus lapideus castellis minoribus mille fere passus inter se distantibus turribusque instructus; castella maiora vel stationes inter murum et vallum pleraeque collocatae atque ita fere ut ipsi muro prope adiaceant; paucae enim paullo magis remotae sunt versus meridiem. Praeterea a mari ad mare inter stationes singulas, ut expectaveris, via militaris strata erat, de qua dicemus infra suo loco.

I. Vallum caespiticium, ut post Horsleium Hodgson inprimis docuit (cf. Bruce *wall* p. 41), ita comparatum est, ut fossam latam circiter pedes Anglicos triginta et altam pedes decem ab utroque latere cingat agger, a parte septentrionali simplex, duplex a meridionali; uterque a fossa distat pedes circiter viginti quattuor. Agger septentrionalis uterque altus est pedes sex ad septem, meridionalis paullo minus. Opus caespiticium quidem est, sed lapidibus opere incerto immixtis ita firmatum, ut ea quoque valli pars accolis diu lapides subministraverit ad aedificandum necessarios. A muro septentrionali vallum non aequabili ubique spatio distat, sed secundum soli naturam spatium inter pedes 180 ad 220 variat; medio fere inter utrumque mare itinere plus quam 500 passus Anglicos inter se distant, cum murus montium cacumina sequatur, vallum planitiem. In utroque latere vallum circiter m. p. tribus brevius est quam murus.

II. Murus, ut fundamenta docent paene ubique adhuc perspicua, latus est pedes Anglicos 6 ad $7^1/_2$; per spatia diversa satis longa viae noviciae supra fundamenta eius stratae sunt. Beda latum esse aiebat pedes octo, altum duodecim; scilicet ita fortasse eum viderat prope *Jarrow* monasterium, ad Tinae ostium situm, ubi degebat. Post eum primus Christophorus Ridley *a.* 1572 (in epistula ms., quam Hodgson protulit 2, 3 p. 273; inde Bruce *wall* p. 53) mensuras indicat: *the bredth iij yardis, the hyght remanith in sum placis yet vij yardis.* Samson Erdeswick a. 1574 (apud Brucium *wall* p. 53) certo quodam loco altitudinis pedes 16 computavit, Camdenus (ed. VI a. 1607 p. 659) prope *Magnas* (cap. LI) '*murus*, dicit, *iuxta longe erat firmissimus et altissimus: vix uno enim et altero hinc stadio in colle satis excelso superest XV pedes altus et IX latus, utrinque quadrato lapide extructus, etsi Beda XII tantum pedes in altitudinem surrexisse prodat.*' Prope Borcovicium vidi ipse vallum adhuc altum pedes 8 ad 10. Supra muri universi altitudinem turres et castella miliaria aliquanto eminuisse consentaneum est. Facies valli septentrionalis plana et aequabilis est, meridionalis non ita; inde diversa diversis locis muri latitudo oritur, quam ad diversos operas in singulis partibus extruendis olim occupatos solent referre (Bruce *wall* p. 55). Lapides a latere septentrionali quadrati sunt et paene eiusdem omnes magnitudinis, scilicet alti digitos 8, lati 10, longi 20 (ita transverse positi, ut latus longum intra murum lateat); a latere meridionali paullo minores neque tam aequales; materia inter se iunguntur omnes firmissima. Media muri pars ex opere incerto constat. Lapides arenarii sunt satis duri ex montibus collibusque vicinis sine dubio desumpti; lapicidinarum tituli superstites (n. 576. 733. 871. 872. 912. 913. 921. 922) ex parte sane ad Severi tempora referendi sunt (cf. n. 871 *f*). Milites legionum trium, quae inde ab Hadriano in Britannia agebant (v. praef. p. 5), in muro et stationibus aedificandis laborasse testantur lapides permulti, legionis secundae (n. 517—522. 545. 562. 562*a*. 596. 622. 637. 660—663. 713. 749. 800. 840. 841. 898. 899. 914. 921. 946), sextae (n. 546. 563—565. 623. 644. 658. 665. 733. 740? 749. 801. 839? 842. 844. 844*a*· 845. 876. 900. 913. 916. 940. 951), vigesimae (n. 523. 566. 666. 716. 749. 794. 802. 835. 912. 917. 922. 943), item vexillationum secundae (n. 912*b*), sextae (n. 939. 942), vigesimae (n. 623. 624?); diserte interdum additur *fecit* vocabulum (aut plene scriptum aut *fec.* vel *f.* notatum), quod ipsas fecisse id, in quo tituli inscripti sunt, indicat (n. 518. 520. 545. 562. 564. 565. 777. 844. 845. 898. 900. 916. 917. 951). Eiusdem generis cohortium certarum duo tantum tituli ad vallum reperti sunt, cohortis I Thracum alter (n. 501), alter cohortis I Batavorum (n. 777). Qui tituli cum rudes sint maximam partem nullaque quadratariorum arte, sed ab ipsis militibus fortasse incisi festinanter neque temporis indicationem exhibeant (exceptis perpaucis, qui cognominibus ab imperatoribus derivatis definiuntur, veluti *legio VI victrix Gordiana pia fidelis* n. 916), cuinam tempori adscribendi sint difficile est diiudicatu; tamen neque Hadriano antiquiorem aliquem repertum esse nec saeculo tertio fere medio recentiorem pro certo habendum est. Similiter inter lapides murales cohortium et centuriarum plus minus 130, qui legionis cohortisve nominibus non indicatis milites in muro extruendo occupatos fuisse testantur (dixi de iis in praefatione huius syllogae p. 5), sane aliquot propter litterarum formas referendi sunt ad Hadriani tempus. Sunt autem lapides illi hi: n. 488—492. 502. 502 *c*—*f*. 524—535. 547—555. 567—570*a*. 597—615. 625—631. 667—689. 717—722. 735—738. 777—792. 847—862. 901—905. 918. 947; quibus accedunt qui numeros solos exhibent n. 536 *a*—*f*. 556*a*—*d*. 722*a*—*d*. Tituli hi plerique reperti sunt meridionali muri lateri infixi atque prope stationes et castella miliaria, quibuscum contribui; id quod fortasse non casu accidit, cum simili modo lapides miliarii soleant frequentiores esse iuxta oppida. Hodie loco suo nullus superest, sed servantur in collectionibus et museis, de quibus infra dicam. Additur interdum, ut supra in Cambricis iam observavimus (n. 143), mensura operis confecti (n. 526. 596? 630. 631*a*. 776. 780. 782. 789. 854?); semel etiam vallum vallandive opus videtur indicatum esse (n. 784). Utrum ad idem opus valli referendi sint tituli aliquot forma omnino centurialibus similes, qui civitatium nomina indicant (n. 775. 776. 863. 897), necne incertum est; certum autem est huc non pertinere lapides terminales, qui *pedaturas* indicant *classis Britannicae* (n. 864) et privati alicuius, ut videtur (n. 948).

Turrium, quae secundum vestigia et spatia circiter 320 fuisse computantur, iam Horsleii tempore tres tantum aliqua ex parte servatae erant uno eodemque tractu iuxta positae (Brit. Rom. p. 120); nunc perierunt paene omnes. Videntur fuisse quadratae omnes, scilicet pedum decem quoquo versus. Portas in latere meridionali habebant, ut expectaveris; tabulationes intra ex ligno videntur factae esse.

Praeterea muro adiacent castella minora vel propugnacula mille fere passus inter se remota, ubi loci natura non obstat (neque enim accurate observatur mensura ubique aequalis), miliaria inde ab antiquariis Britannicis appellari solita non inepte, paene octoginta, ut totius valli longitudo exigit. Areae eorum plus minus sexaginta pedes quoquo versus latae; anguli meridionales rotundati. Facies septentrionalis plerumque a muri

*) Mille passus Romani respondent metris Francogallicis 1478,70; mille passus Anglici metris 1609,31; itaque cum $1478{,}70 \times 80 = 11829{,}600$ et $1609{,}31 \times 73^1/_2 = 12552{,}618$, efficitur ut vallum revera 723,018 tantum metris, i. e. minus quam p. D, maius sit quam octoginta m. p. Romanorum; $12552{,}618 - 11829{,}600 = 723{,}018$; $1478{,}70 : 2 = 739{,}35$.

non diversa; interdum paullo magis prolata. Portae in utroque latere, septentrionali et meridionali; id quod Horsleii tempore nondum observatum (Brit. Rom. p. 121, praef. p. IX) effossionibus nuper demum in castellis prope Borcovicium sitis demonstratum est (Bruce *wall* p. 73). Aedificiorum, quae in castellis fuisse putanda sunt, paene nihil detectum est; fortasse et ipsa magna ex parte lignea erant.

Praeiacebat muro a parte meridionali fossa variis locis etiam hodie lata pedes circiter triginta, alta pedes fere novem (Bruce *wall* p. 55).

III. Inter murum et vallum interiacent castra stativa sive stationes (fortasse iam inde ab initio *praetenturae* dictae; cf. titulus n. 634, ubi vide), circiter m. p. quattuor inter se distantes, ita tamen ut magis etiam quam in castellis miliariis loci opportunitas situm designet spatiumque aliquantum variet. Disquisitionibus topographicis nuperrimis (secundum quas delineata est tabula geographica huic volumini addita) certissime demonstratum est numero eas fuisse septendecim, non duodeviginti, ut Horsleius putabat, qui castrorum vestigia prope *Watchcross* sita incerta (de quibus dixi in praefatione cap. LIII) eo pertinuisse voluit perperam. Formam quadratam exhibent omnes castrorum Romanorum aliunde satis notam; muro cinctae sunt crasso pedes circiter quinque, praeterea aggere et fossa; portae quattuor ubique distinguuntur, item viae principales in cardine et decumano ductae; intra et extra muros aedificiorum variorum, balneorum, aedicularum, prope unam earum etiam amphitheatri (cap. XLVIII) vestigia detecta sunt (*praetorium* nominatur in titulis n. 644. 703. 704; *campus* fortasse n. 705); magnitudine vero ita inter se differunt, ut maxima aequent fere sex, minima tres *acres* Britannicos (id est iugera Borussica quinque ad novem). Praeterea in iis effodiuntur solita vitae Romanae vestigia, tituli, quos infra collectos habes, arae non inscriptae et anaglypha, arma, sigilla aenea et cretacea, supellex varii generis, nummi. Fieri sane potuit, ut castra illa a Romanis collocata sint in locis antea iam ab indigenis habitatis; notum enim est in provinciis recens occupatis saepissime Romanos opportunitate locorum, quos incolae veteres ad oppida condenda prudenter deligere solebant, usos esse ita, ut aut in ipso oppidorum peregrinorum situ aut prope eum castra et praesidia ponerent. Ad vallum id factum esse indicare videntur nomina stationum barbara pleraque aut ex barbaris derivata (vide quae infra dixi de Borcovicio cap. XLVIII), exceptis duabus (Ponte Aelio et Petrianis); sed cum nullae omnino in stationibus ad vallum sitis inscriptiones reliquiaeve repertae sint, quae tempus prodant Hadriano antiquius, duae vero stationes etiam nominibus originem Romanam eamque Hadriano coaevam demonstrent (Pons Aelius cap. XLII et Petrianae cap. LIII), stationes eodem tempore conditas esse existimabimus, quo vallum factum est, quamvis in locis fortasse ab incolis iam habitatis atque denominatis. Difficilior autem quaestio oritur de nominibus illis stationum. Testes antiquiores, quos habemus, Ptolemaeus potissimum, nullam nominat; servata est series earum apud recentissimos tantum, notitiam et Ravennatem. Eorum testimonia hic iuxta propono, additis militum numeris, quos ex titulis infra proponendis in singulis stationibus egisse discimus.

Notitia (c. 38 p. 113* Böck.):		Ravennas (5, 31 p. 432, 7 ss. Parthey):		Numeri militum in titulis reperti:
Sub dispositione viri spectabilis ducis Britanniarum:		*Iterum sunt civitates in ipsa Britannia quae recto tramite de una parte in alia, id est de Oceano in Oceano, existunt, ac dividunt in tertia portione ipsam Britanniam, id est*		
(praecedunt praefecti quattuordecim, praefectus legionis sextae Eburaci reliquique per 'castella Brigantum' dispositi)				
item per lineam valli:				
1 *tribunus cohortis quartae Lingonum Segeduno*	p. 432, 12 *Serduno*			cohors IV Lingonum
2 *tribunus cohortis primae Cornoviorum Ponte Aeli*				cohors I Thracum
3 *praefectus alae primae Asturum Conderco*	13 *Condecor*			ala I Asturum
4 *tribunus cohortis primae Frixagorum Vindobala*	14 *Vindovala*			praefectus numeri incerti
5 *praefectus alae Savinianae Hunno*	15 *Onno*			ala Sabiniana
6 *praefectus alae secundae Asturum Cilurno*	16 *Celunno*			ala II Asturum
7 *tribunus cohortis primae Batavorum Procolitia*	17 *Brocoliti*			cohors I Batavorum; cohors I Aquitanorum
8 *tribunus cohortis primae Tungrorum Borcovicio*	18 *Velurtion*			cohors I Tungrorum; cohors .. Pannoniorum?
9 *tribunus cohortis quartae Gallorum Vindolana*		p. 431, 11 *Vindolande*		cohors IV Gallorum; cohors I et III Nerviorum
10 *tribunus cohortis primae* (sic) *Asturum Aesica*	19 *Esica*			cohors II Asturum, cohors VI Nerviorum
11 *tribunus cohortis secundae Dalmatorum Magnis*		p. 431, 9 *Magnis*		cohors II Delmatarum; cohors I Hamiorum sagittariorum
12 *tribunus cohortis primae Aeliae Dacorum Amboglanna*		10 *Gabaglanda*		cohors I Aelia Dacorum
13 *praefectus alae Petrianae Petrianis*				
14 *praefectus numeri Maurorum Aurelionorum Aballaba*	p. 433, 2 *Avalana*			
15 *tribunus cohortis secundae Lingonum Congavata*				
16 *tribunus cohortis primae Hispanorum Axeloduno*	p. 433, 1 *Uxelludamo*			
17 *tribunus cohortis secundae Thracum Gabrosenti*		p. 430, 16 *Gabrocentio*		
18 *tribunus cohortis primae Aeliae classicae Tunnocelo*		15 *Iuliocenon*		
19 *tribunus cohortis primae Morinorum Glannibanta*		14 *Cantiventi*		
20 *tribunus cohortis tertiae Nerviorum Alione*				
21 *cuneus armaturarum Bremetennaco*		p. 431, 3 *Bresnetenaci veteranorum*		
22 *praefectus alae primae Herculeae Olenaco*		p. 430, 20 *Olerica*		
23 *tribunus cohortis sextae Nerviorum Virosido*				

Ut recte testimoniis hisce utamur videndum primum quoad extendatur tam in notitia quam apud Ravennatem series stationum per lineam valli.

Atque notitiae stationes duodecim priores re vera valli lineam sequi docent numeri militares in titulis reperti, quorum nomina adscripsi quosque inde ibi in castris fuisse discimus a saeculo secundo fere medio usque ad quintum. Quis enim casui tribuerit, quod mansionibus duabus Ponte Aelio et Vindobala exceptis numeri decem priores iidem, quos notitia enumerat, eodem ordine dispositi reperti sunt in titulis? Quod reliqui numeri in titulis nondum prodierunt, id aut casu factum esse potest aut propterea quod numeri illi castra mutarunt, ut saepe accidisse certum est. Nam e reliquis undecim stationibus duae tantum collocatae sunt aliqua cum probabilitate, Alione (supra cap. XXIX) et Bremetennacum (cap. XXVI); ambae autem a vallo satis longe distant. Iam inde sequitur minime omnes locos in notitia continue positos ad lineam valli referendos esse; neque eo rettulerunt antiquarii Britanni Olenacum (v. supra cap. XIX) et Virosidum (cf. cap. XXIV). Eodem autem iure, quo stationes hae quattuor ultimo loco enumeratae alibi quaeruntur, etiam quae antecedunt procul a vallo collocari possunt, si colloca-

tionis eius rationes idoneae extant; quo iure usi supra Uxellodunum posuimus in *Maryport* (cap. XXXIII). Petrianas (cap. LIV) diximus, cum ibi prope una saltem alae Petrianae memoria prodierit, collocari posse iuxta vallum; quamvis in statione ea quae Amboglannam sequitur in linea valli, hodie *Castlesteads* dicta, cohortium duarum tantum, IV Gallorum et II Tungrorum tituli reperti sint. Aballavae situm, quanquam certo definiri nequit, tamen ad vallum quaeri non posse, testimonio Ravennatis coniuncto cum paterae Rudgensis, cuius itinerarium ordine contrario procedit, efficitur;

patera:		Ravennas:
a Mais	p. 433, 3	*Maia*
Aballava	2	*Avalana*
Uxeloduno	1	*Uxelludamo*
Amboglanis		
Banna	p. 432, 20	*Banna*

Etenim si Uxellodunum recte collocavimus in *Maryport*, Maiae et Aballaba ad meridiem ab illo in ora maris Hibernici aut ad orientem quaerendae erunt, eoque ducunt tituli n. 415. 416 prope *Maryport* in *Papcastle* reperti, qui memorant *numerum Frisionum Aballavensium*; Bannae autem situs quaerendus a vallo versus septentriones (ut dixi ad titulum n. 830; cf. praef. cap. LIII et infra cap. LX). Apparet igitur stationes notitiae omnes inde ab Aballaba numerari ordine nobis adhuc ignoto; unde per se etiam Congavatam licuit in *Ilkley* ponere propter cohortem II Lingonum (v. supra cap. XIX p. 54), siquidem Olicana Ptolemaei non diversa est ab Olenaco et Olerica; quod non caret probabilitate quadam.

Apud Ravennatem similiter atque in notitia stationibus per lineam valli proprie dictis, ut nomina docent, duodecim (nam excidit altera Pons Aelius fortasse casu tantum, nona, undecima, duodecima extra seriem referuntur locis non suis) continuantur variis locis itinerariorum eius, quae quam confusa sint et quovis corruptelae genere infecta notum est, septem, quarum nomina in notitia redeunt; quattuor supra vidimus aliquo modo definiri posse; duas praeterea (*Bremenium* p. 434, 13 et *Evidensca* p. 434, 17) infra videbimus quaerendas esse a vallo versus septentriones ibidemque aliae sex, quas non enumero, secundum Ptolemaeum collocandae sunt. Sequuntur deinde stationes valli Caledonici, de quibus infra dicetur.

Itaque apparet apud testem utrumque stationes per lineam valli non extendi ultra Amboglannam, reliquarum vero quinque, quarum vestigia supersunt, nomina adhuc ignota esse. Id quod dudum perspexit homo sanissimi iudicii Ioh. Hodgson, cum haec scriberet (*hist. of Northumb.* 2, 3 p. 212): *the truth is, respecting the stations on the line of the wall west of* Amboglanna, *that not one of them has yet produced* (neque post eum illud accidit) *an inscription to corroborate the order of the* notitia, *or to prove that the names assigned to them from that authority by Horsley are correct. His and Gordon's coniecture that the same order in the Roman names of the stations may prevail in that authority from Burdoswald to the end of the wall at Bowness, as can be very satisfactorily seen in those from Tinemouth to Burdoswald, is very natural and plausible; but it wants concurrent testimony to confirm it.* Attamen vix credibile est stationes valli quinque occidentales, quarum vestigia certa supersunt, notitiae tempore nullos omnino numeros militum habuisse; unde non sine quadam probabilitate nomina item quinque in notitia servata, quae certis locis tribui nequeunt, scilicet Petrianas, Congavatam (quae apud Ravennatem aut omissae sunt aut latent in corruptelis), Gabrosentum, Tunnocelum, Glannibantam, stationibus illis quinque fuisse conieceris. Quod Aballava et Uxellodunum seriei illi interposita sunt, poterit fortasse ex situ locorum eorum excusari, item quod in fine adduntur stationes quattuor a vallo meridiem versus sitae Alione, Bremetennacum, Olenacum, Virosidum. Sed donec tituli militares reperientur, qui stationes illas quinque re vera vallares esse probent, de nominibus coniectura incerta manebit. Nolui vero omnino nomina tacere, sed adscripsi dubitationis signo addito, propterea quod fieri sane poterit, ut tituli aliquando prodeant, qui ibi quoque, ut in reliquis, notitiae testimonium confirment. De singulis autem stationibus dixi in singulorum capitum praefationibus.

Coniunxi vero cum valli stationibus Luguvallium, quanquam non videtur eo pertinuisse, propterea quod vallo et stationi quartae decimae tam prope adiacet, ut tituli eius ab huius stationis non facile distinguantur (v. praef. cap. LV).

Quae Camdenus (ed. VI p. 652) refert de tubulo aereo, ut accolae traderent, muro inserto inter singula castella, quo significari potuisset ubi loci hostium insultus timeretur, memor ipse similium quae de turribus Byzantii in epitome Dionis (74, 14 in fine) narrantur, item de plantis salutaribus, quas suo etiam tempore medici Scoti ad vallum colligerent utpote iam a Romanis ibi consulto e semine eductas (p. 653), ea inter reliquas vulgi de muro fabellas ponenda esse patet, quas scientem se praetermittere Camdenus affirmat, qualesque praeterea collegerunt Hodgson (2, 3 p. 287; cf. Bruce *wall* p. 176) aliique. Sed si indolem totius munimenti spectamus, quod inter sui generis exempla non multa, quorum vestigia vel testimonia habemus (comparavit ea iam Camdenus atque post eum accurate Hodgson, qui etiam muri Sinici descriptionem exhibet plenam), locum fortasse primarium obtinet, non limitem tantum fuisse muro firmatum perspiciemus, sed quasi castra ingentia ex minoribus inter se iunctis composita et undique tuta neque eo solum consilio facta, ut barbarorum incursiones in provinciam prohiberentur, sed etiam ut gentes bellicosae quamvis in provinciae formam diu redactae, in primis Brigantes, coercerentur (ut docet vallum meridionale) atque, id quod demonstrant portae castrorum castellorumque septentrionales, ut imperii fines, ubi opus esset, tuto inde etiam magis versus septentriones proferri possent.

Auctores titulorum ad vallum repertorum itemque historiae Northumbricae hi sunt.

1. Scriptor antiquissimus post eos, quos supra memoravi annorum 1572 et 1574, qui quidem titulorum describendorum causa vallum adiit, Ricardus Bainbrigg ludimagister Applebiensis est, de quo dixi in praef. cap. XXVIII 1. (supra p. 73). Iter vallense suscepit a. 1601, ut dixi in praef. cap. LVIII (cf. praeterea capp. XLV. LI. LII. LIII. LIV. LVIII). Partem valli Cumbricam tantum accuratius novit, similiter atque quicunque proxime secuti sunt. Titulos aliquot integros ad *Appleby* asportavit, ubi etiam exempla nonnullorum novicia in muro aedium collocavit, ut solebat; in universum autem in vallo quoque testem sese praebuit oculatum, quamvis non nimis diligentem. Schedis eius usus est Camdenus in editionibus potissimum V et VI.

2. Camdenus ipse a. 1599 cum Cottone a Cumbria profectus valli partes aliquot invisit atque in Northumbria fere usque ad Magnas processit (ed. VI a. 1607 p. 659, cf. praef. cap. LII); deinde regiones a vallo versus septentriones sitas adiit. Certe titulos Hunnenses duos (v. cap. XLV) Bainbriggio debet, ut alios non paucos; sed Magnenses duo per Cottonem ad *Connington* et deinde Cantabrigiam pervenerunt. Item aut ipse adiit Amboglannam (c. LII) aut per Cottonem quaedam inde habuit. Indidem titulos aliquot accepit descriptos a Gericio Germano (cf. etiam cap. LIV) et ab Anonymo quodam; in titulis ad *Castlesteads* repertis, item in Luguvalliensibus et Stanwicensibus pendet ex Nicolao Cowpland, Guil. Howard aliis. Praeterea quaedam reperiuntur in schedis eius, quae fortasse Sibbaldo Scoto tribuenda sunt (cf. cap. LII. LIII)). In universum paucis, quae habuit, usus est recte et prudenter; de vallo Pictico enarratio, quam descriptionibus Cumbriae atque Northumbriae interposuit, solitam scriptoris brevitatem et elegantiam exhibet.

3. Saeculo XVII et XVIII ineunte pauca, quae ad valli cognitionem accuratiorem facerent, accesserunt per Iohannem Speed (cap. LI), Guilelmum Dugdale in descriptione Cumbriae manu scripta, cuius mentionem feci cap. XXX praef. n. 3 (supra p. 77), Martinum Lister, Radulphum Thoresby (cf. n. 496. 617. cap. LI), Gibsonem (cap. XLVI. XLVII. LII. LIII), in cuius quarta editione (a. 1772 vol. 2 p. 195 s.) descriptio valli ab anonymo quodam facta circiter a. 1709 extat, Baxterum (n. 503), Hunterum (cap. XLVI. XLIX).

4. Eodem vero deinde saeculo XVIII Stukeleius vallum adiit (v. supra p. 8, 13) quaeque observaverat publici iuris fecit in itinerario curioso, in titulis vero quos profert a prioribus omnino pendet (cf. cap. XLIII. XLVIII).

5. Secutus est Alexander Gordon Scotus, de quo infra dicetur accu-

ratius. Is multa primus recte observavit titulosque non paucos descripsit et edidit, neque vero satis accurate (cf. capp. XLIII. XLVI. XLVIII. XLIX. L. LI. LIII. LIV).

6. Post eum Horsleius vallum accuratissime descripsit testis oculatus (p. 98 ss.) titulosque diligenter collectos edidit solita fide. Errasse eum interdum in titulis explicandis itemque in nominibus stationum definiendis meritae eius laudi nihil detrahit; fundamentum enim esse eius enarrationem similium scriptorum omnium, quae postea insecuta sunt, periegetae valli post eum primarii Hodgson et Bruce ipsi libentissime agnoverunt. Epistulis aliquot Horsleii ad Rogerium Gale usus est Hutchinson (infra n. 9).

7. Qui eodem fere tempore vel paullo post titulos aliquot vallenses protulerunt Rogerius Gale (cap. XLVIII. LI), Franciscus Swinhow (cap. LI. LII), Georgius Smith (cap. LII), baro Clerk Scotus (cap. LVIII), H. Rooke (cap. LIV) breviter tantum hic sunt memorandi; Ioh. Warburton autem, viae aliquando quae inter Pontem Aelium et Luguvallium tum primum sternebatur architectus, quanquam in tabula geographica Northumbriae (*a map of the County of Northumberland, by John Warburton, dedicated to George Augustus Prince of Wales,* circiter a. 1726; in spatio vacuo insignia nobilium Northumbricorum et tituli inscripti plus minus viginti repraesentantur) exempla titulorum ex lapidibus male excepta proposuit, tamen in libro, quem postea edidit (vallum Romanum; *or the history and antiquities of the Roman wall* cet. Lond. 1753/4 4.) ex Horsleio pendet totus (*'it is a reprint from Horsley'* Hodgson 2, 3 p. VII).

8. Inter scriptores historiae Northumbricae primus nominandus est Ioh. Wallis (*the natural history and antiquities of Northumberland* cet. Lond. 1769 2 voll. 4.; sed titulos paucos tantum habet sibi proprios.

9. Alter est Guil. Hutchinson (*a view of Northumberland, with an excursion to the abbey of Mailross in Scotland*, anno 1776. Newcastle 1778—80 2 voll. 4.), cuius historiam Cumbriae postumam supra iam memoravi (cap. XXX n. 8 p. 77), homo accuratus et diligens, sed in titulis excribendis parum exercitatus. Ex Camdeno et Horsleio titulos omnes repetivit, quos ut par est neglexi, in reliquis interdum profuit (cf. capp. XLV. XLIX. L—LIV. LVIII).

10. Ioh. Brand historiographus Pontis Aelii (cf. cap. XLII n. 1) volumine libri sui priore (p. 137 ss. cf. append. p. 601 ss.) accuratam valli enarrationem dedit, utpote testis oculatus (cf. capp. XLI. LII. LIII. LVII. LVIII) titulosque aliquot servavit solus.

11. A. 1801 Guilelmus Hutton Birminghamensis antiquitatis tantum amore et admiratione ductus (cf. Bruce *wall* p. 140) pedibus ab urbe patria ad *Carlisle* et deinde per lineam valli migravit migrationisque descriptionem edidit anno sequente (*the history of the Roman wall* cet. ed. I Lond. 1802, ed. II ibid. 1813 8.), titulum autem unum tantum descripsit Borcovicii (n. 640).

12. Lysons scriptor Cumbricus (de quo dixi cap. XXX n. 10 p. 77) in titulis stationum valli Cumbricarum utilem operam praestitit (cf. capp. LIII. LVIII).

13. E. Mackenzie (*an historical, topographical and descriptive view of the county of Northumberland* cet. ed. II Newcastle 1825 2 voll. 4.) titulos perpaucos aliunde satis notos protulit (1 p. 177 ss.), quos sprevi.

14. Singulari laude inter antiquarios Britannos post Horsleium, ut monui supra (p. 10), persequendus est Ioh. Hodgson, scriptor historiae Northumbricae, quam reliquit imperfectam (*history of Northumberland*; Newcastle, Part II voll. 3 1827. 1832. 1840, Part III voll. 3 1820. 1828. 1835 4.). Partis secundae vol. 3 edidit, Hodgsone adhuc vivo sed aegroto, a Iac. Raine; pars I ut opus terminaretur post mortem eius conscripta est ab Ioh. H. Hinde editaque a societate archaeologica Aelianensi, Newcastle 1858 4., eique volumini inest Brucii quaestio de valli auctore (v. infra n. 19). Hodgson enim vir patriae amantissimus cum quidquid ad eius historiam et descriptionem pertineret diligentissime perquirere atque collecta omnia plene et dilucide enarrare suum esse duceret, etiam de vallo deque reliquorum oppidorum castellorumve Romanorum in Northumbria sitorum antiquitatibus commentatus est copiose et erudite. Non mirabimur sane, quod neque errores omnino evitaverit in titulis aut describendis aut explicandis neque in rebus enarrandis verum ubique invenerit; sed admiratione dignum est, quod iudicio usus sano et recto paene ubique abstinuerit ab hariolationibus certaque a veri similibus distinguere sciverit. Ita verbi causa paene solus inter doctos Britannos, quorum permulti usque ad hunc diem decipi se passi sunt, Bertrami Ricardum Coriniensem damnavit (2, 3 p. 167 adn. *q*). Titulorum sylloge ab eo proposita eo incommodo laborat, quod stationes valli murumque seorsum describere voluit, ita ut quae ad unum eundemque locum pertinent non una proferrentur; praeterea ante Orellium titulos exhibuit versibus non divisis et typis simplicibus usus; in universum autem exempla eius accurata sunt fidemque omnem merentur. Schedis usus est praeter suas ipsius Lingardi medici tantum, qui a. 1807 valli aliquot partes invisit. Ante Brucium syllogen titulorum Britanniae septentrionalis longe uberrimam Hodgson composuit; sed liber eius, propter pretium puto et quod exemplis non ita multis impressus est, in Germania paene ignotus mansit. Epitomen descriptionis Northumbriae ante librum maiorem edidit in Brittonis *beauties of England and Wales* (cf. n. 564). De vita et scriptis Hodgsonis disseruit Iac. Raine, editor voluminis tertii partis secundae (*memoir of the Rev. John Hodgson* cet. Lond. 1857 8.; cf. *gent. mag.* 4, 1858 p. 36 ss.).

15. M. A. Richardson (*the local historians table-book* cet.; *historical division* Lond. 1841—1846 voll. 5, *legendary division* ibid. 1843—1846 voll. 3 8.) inter titulos plurimos ex scriptorum anteriorum libris desumptos (*hist. div.* 2 p. 244 ss., 4 p. 67 cet.), quos non citavi, interdum etiam sibi proprios exhibet, quos per Brucium licuit adhibere. Eiusdem scriptoris libellos aliquot citavi cap. XLII praef. n. 3.

16. Post Hodgsonem varii varia ad valli cognitionem contulerunt titulosque aliquot novos ediderunt, ut Ioh. Bell, cum primus catalogum musei Aelianensis ederet a. 1839 (v. cap. XLII praef. n. 3), I. Fairless (cf. cap. XLIV), C. R. Smith (*notes of a tour along the Roman wall* in *gent. mag.* 36, 1851 p. 383 ss. 503 ss., collect. ant. 2, 1852 p. 171 ss. et variis aliis locis; cf. cap. XLIV. LI—LIII), T. Surridge (v. infra cap. XLIV et LXI), Ioh. Clayton (cf. cap. XLVI), Ioh. Maughan (cf. cap. LII. LX); inprimis autem de valli titulis merita est

17. Societas archaeologica Aelianensis, *the society of antiquaries of Newcastle-upon-Tyne*, quae condita est saeculo hoc ineunte atque adhuc floret. Post primi anni relationem seorsum editam (*first annual report of the antiquarian society of Newcastle-upon-Tyne, being for the year 1813.* Newcastle 1814 4.) actorum eius duplex series prodiit (Archaeologia Aeliana: *or, miscellaneous tracts relating to antiquity, published by the society of antiquaries of N. u. T.* Newcastle 1822. 1832. 1844. 1850. 4 voll. 4.; *new series* ibid. 6 voll. 1857—1864 4.; plura equidem certe nondum vidi). Quae in actis illis ab Hodgsone, Brucio, Claytone, Antonio Hedley aliis edita sunt scripta varia de antiquitatibus valli consului, neque vero citavi ubique, cum quae huc faciant pleraque in Brucii potissimum libros recepta sint. Inprimis autem de epigraphia Britanniae merita est societas condito museo Aelianensi, quod syllogen titulorum in tota insula maximam continet. Ab hac societate diversa est *the Newcastle literary and philosophical society*, quae quantum scio antiquitates Romanas titulosque inscriptos minus curat.

18. Postquam a. 1852 instituti archaeologici Britannici conventus in *Newcastle* fuerat, editus est a societate ea liber miscellaneus ad antiquitates Northumbriae spectans *memoirs chiefly illustrative of the history and antiquities of Northumberland.* Lond. 1858 2 voll. 8.; Romani vero praeter tabulas aliquot geographicas ei nihil inest.

19. Ioh. Collingwood Bruce, civis Aelianensis reique divinae ut Horsleius et Hodgson minister, inter antiquarios Britannicos hodie princeps, postquam castellum urbis patriae descripserat (*a guide to the castle of Newcastle-upon-Tyne.* Newcastle 1847. 4.) variaque scripta ediderat in Archaeologia Aeliana de antiquitatibus Romanis Northumbriae, a. 1849 vallum Hadriani universum una cum aliquot amicis invisit (cf. *preliminary notes* in *assoc. journ.* 5, 1850 p. 201 ss. et R. Abbott *a history of the Picts or Romano-British wall* cet. s. l. 1850 8.; cf. *gent. mag.* 33, 1850 p. 187) descriptionemque eius primum edidit biennio post (*the Roman wall; an historical and topographical description of the barrier of the lower Isthmus extending from the Tyne to the Solway, deduced from numerous personal surveys.* Lond. 1851 8.; cf. *gent. mag.* 35, 1851

p. 147 ss.), quae cum plausu universo accepta esset, post alterum biennium repetita est (*second and enlarged edition.* Lond. 1853 8.). Non substitit scriptoris industria in hoc libro quamvis bonae frugis pleno; sed cum inter homines rerum antiquarum in regionibus illis gnaros patriaeque amantes quaestio illa de valli auctore, utrum Hadrianus fuerit an Severus, tam acriter disceptaretur, quam controversiae publicae inde ab aliquot saeculis solent disceptari inter Britannos, atque ita fere ut homines Cumbrici a Severi partibus stare solerent, ab Hadriani Northumbrici (cf. Rob. Bell *the Roman wall, an attempt to substantiate the claims of Severus to the authorship of the Roman wall.* Nook, Irthington s. a. 8.), de quaestione illa commentationem Archaeologiae Aelianae insertam seorsum edidit auctam (*Hadrian the builder of the Roman wall* cet. Lond. 1853 4.) neque vero adversariis persuasit (vide *a Cumbrian mural controversy, the question 'Who built the Roman wall?' illustrated.* Lond. 1857 8.; cf. *gent. mag.* 2, 1857 p. 339), quanquam postea quaestionem denuo tractavit in Hodgsonis historiae Northumbricae volumine primo (p. 25 ss.; v. supra n. 14). Praeterea musei Aelianensis titulos descripsit accurate (Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 221; qui catalogus etiam seorsum prodiit auctus et ita inscriptus '*an illustrative and descriptive catalogue of the inscribed and sculptured stones of the Roman period belonging to the society of antiquaries of Newcastle-upon-Tyne, preserved in the museum in the castle*'. Newcastle 1857 8.; cf. *gent. mag.* 9, 1860 p. 246 ss.). Ita labore continuo praeparatus librum suum de vallo tertium ita edidit, ut plane novus evaserit, id quod in praefatione ipse statuit, atque dedicavit eum Iohanni Clayton (*the Roman wall, a description of the mural barrier of the North of England.* Lond. 1867 4.; cf. *archaeol. journ.* 21, 1864 p. 276; *gent. mag.* 4, 1867 p. 742), adiutus inprimis tabula Maclauchlani, de qua statim dicetur, atque non solum quaecunque effossionibus recentibus ad prius iam nota accesserunt accurate persecutus est, sed etiam universam de vallo deque singulis stationibus quaestionem retractavit. Ego hanc ubique libri inter fontes epigraphiae Britannicae primarii editionem adhibui; raro tantum editionem secundam citavi, scilicet ubi titulos in tertia omissos exhibet. Qui praeterea prodierunt Brucii libri minores (*handbook for Newcastle-upon-Tyne.* Newcastle 1863 8.; *the Wallet-book of the Roman wall, a guide to pilgrims journaying along the barrier of the lower Isthmus.* Lond. 1863 8.; *guide to the Roman wall.* Lond. 1867 8.) maioresque (ut liber de rupibus signatis, quem indicavi in fine praefationis ad cap. LII), a me omitti potuerunt, cum novi nihil adderent. Sed consilio et auctoritate ducis Northumbriae eius, qui fuit, et impensis eiusdem atque societatis archaeologicae Aelianensis, cui Bruce ab epistulis est, nuper opus epigraphicum etiam maius aggressus est, scilicet quod monumenta Romana omnia tam inscripta quam sculpta, quae reperta sunt in regionibus Britanniae septentrionalibus, complectitur, atque labore indefesso partes eius primam et alteram iam publici iuris fecit (lapidarium septentrionale: *or a description of the monuments of Roman rule in the North of England. Published by the society of antiquaries of Newcastle-upon-Tyne. Part I. II.* Newcastle 1870 et 1871 fol.). Schedas ad partes reliquas collectas scriptor mecum iam tum communicavit liberalissime, cum a. 1866 vallum adii atque a Ioh. Clayton in *Chester* hospitaliter exceptus sum; inde ab illo tempore commercio epistularum mutuo recens reperta mihi subministrat meisque observationibus, ut in libri sui de vallo editione tertia iam fecerat, in lapidario utitur. Quare si haec mea sylloge in titulis Britanniae septentrionalis, quos ipse non vidi, fidem omnino meretur ut fidem eam mereri spondere possum, id Brucii paene solius amicitiae et industriae debetur.

20. Dux Northumbriae, de cuius antiquitatum patriarum collectione in castello *Alnwick* servata infra dicetur cap. LXV, eo potissimum regionum septentrionalium, quales fuerint tempore Romanorum, cognitionem accuratiorem promovit, quod viarum et oppidorum vestigia diligenter perscrutanda et in tabulis geographicis depingenda curavit. Perfecit opus illud eius iussu per totam valli lineam is, qui etiam viae *Watling-street* metiendae et pervestigandae institit, ut vidimus (cap. XXXIV), Henricus Maclauchlan. Tabulae eius valli ita inscriptae sunt: *the Roman wall, and illustrations of the principal vestiges of Roman occupation in the North of England* cet. *From original surveys made by direction of H. G. the Duke of Northumberland, K. G., patron of the society of antiquaries of Newcastle-upon-Tyne. Printed for private distribution.* 1857 fol. Tabulis accedit eiusdem Maclauchlani narratio docta et accurata: *memoir written during a survey of the Roman wall, through the counties of Northumberland and Cumberland, in the years 1852—1854, made by direction of H. G. the Duke of Northumberland* cet. Lond., *printed for private circulation*, 1858 8. Maclauchlani opera factum est, ut de valli muri stationum situ nulla iam supersit dubitatio; solidissimo hoc fundamento totam de vallo quaestionem niti supra iam dixi.

Tituli stationum vallensium qui supersunt in museis publicis privatisque non paucis servantur, exceptis non multis, qui in ipsis stationibus extant, veluti Amboglannae (cap. LII). In valli parte orientali reperti plerique collecti sunt in museis Aelianensi et Cilurnensi, inprimis Cilurnenses, Borcovicienses, Magnenses; pauci inde ad *Alnwick castle* in museum ducis Northumbriae (n. 587. 593. 598. 602), nonnulli Londinium in museum societatis antiquariorum in *Somersethouse* pervenerunt. Amboglannenses et stationum vicinarum olim in *Naworth castle* collecti inde dispersi sunt in collectiones diversissimas, quas ibi (cap. LII) enumeravi. Stationum maxime occidentalium aliquot servantur in *Lowther castle* apud comites *Lonsdale*; eorum mihi ectypa nuper misit A. W. Franks Londiniensis (cf. n. 570. 948. 948*a*). Itaque quanquam valli partem ipse adii, tamen amicorum potissimum cura factum est, ut etiam titulorum in ea valli parte quam non adii superstitum, qui magna ex parte lectu difficiles sunt, exempla proponere possem in universum bona ac fide digna.

XLI. SEGEDVNVM,

STATIO PER LINEAM VALLI PRIMA

(Wallsend).

Accedunt *Jarrow, Southshields, Tynemouth.*

Cum notitia (p. 113* 23), ut vidimus, *tribunum cohortis quartae Lingonum Segeduno* (*Serduno* Ravennatis 5, 31 p. 432, 12) ponat, dubitari potest, utrum in *Tynemouth*, ubi repertus est titulus (n. 493) a praefecto cohortis eius dedicatus, an in castrorum reliquiis ad *Wallsend* Segedunum sit collocandum. Hoc eo commendatur, quod reliqua castra, si a *Wallsend* numeraveris, recte procedunt, ut infra videbimus; contra si a *Tynemouth* inceperis, Condercum in *Wallsend* caderet, quod non convenit cum militum numero ibi collocato. Camdenus soni similitudine ductus Segedunum posuerat in *Seghill* vico circiter m. p. V Anglica a vallo versus septentriones sito. Verum vidit Gordon (it. sept. p. 70), qui vallum incipere perspexit prope *Cousinshouse*. Est haec villa rustica ab avunculo quodam Horsleii extructa et ita denominata (cf. Horsley p. 207 *Northumb.* 1), in qua extabant tituli n. 488—492 ex muro Romano valli sine dubio eo translati; hodie appellatur *Carville Hall*, tituli vero illi aut perierunt aut translati sunt in museum societatis antiquariorum Aelianensium. De castrorum reliquiis ad *Wallsend* videantur Maclauchlan (*memoir* p. 6) et Bruce (*wall* p. 88 ss).

Prope *Tynemouth* castelli reliquiae quidem non videntur superesse, sed ipsa loci natura itemque lapides inscripti ex vicinia certe ad prioratum extruendum advecta castellum ibi fuisse indicant ab iisdem, ut videtur,

militibus atque Segedunum occupatum, ut iam *Brand* et *Hodgson* perspexerunt. Ceterum hic quoque milites legionum secundae et sextae muro extruendo operam navasse tituli docent (n. 487—491. 494); contra scutum legionarii legionis VIII (n. 495) sine dubio cum vexillatione eius legionis e Germania eo delatum est. De *Tynemouth* seorsum scripsit

Guil. Sydney GIBSON (*the history of the monastery founded at Tynemouth, in the diocese of Durham, to the honor of God under the invocation of the blessed virgin Mary and S. Oswin, king and martyr*. Lond. 1846/7 2 voll. 4. cf. *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 366 ss.) titulosque protulit aliunde iam notos.

Consentaneum est ut oram Tinae septentrionalem, ita meridionalem etiam castellis non fuisse omnino destitutam. Itaque cum Segedunensibus coniunxi titulos in locis comitatus Dunelmensis *Southshields* et *Jarrow* repertos, quorum hic Caracallae mentionem facit (n. 496), ille (n. 498) ad opus valli ab Hadriano conditum aliquo modo certe pertinet, sed propterea quod parum integer servatus est, plene intellegi nequit. Verbo monendum est de titulo falso n. 10*; nam paene nemo repertus est quem falleret.

486 In *Wallsend* rep., periit.

i O m

Horsley p. 208 *Northumb.* 6 (inde Warburton vallum p. 27, 6; Goughs Camden 3 p. 513; Bruce lapid. p. 14, 10) qui supplevit.

487 In *Wallsend* rep.; servabatur apud Ioh. *Reay*, postea periit.

LEG II AVG

Bruce *wall* p. 91, lapid. p. 12, 4.

488 *Cousinshouse*, in muro HORSL.; postea apud Horsleium, nunc in *Newcastle* in museo (sine numero).

CHo · I ·
ƴ FLoR

Contuli. Horsley p. 207 *Northumb.* 1 cf. p. 208 et 343 (inde Warburton vallum p. 26, 1; Goughs Camden 3 p. 513; Hodgson 2, 3 p. 280); Newton p. 113, 63; Brand *Newcastle* 1 p. 604; Bruce *wall* p. 91, lapid. p. 13, 5.

2 ƴ FIARI Horsl. errore, quem correxit Brand.

489 *Cousinshouse,* in muro HORSL. Videtur perisse.

COH X
ƴ IVSTINI ƴ
SECVNDI

Horsley p. 208 *Northumb.* 3 (inde Warburton vallum p. 27, 3; Hodgson 2, 3 p. 280; Bruce lapid. p. 13, 8).

cohortis X ↄ(*centuria*) *Iustini*, ↄ(*centuria*) *Secundi*

490 *Cousinshouse,* in muro HORSL. Nunc *Newcastle* in museo.

COH · V
ƴ SIINTI
PRISCI

Contuli. Horsley p. 208 *Northumb.* 4 (Warburton vallum p. 27, 4; Goughs Camden 3 p. 513; Hodgson 2, 3 p. 280); Bruce lapid. p. 13, 6.

1 COH X Horsl., COLU Bruce; ego mihi visus sum V litterae reliquias agnoscere. 2 ƴ SIINSI Horsl., Ↄ SIINSI Bruce in tabula.

491 *Cousinshouse*, in muro HORSL. Videtur perisse.

COH II
ƴ VARI
CELERI

Horsley p. 208 *Northumb.* 2 (inde Warburton vallum p. 26, 2; Goughs Camden 3 p. 513; Hodgson 2, 3 p. 280).

492 *Cousinshouse*, in muro HORSL. Videtur perisse.

ƴIVVS
ƴIC
Ↄ S L

Horsley p. 208 *Northumb.* 5 (inde Warburton vallum p. 27, 5; Goughs Camden 3 p. 513; Bruce lapid. p. 14, 9).

Videtur fuisse militis alicuius legionis VI victricis.

493 *Tynemouth,* ara rep. a. 1783 in fundamentis aedificii alicuius ad ecclesiam prioratus pertinentis. *Major Dumford*, qui repperit, dedit societati antiquariorum Londiniensi, quae servat ibi in *Somersethouse.* Ara alta ped. 3 dig. 1, lata ped. 1 dig. 5, litteris bonis.

I · O · M

culter, praefericulum, bucranium, secespita	AEL · RVFVS PRAEF · COH IIII · LINGO	*patera ansata inter angues duos*

NVM Φ

Contuli. M. Green *gent. mag.* 56, 1786 p. 825 tab. 2 fig. 2—4; Brand Archaeologia 8, 1787 p. 326 tab. 21 fig. 1 et *Newcastle* 2 p. 65 tab. n. 11; Goughs Camden 3 p. 514 tab. 32 fig. 14; Th. Hodgson Archaeologia Aeliana 1, 1822 p. 231 ss.; I. Hodgson *hist. of Northumberland* 2, 3 p. 169; W. S. Gibson *Tynemouth* 1 p. 9 (inde *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 367); A. Way *catalogue* p. 7; Bruce *wall* p. 92, lapid. p. 10, 1 (Wright *the Celt* p. 258; *Annuaire de la soc. des antiq. de France* 1852 p. 161).

Lectio certa est.

494 Rep. in *Tynemouth* a. 1783 et servata Londinii in *Somersethouse* una cum praecedente; basis alta dig. 22, lata 21; litteris bonis.

ƴ ////////// I CRIC V ///////
LYPVM CVM BASI
ET TEMPLVM
FECIT · C · IV//////
MAXIMINVS ////
LEG · VI VI /////
EX · VOTO

Contuli. M. Green *gent. mag.* 56, 1786 p. 825 tab. 2 fig. 5; Brand Archaeologia 8, 1787 p. 327 tab. 21 fig. 4 (inde Newton p. 111, 51) et *Newcastle* 2 p. 65 cf. p. 595; Goughs Camden 3 p. 514 tab. 35 fig. 15; I. Hodgson *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 170; Th. Hodgson Archaeologia Aeliana 2, 1832 p. 297 et W. S. Gibson *Tynemouth* 1 p. 9 (inde *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 367); A. Way *catalogue* p. 7; Bruce *wall* p. 307, lapid. p. 11, 2 (Wright *the Celt* p. 175).

1 om. Green Brand, ... VIVI V .... Bruce. 2 PVM CVMBA Green, GYRVM CVMBAS Brand, ГYPVM CVM BA Gough, CIPPVM CVM BASI Pegge (Archaeol., CYPVM C. R. Smith et Th. Wright), L- YPVM CVMBAS Bruce. Mihi L satis certa visa est.

Vv. 1 et 2 lectio incerta est. Nec *gyrum, cumbas* Brandii, nec *cypum cum basi* Ioh. Hodgsonis, nec McCauli (*Britanno-Roman Inscriptions* p. 144) *scypum cum basi* ferri possunt, propterea quod elementum primum tantum esse potest aut L aut E, aut fortasse etiam T vel I. Per se *typus* tolerari posset, cf. Lampridius v. Elagab. c. 3 et 7 *Matris typus*, itaque et ipse conieci in re praesenti *dei invicti Mithrae* aut *Matris Magnae typum.*, quod iam propositum esse a Thoma Hodgson ego tum ignorabam. Sed cum L magis etiam commendari visa sit,quam I, nullum invenio supplementum praeter [*Iovis s*]*ignu*[*m anag*]*lypum.* Verum quidem est, basim statuam magis requirere quam anaglyphum (unde etiam Mommseno coniectura mea prior de typo placuit); sed etiam anaglypha in basi collocari potuisse et collocata esse probari potest. V. 4 *C. Iu*[*lius*] *Maximinus* miles aut fortasse centurio (si v. 6 in fine excidit ƴ, quod non credo) legionis VI Brandio aliisque post eum visus est imperator C. Iulius Verus Maximinus esse, qui *diu sub Antonino Caracallo ordines duxit, centuriatus et ceteras militares dignitates saepe tractavit* (Capitolinus v. Maxim. duor. cap. 4). Quod nec refelli potest nec probari, quanquam Veri cognomen abest; litterae visae sunt saeculi secundi exeuntis esse.

495 In alvo *Tyne* fluvii ad ostia eius a. 1867 rep. est umbo aereus scuti Romani, quem servat Guil. *Greenwell* Dunelmi. Ornamenta in novem partes distributa sunt ita, ut medium obtineat aquila, in angulis quattuor tempora anni puerorum habitu repraesententur varias res gestantium, supra Martis, infra bovis gradientis, ab utroque latere signorum militarium imagines exhibeantur. In extremo margine dextro eius qui possidebat nomen punctis inscriptum est.

	Puer nudus velum supra caput extendens (ver)	*Mars galeatus, scutum et hastam porrigens*	*Aestas falcem tenens*
	LEG VIII		AVG
	signum militare in manum supra desinens	*Aquila ramum lauri rostro tenens*	*signum militare in manum supra desinens*
locus tituli	*Autumnus s. uvam, d. quasillum tenens*	*bos gradiens cum luna crescente et tribus astris*	*Puer tunicatus velum supra caput elevans (hiems)*

Ↄ IVL MAGNI IVNI DVBITATI

Bruce lapid. p. 58, 106 aeri incisam exhibet accuratissime (cf. *Archäol. Zeitung* 1870 p. 17). De lectione iam nequit dubitari; videtur is qui insculpsit M litteram errore ita exhibuisse MA. Reliqua certa sunt.

Legionem VIII Augustam sub Augusto in Pannonia inferiore, sub Vespasiano in Moesia, postea in Germania superiore, Argentorati potissimum et Mogontiaci castra habuisse constat; vexillatio autem eius expeditioni Britannicae Hadriani interfuit (cf. Henzen 5456). Bovem signum fuisse legionis octavae coniecit Bruce propter nummum Carausii, in quo bos est cum inscriptione LEG·VIII·AVG (Cohen *monnaies de l'Empire* 4 p. 386. 5 p. 520). Cf. infra n. 570.

Similis umbo aeneus argento inlitus et inscriptus prope Mogontiacum repertus una cum duobus aliis simplicioribus servatur in museo Wiesbadensi (Lindenschmit *die Alterthümer unserer heidnischen Vorzeit* I fascic. 5 tab. 5).

Lege *o(centuriae) Iul(ii) Magni, Iuni(i) Dubitati*

496 In *Southshields* rep., deinde Eburacum missa ad Listerum, inde *to Norwich to one Mr. Gile's* HORSL. Inde a Chandleri tempore extat Oxonii in museo, sed litteris paene prorsus deletis.

. . . . . .
CONSERVATO
RI PRO *SALV*
E M · *AVREL*
ANTONINI
AVG Γ ⊟ IMP
////////////////////
////////////////////
//////////P⊟ENS
OBREDITV

Contuli ut potui (cum exemplo Chandleri). M. Lister *philos. transact.* 13, 1682 p. 70 tab. 1 fig. 1—5 (inde Gale it. Anton. p. 9; Mur. 73, 4 et 111, 2 ex actis erudit.; Horsley p. 287 *Durh.* 2 cf. p. 186. 351 et praef. p. X (inde Goughs Camden 3 p. 372 tab. 2; Orell. 2077; Hodgson 2, 3 p. 229); Chandler marm. Oxon. p. 3 tab. 1 fig. 3.

V. 2 in basi ipsa summus est neque supersunt vestigia v. 1 ulla in capite eius; tamen videntur excidisse litterae I·O·M. 2 IS MAR List., Horsl., . . IS . . . MAR Chandl. Unde legerunt *dis matribus*. CONSERVATO|RI. B. PROS . . Dr. *Johnson of Pomfret* apud Listerum, quod ego, cum lapidem vidi, ignorabam; B Φ PROSALV List. 6 AVG IM List., Chandl., AVG *pII* Fel Horsl. (ex coniectura potius), IMP·X ego, sed X incertam esse adnotans. 9 LV BENSM List., Chandl., Horsl., fortasse recte, ... IIFENSE ego.

[*I(ovi) o(ptimo) m(aximo)?*] *conservatori pro salute M. Aurel(i) Antonini Aug(usti) imp(eratoris)* [. . . . . *lub*]*ens? ob reditu*

497 *Southshields*, fragmentum nuper repertum (1732).

/M|◁

Horsley p. 287 *Durh.* 3. *M* littera sola videtur superesse, reliqua ornamenta sunt.

497*a* *Southshields, lying at the north west corner of the station.* Postea per Hunterum pervenit Dunelmum, ubi servatur in bibliotheca capitulari. In lateribus urceus et patera, in postica culter est; titulus autem prorsus deletus est.

Horsley p. 286 *Durh.* 1 (Goughs Camden 3 p. 372).

498 *Jarrow*, fragmenta duo rep. 1782 in muris ecclesiae. In lateribus sunt ornamenta aevi Saxonici. Fragmentum primum possedit BRAND, post mortem eius HODGSON, qui addit, *I gave them into the custody of Cuthbert Ellison, Esq., of Hebburnhall, where they are now preserved.* *a*, quod altum est ped. 1 dig. 11 et latum ped. 1 dig. 9, servatur Londinii apud societatem antiquariorum in *Somersethouse*, *b*, altum ped. 1 dig. 11, latum ped. 1 dig. 11, in *Newcastle* in museo. Margo laevus in utroque fragmento superest; scriptura simillima, item mensurae, ut facile eiusdem lapidis esse crediderim, neque vero certo spondere ausim. Litterae in utroque optimae sunt saeculi secundi puto exeuntis.

a
DIFFVSIↃ
PROVINC
BRITANNIA · AD
VTRVMQVE · C
EXERCTVS · N
////////

b
OMNIVM · FIL
//////// HADR
A · NECESSITAT
VATIS⊟''NORP
\\F''MMINC
\C PI VS

Contuli fragmenta ambo. Brand *Newcastle* 2 p. 62 (inde Hodgson 1 p. 50 [*a* solum] et 2, 3 p. 231; Surtees *Durham* 2 p. 68; Archaeol. Aeliana 1, 1857 p. 248 [*b* solum]); Bruce *wall* p. 309.

a 1 DIFFVSIS Brand, DIFFVSI Bruce. 5 in fine initium M litterae (non N) vidimus Bruce et ego. 6 om. Brand, . . IIV . . . . Bruce.

b 1 FIL Brand; magis puto D litteram indicari. 2 Utrum initio in lapide aliquid scriptum fuerit necne mihi non plane liquebat, cum lapidis superficies imbribus exesa sit; Brand et Bruce spatium vacuum exhibent. 3 ANIGISS FIAT Brand, ANICESCHAT Bruce. 4 VATIS II Brand, /VATIS\ . . IN CRR Bruce. Fortasse VATISSIMO · R · P legendum esse conieci in re praesenti. 5 SITF II Brand, II P ININC Bruce. 6 om. Brand, II . . . C Bruce.

De antiquitate omnino non est dubitandum. In titulo insigni, quanquam plene restitui nequit, tamen probabile est commemoratos esse exercitus magnos, diffusos per castra in provincia Britannia collocata inter utrumque oceani litus, fortasse propter res gestas, quae omnium fidem et virtutem probaverunt, ab imperatore Hadriano collaudatos dira tantum necessitate coactos abstinuisse ab ultimo orbis noti limite subiciendo, conservatis tunc rei publicae finibus, vel quae sunt similia.

XLII. PONS AELIVS,

STATIO PER LINEAM VALLI SECVNDA

(Newcastle-upon-Tyne).

Accedunt partis valli orientalis inscriptiones incertae.

Quanquam *cohortis IV Cornoviorum*, cuius tribunum notitia (p. 113* 25) *Ponte Aeli* ponit (Ravennas 5, 31 p. 432 mansionem hanc omisit), neque in *Newcastle* nec alibi in Britannia tituli ulli prodierunt, tamen quin hodierna *Newcastle* in ipso castrorum pontis Aelii situ collocata sit dubitari omnino nequit. Pontem denominatum esse ab imperatore Hadriano, qui extruxisse putandus est, iam Pancirolius et Camdenus recte coniecerunt; in eo tantum erraverunt, nisi fallor, quod nomen ita ut notitiae codices scripti tradunt fuisse statuerunt Pontem Aelii (in quo consentientes habuerunt antiquarios omnes tam Britannos quam exteros, qui insecuti sunt), cum Pontem Aelium ex usu antiquitatis constanti solum probari posse manifestum sit. Reperta autem sunt in ipsa *Newcastle* certissima castrorum vestigia ipsiusque pontis supra Tinam reliquiae neque alia fuerunt unquam inter Segedunum et Condercum castra, quae in censum venire possint. Accesserunt nuper etiam tituli aliquot (n. 499—502) et varia fragmenta operis tectonici, anaglypha cet. non scripta. Quae omnia servantur una cum multitudine titulorum ex plerisque valli stationibus aliisque castris Romanis per *Durham* et Northumbriam sparsis in museo societatis archaeologicae, quod est in conclavibus obscuris sane et angustis castelli Normannici prope pontem ferreum siti (*the Castle* vel *the Keep* vulgo dicti). De catalogo eius musei deque societatis archaeologicae Aelianensis scriptis vide praemonita de vallo supra p. 106. Horsleii tempore tituli in *Newcastle* ipsa nondum reperti erant (p. 208); itaque referuntur ab iis tantum scriptoribus, qui post eum de vallo commentati sunt.

De oppidi historia seorsum scripsit

1. Ioh. BRAND (*the history and antiquities of the town and county of Newcastle-upon-Tyne*. Lond. 1789 2 voll. 4.), auctor diligens et fide dignus, ut supra iam dixi. Fragmentum tituli ad *Beeshouses* prope *Old Walker* repertum et ab eo solo relatum vide infra inter miliarios.

2. Ioh. BELL primus musei Aelianensis titulos breviter enumeravit (*a catalogue of the Roman altars and inscribed sculptured stones in the collection of the Society of Antiquaries of Newcastle-upon-Tyne* in *gent. mag.* 12, 1839 p. 183 ss. et p. 633 ss.); sed cum multi postea accesserint meliusque omnes descripti sint a Brucio, catalogum illum antiquiorem neglexi. Postea idem Bell, nisi fallor, syllogen ectyporum ex titulis musei illius potissimum desumptorum proposuit instituto archaeologico Britannico (*York meeting* 1846 p. 10).

3. M. A. RICHARDSON libellis variis (*the history and antiquities of Newcastle-upon-Tyne and Gateshead.* Newcastle 1846 4.; *a Guide through Newcastle-upon-Tyne and its vicinity.* Newcastle 1846 8.; cf. *assoc. journ.* 2, 1847 p. 214 s.) urbis historiam illustravit, titulos vero non respexit.

Commodum visum est cum huius stationis titulis contribuere incertos aliquot in museo, quod in *Newcastle* est, servatos, quos, quanquam de locis unde provenerint certi nihil traditum est (ut Brucio auctore affirmare possum, qui commentarios societatis archaeologicae Aelianensis frustra de iis se consuluisse mihi scripsit), tamen probabile est provenisse ex stationibus valli inter Segedunum et Vindolanam sitis. Non multi sunt neque memorabiles (n. 502 *b*—*h*); adieci iis fragmenta duo servata Londinii originis item incertae, quorum alterum certo ad vallum pertinet (n. 502 *i*), alterum vero (n. 502 *a*) ex septentrionalibus tantum Britanniae regionibus provenisse noverunt musei Britannici curatores.

499 *Newcastle*, ad annum 1858 inserta muro aedium privatarum (*the premises formerly occupied by the Messrs Mitchell, the printers of the Tyne Mercury*) *in St. Nicholas' churchyard*; servatur nunc in museo. Anaglyphum cum titulo longum est ped. 2 dig. 1, altum ped. 1 dig. 6.

Matres tres sedentes

DE MATRIBVS TRAMARINIS *bu*
A PATRIS AVRELIVS IVVENALIS *s*

Contuli. Bruce *wall* p. 405, lapid. p. 16, 12.

Dea[bus] matribus tramarinis patri(i)s Aurelius Iuvenalis

---

500 *Newcastle*, ara rep. a. 1843 in muris turris dictae *the Whitefriar tower;* servatur in museo. Alta est dig. 16, lata $9^1/_2$.

D O
SILVANO
SVAIV

Contuli. G. B. Richardson *gent. mag.* 21, 1844 p. 209 et Archaeologia Aeliana 3, 1844 p. 148; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 268, *catalog.* p. 48, 162, *wall* p. 105, lapid. p. 15, 11.

1 DEO Richards., D‖O in lapide est, sed hastae duae mediae aperte ad ornamenta arae pertinent.

De *do* forma pro *deo* cf. supra n. 181. 234. 273.

501 *Newcastle*, rep. a. 1864 in coemeterio monasterii fratrum alborum (*Whitefriars*), *in Mr. Spoors premises in Clavering Place*, servatur in museo. Lapis longus est dig. 13, altus 10.

COHĪ ◦ ĦI
RACVM
palma

Contuli. Bruce *wall* p. 103, lapid. p. 17, 13.

---

502 *Newcastle*, olim in *a garden-wall at Heaton Flint Mill* (HODGS.), quo pervenit fortasse ex castello miliario prope *Byker*. Nunc in museo; lapis longus ped. 2, altus ped. $1^1/_2$. Litterae sunt pessimae.

C IVLI NVMISIA
NI VLPIVS CAN
ALIVS
IIT L GOVT IVS

Descripsi cum cura. Hodgson 2, 3 p. 280; Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 223; Bruce *catalog.* p. 3, 4, lapid. p. 17, 14 (*wall* p. 97 citatur tantum).

V. 4 lacuna in lapide est nunquam inscripta.

Hodgson ita legit *C. Iuli. Misia|n. Iul Pius Cam|millus|iiti soutius*, addens *the above is as good a guess at a copy as Ican make in type;* Bruce ita: *C. Iulian. Misia|ni Ulpius Can|alius| iit l. goutius.*

c(enturia) Iuli Numisiani Ulpius Canalius et L(icinius?) Goutius

502*a* Londinii in museo Britannico, arula alta dig. 9, quam FRANKS nuper emit *at the sale of Mr. Boynes curiosities, who had found it used as a door weight at Messrs Sotheby's auction rooms, and begged it from them.* Aut ex Northumbria aut ex comitatus Eburacensis partibus septentrionalibus provenisse putat FRANKS. Magnis tribuit BRUCE, propterea quod ibi repertae sint arae similes n. 767. 768. Sed hoc valde incertum esse apparet.

N · VITI
RIBVS
VOTVM

Contuli. A. W. Franks *proceedings of the soc of antiq.* ser. II 3, 1867 p. 440; Bruce lapid. n. 306.

N(uminibus) Vitiribus votum

502*b* In *Newcastle* in museo; ara superne fracta.

H VETE
RIBVS

Contuli. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 267, *catalog.* p. 47, 156.

502*c* Originis incertae, in *Newcastle* in museo. *A square slab, ornamented on the sides with circles containing a cross within each. The inscription, which has consisted of at least six lines, is nearly effaced* BRUCE.

ϒ PRIM/// /I
\/// ⅿ VIT
I V/////////
SV /////
5 FL·SECVND///
P R E F

Descripsi. Bruce Archaeol. Ael. s. n. 1, 1857 p. 242; *catalog.* p. 22, 63 qui v. 1 et 6 tantum attulit ita ϒPRIA .... et P·R·E·F.

o (*centuria*) *Prim*[*iti*]*vi* ..... *su*[*b cura*?] *Fl*(*avii*) *Secund*[*i*] *pref*(*ecti*)

502*d* In *Newcastle* in museo.

CO IV PR

Contuli. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 241, *catalog.* p. 21, 60.

502*e* *Newcastle*, in museo, originis incertae.

COH VIII
ϒ VALS VIT////

Descripsi. Bruce Archaeol. Aeliana 1, 1857 p. 247, *catalog.* p. 27, 90 qui iterata lectione priorem emendavit, quae fuit COH ... | ϒ VALSVEL. Ego v. 1 tantum COH..... vidi. 2 in fine VLI/// Bruce.

502*f* *Newcastle*, in museo, originis incertae.

// COH //
S VAL
/////////

Descripsi ut potui. Bruce frustra lectionem se tentasse neque de origine quidquam resciscere potuisse scripsit in epistula ad me data.

502*g* *From the wall.*

IVLI PRI

C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 196 tab. 48 fig. 8.

502*h* *Newcastle*, in museo, originis incertae. *A centurial stone, illegible* BRUCE.

//O VI
VSI
AIASI///

Descripsi ut potui. Bruce *catalog.* p. 22, 67 qui interrogatus a me de origine et lectione nihil amplius se comperisse affirmavit.

502*i* Londinii, iu museo societatis antiquariorum (*Somersethouse*), originis incertae, sed ad vallum Hadriani sine dubio pertinens.

ϒ P·P

Descripsi. Similes, non eaedem, sunt n. 534 et et 612*a*.

XLIII. CONDERCVM,

STATIO PER LINEAM VALLI TERTIA

(Benwell).

Accedunt *East Denton*, *Denton Hall*, *Harlow Hill*, *Heddon-on-the-wall*, *Walbottle*.

Notitia (p. 113* 27) *Conderco* (*Condecor* apud Ravennatem 5, 31 p. 432, 13) collocat *praefectum alae primae Asturum*; cuius alae cum ad *Benwell* reperta sit memoria quadruplex (n. 510. 513. 537. 538 cf. n. 504. 515), alibi autem per totam Britanniam semel tantum Coccii (supra n. 221 cf. cap. XXI) de nomine stationis dubitari nequit. Quod utriusque praeterea legionis, secundae (n. 506. 517) et vigesimae (n. 503. 513) milites cohortes (n. 518—522. 523) centuriae (n. 527—537) ibi in vallo aut extruendo aut reficiendo fuerint occupati non mirandum est. Situs castrorum inde a Stukeleii, Gordonis, Horsleii, Brandii tempore notus describitur apud *Maclauchlan* (*survey* p. 12 ss.) et *Bruce* (*wall* p. 107 ss.). Prodierunt ibi etiam anaglypha aliquot, tegulae vero inscriptae nullae.

Ex titulis satis frequentibus multi nuper demum innotuerunt; unum BAXTERUS novit (n. 503), paucos STUKELEY (n. 521*a*) et GORDON (n. 506. 514); reliqui innotuerunt per HORSLEIUM, BRANDIUM (v. cap. XLV), HODGSONEM; plurimos BRUCE vidit, ego quotquot *Newcastle* in museum pervenerunt.

503. 504 *Benwell*, arae duae rep. a. 1862 in aedicula longa ped. 16, lata 10 et in medium circulum exeunte, quae extra mûros castrorum sita est, una cum nummis aliquot Neronis, Domitiani, Pii, Marci, et signis quibusdam lapideis. Servantur in Condercum-*House*.

a

sertum / *culter*

D · E · O
ANTENOCITI
ET NVMINIB
AVGVSTOR
AEL · VIBIVS
ϒ LEG·XX·V·V·
V · S · L · M

sertum / *urceus*

corona

b

DEO ANOCITICO
IVDICIIS OPTIMO
RVM MAXIMORVM
QVE IMPP N SVB VLP
MARCELLO COS·TINE
IVS LONGVS IN PRE
FECTVRA · EQVITV
LATO CLAVO EXORN
TVS ET · Q · D

Archaeol. Aeliana 6, 1862 p. 154 s.; I. Kenrick *gent. mag.* 13. 14, 1863 p. 82. 585 cf. 569 (inde McCaul *Britanno-Roman inscriptions* p. 281 ss.) et *Canadian Journal* 1865 p. 312. 330 ss.; Bruce *wall* p. 113. 114, lapid. p. 23, 20. 24, 21.

Lectio certe est. *Antenociticus* et *Anociticus* videntur non diversi esse inter se. Ulpius Marcellus iure consultus, qui in consiliis fuit tam Pio quam Marco, num consularis Britanniae fuerit aliunde non constat; tamen nihil obstat quominus ab hoc non diversus fuisse existimetur. Marcus et Verus *optimi maximique imperatores* dicuntur in titulo Hispalensi C. I. L. 2, 1180 (Henzen 6522). Ulpius Marcellus alter sub Commodo Britannos devicit (Dio 72, 8). Alter uter etiam legatus Pannoniae inferioris erat (C. I. L. 3, 3307).

a *Deo Antenocitico et numinib*(*us*) *Augustor*(*um*) *Ael*(*ius*) *Vibius o* (*centurio*) *leg*(*ionis*) *XX V*(*aleriae*) *V*(*ictricis*) *v*(*otum*) *s*(*olvit l*(*ibens m*(*erito*)

b *Deo Anocitico iudiciis optimorum maximorumque imp*(*eratorum*) *n*(*ostrorum*) *sub Ulp*(*io*) *Marcello co*(*n*)*s*(*ulari*) *Tineius Longus in prefectura equitu*[*m*] *lato clavo exorn*[*a*]*tus et q*(*uaestor*) *d*(*esignatus*)

---


505 Arula ad vallum prope Condercum rep. *a few yards west of Denton Hall*, ubi servatur. Alta dig. 7, lata 5½. Litterae in tribus lateribus dispositae sunt.

IOV | IO | M

Richardson *table book* 3 p. 260; Bruce *wall* p. 120, lapid. p. 21, 17.

Iovi o(*ptimo*) *m*(*aximo*)

506 *Benwell, in the possession of Robert Shafto Esq.* GORD. HORSL. *At the Rectory of Ryton* HODGS. Nunc in *Newcastle* in museo; alta ped. 3 dig. 1, lata ped. 2 dig. 1. Litteris bonis.




Contuli. Gordon it. sept. p. 49 tab. 8 fig. 1 (inde Maffei mus. Veron. p. 446, 15; ex Maff. Donat. p. 24, 13); Horsley p. 209 *Northumb.* 7 cf. praef. p. XIII (inde Warburton vallum p. 35, 7; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 124. 130 tab. 1, 1; Goughs Camden 3 p. 511 tab. 35 fig. 4; Seidl *Dolichenus cult* p. 44, 12); Hodgson 2, 3 p. 176; Bruce *wall* p. 111, lapid. 20, 16.

V. 1 supplevit Horsley. Lectio omnino certa est.

*mi*NI EIVS POR*tam cum tu*RRIBVS
*a f*VNDAMEN*tis restitu*ERVNT SVB
CL · XENEPHO*nte l*EG · *Avg* PR *pr.*
CVRANTE . . . . . .

Chr. Hunter *philos. transact.* 23, 1702 p. 1131 tab. 1 fig. 1 (inde Mur. 488, 4; Horsley p. 225 *Northumb.* 52 et praef. p. XV; Warburton vallum p. 67, 52; Goughs Camden 3 p. 504 tab. 29 fig. 15; Hodgson 2, 3 p. 201; Newton p. 115, 87).

Supplementa mea sunt. V. 3 POP traditur, unde de *principi optimo* cogitavit Horsley, male. Hunter addit de lacunis '*most of the words are artificially erased*'. Potest id factum esse tempore recenti, ut sarcophago lapis aptus fieret; sed magis crediderim erasa esse consulto v. 1 nomina Caracallae et v. 2 Antoninianae cognomen. *Cohors . . devota . . . [restitu]erunt* tolerari potest.

716 *Chesterholm,* rep. ab Ant. Hedley *in a fence near the station.* Ibi extat, *built up in the kitchen passage.* Lapis longus ped. 1 dig. 11, altus ped. 1.

LEG · XX · V · V
aper currens
dextrorsum

Hodgson 2, 3 p. 201; Bruce *wall* p. 217.

717 Rep. apud *Littlechesters,* servabatur in *Ramshawfield, a single house about a mile or more south-west from* Vindolana, *in the jamb of a door.*

vexil-
pegasus *lum* *caper marinus*

in vexillo scriptum est:
III COH
VEXI

Horsley p. 228 *Northumb.* 60 (inde Goughs Camden 3 p. 504 tab. 30 fig. 8; Hodgson 2, 3 p. 201).

Horsleius legit *III coh(ortis) vexi(llum);* sed lectio videtur omnino incerta esse.

718 Rep. apud *Littlechesters* (TREVELYAN). Servatur in *Newcastle* in museo, dono Antonii Hedley. Lapis longus est ped. 1 dig. 2.

COH VIII
Ↄ CAECILI
CLEME

Contuli. I. Bell *gent. mag.* 12, 1839 p. 635; W. C. Trevelyan Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 141; Bruce Archaeol. Ael. s. n. 1, 1857 p. 241, *catal.* p. 21, 58, lapid. n. 264.

coh(ortis) VIII Ↄ*(centuria) Caecili Cleme(ntis)*

719 *Littlechesters,* rep. a. 1818 ab Ant. *Hedley,* a quo habuit TREVELYAN, deinde in *Newcastle* in museo. Lapis longus ped. 1 dig. 3, altus dig. 8. Litterae evanidae sunt.

vexillum COH
(inter duo signa?) PROCI
≋OI
MVC

Contuli. I. Bell *gent. mag.* 12, 1839 p. 635 W. C. Trevelyan Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 140; Bruce Archaeol. Ael. s. n. 1, 1857 p. 242, *catal.* p. 22, 70. Lectio incerta est.

COH | RCRI | QC | MVC Bell et Trevel.; COH | PROBI (aut PROEL) ^{s}OS | /AVG Bruce.

coh(ors)[. . . . Ↄ*(centuria)*] *Proci*[*l*]*i? Muc*[*iani*]?

720 *Chesterholm, built into the wall of the cottage.* Lapis longus est ped. 1, altus dig. 6.

› VLERI
MI

Hodgson 2, 3 p. 201; Bruce *wall* p. 221, lapid. n. 267.

ϒ VALERI | ANI Hodgson.

721 *Chesterholme, on a rude centurial stone* HODGS. Ibidem servatur BRUCE. Lapis longus dig. 9, altus $4^1/_2$.

C · AVDEC

Hodgson 2, 3 p. 201; Bruce in schedis, lapid. n. 268. Lectio incerta.

722 *Roman villa at Busie gap, stones used in vaulling the upper room* HUNTER. *Littlechesters. At this place also I saw a broad stone, one of those used for stepping stones through a dirty place that led to the cottage, upon which these numerals were very visible, but nothing besides, tho' there was sufficient room for more letters* HORSL.

a X *b* XI *c* XIII *d* XIIII

Chr. Hunter *philos. transact.* 23, 1702 p. 1131; Horsley p. 228 (ex utroque Goughs Camden 3 p. 504) qui addit: *I take it to be of the same sort of stones, if not one of the number, which were found at the floor of the vaulted room found at Littlechesters described by Dr. Hunter . . . .; for this is marked after the same manner, in which he says they were marked, as if they had been numbered by the person who laid them.*

Cf. supra n. 536. 556.

723 *Littlechesters,* rep. a. 1818; servabatur in *Wallington* HEDL. Nunc extat in *Chesters* in museo. Lapis longus est ped. 2 dig. $2^1/_2$, altus ped. 1 dig. 9.

CORN · VICTOR · S · C
MIL · ANN · XXVI · CIV
PANN · FIL · SATVRNI
NI · P · P · VIX · AN · LV · D · XI
CONIVX · PROCVRAVI

Contuli et ectypum reportavi. A. Hedley Archaeol. Ael. 1, 1828 p. 210; Hodgson 2, 3 p. 202; Bruce *wall* p. 220, lapid. n. 258.

De *s. c.* litteris singularibus cf. supra n. 229. 271.

Corn(elius) Victor s(ingularis) c(onsularis), mil(itavit) ann(os) XXVI, civ(is) Pann(onius), fil(ius) Saturnini p(rimi)p(ilaris), vix(it) an(nos) LV d(ies) XI. Coniux procuravi.

724 *Chesterholm,* rep. ante a. 1810 *in a field to the north of the causeway* HODGS. Ibi servatur BRUCE. Est cippus rudis infra anaglypho ornatus, altus ped. 4, latus ped. 2 dig. 2.

C PAECEN VIA
VIXIT ANNIS
XIIII · MENSES
IIII · ET DIES VII
urna
ansata

Hodgson 2, 3 p. 201; Bruce *wall* p. 219, lapid. n. 257.

1 D M | . . INC E NV E 2 ANNOS 4 DIES VIII Hodgs. Sequor Brucium, qui nomen v. 1 incertum esse ait. Fuitne *Graecennia*?

724a *Littlechesters. 'A stone with an inscription, which I could not make out is built up in the western gable end of a cottage a little westward of this fort'.*

Brand *Newcastle* 1 p. 610 (Oct. 8 a. 1783).

L. AESICA,

STATIO PER LINEAM VALLI DECIMA


(Greatchesters).

Accedit *Haltwhistle Fell.*

De situ castrorum post Vindolanam proximorum vestigia satis conspicua dubitari non sinunt (cf. Horsley p. 150; Maclauchlan *memoir* p. 45; Bruce *wall p.* 232); supersunt enim murorum portarumque, item aedificiorum variorum fundamenta, quanquam vix unquam (cf. n. 732) effossa cum cura. Notitia igitur cum post Vindolanam ponat *tribunum cohortis* primae *Asturum Aesicae* (p. 114* 12; *Esica* Ravennati est 5, 31 p. 432, 19), nemo haesitabit Aesicam appellare castra illa magna dicta hodie a vulgo iniuria; non enim multo maiora erant quam Vindolana (*Littlechesters*). Tamen primae Asturum cohortis nulla in Britannia superest memoria; secundam ibi militasse docent diplomata annorum 106 et 124 (errore enim in illo ego olim primam memoratam esse putavi mus. Rhen. 11, 1857 p. 22, deceptus prava diplomatis eius lectione). Itaque cum accedant titulus n. 732, in quo horreum a secunda Asturum cohorte ibi restitutum esse scriptum est, itemque tegula Aesicae reperta et satis plane inscripta *coh(ors) II Astur(um)*, hoc quidem loco satis tuto statuere possumus pravam esse notitiae lectionem primamque cohortem mutandam in secundam; id quod iam observaverunt antiquarii Britanni. Titulus alter ibi repertus (n. 726) cohortis sextae Nerviorum meminit, cuius tribunum notitia (p. 115* 6) Virosidi collocat. De eius autem loci situ non constat, ut supra vidimus. Tituli Aesicenses reliqui a ceterarum stationum non multum differunt. Extat in iis diserta Hadriani (n. 730), divorum fratrum (n. 731), Severi Alexandri, item legati Augusti eius (n. 732) memoria; sepulcrales paene omnes militum sunt (n. 739—742), ut expectaveris; lapides centuriales consoliti non desunt (n. 734—738). Addidi memoriam legionis sextae vivae rupi incisam in lapicidinis (n. 733), ut supra similiter repperimus privati alicuius nomen posteritati traditum (n. 576); alia eiusdem generis infra memorabuntur (n. 871 cet.). Inter anaglypha sine titulis unum erat memorabile quod periit (Gordon it. sept. p. 79; Horsley p. 229 *Northumb.* 63 cf. praef. p. XV; inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 13; Bruce lapid. n. 287): exhibebat enim Victorias duas alatas sertum iunctim tenentes; infra aquilae duae arboribus insident, infra quas apri duo invicem sese incurrunt. Intra sertum, quod Victoriae tenent, tabella est, sed non scripta (cf. n. 717 aliaque anaglypha similia).

Antiquioribus perpauci tantum tituli Aesicenses noti erant Gordoni, Warburtoni, Wallisio singuli (n. 725. 732), Hutchinsoni tres (n. 732. 734. 743), quattuor Brandio (n. 732. 735. 739. 742). Horsleius sex vidit (n. 725. 735. 737. 739. 741. 743); quibus duo accesserunt per Hodgsonem (n. 726. 730). Plurimi Brucio debentur; lapicidinarum ille unus (n. 733) Claytoni. Quotquot eorum servantur in museis Aelianensi et Cilurnensi descripsi; castra ipsa non adii.

725 *Greatchesters*, unde ad *Hexham* asportavit WARBURTON. Inde Dunelmum pervenit in bibliotheaam capitularem, ubi servatur. Est pars superior arae, supra anaglyphis ornatae. Litterae videntur esse saeculi tertii.



Contuli et supplevi. Gordon it. sept. p. 95 tab. 41 fig. 1; Warburton *map of Northumberland*; Horsley p. 228 *Northumb.* 61 (inde Warburton vallum p. 73, 61; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 11; Hodgson 2, 3 p. 204); Bruce in schedis, lapid. n. 278.

1 D·M·D praeter me omnes, quanquam Horsleius iam suspicatus est dubitanter IOMD legi posse, quod interpretatus est *I. o. m. dicatum*, male. 2 EIL Gord., EIL Horsl., ELL Bruce. Verum est F litteram E litterae similem esse, ut saepe; neque vero dubitari potest de lectione. 3 REGVI . . Gord. 4 DVILI Horsl., quae litterae possunt in lapide fuisse.

[*I(ovi)*] *o(ptimo) m(aximo) D(olicheno)* [*Titia*] *Sabini fil(ia)* [*Ruf*]*ina, Regulus* . . . . . .

726 *This I saw at Waltown (about 2 miles west of* Aesica) *in 1817, where it had been for a long time. The farmer there supposed it had been brought from Great Chesters, because that place and Waltown had for many years belonged to the same proprietors, and Waltown was formerly the place of their residence* HODGS. Inde post Hodgsonem tribui solet Aesicae; sed apparet causam vix esse idoneam. Servatur nunc in *Newcastle* in museo, dono Henrici *Wastal, of Newbrough.* Lapis longus est ped. 2, altus dig. 8.

VIC · TO · RI · AE · AVG · CoH · VI ·
NER · VI · O · RM · CVI · RAEEST · C ·
IVL · BAR · BA · R/S · RAE · FEC · V · S · L · M

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 204; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 254, *catal.* p. 34, 110; *wall* p. 237, lapid. n. 272.

Cohors VI Nerviorum supra a nobis reperta est apud Brigantes (cap. XXIV).

Victoriae Aug(ustae) coh(ors) VI Nerviorum cui praeest C. Iul(ius) Barbarus praefec(tus) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

---

727 *Greatchesters.* Servatur in *Chesters* in museo (inde ab a. 1867?). Arula alta dig. 12, lata 6.

DEO
VETI
RI · V

Bruce in schedis, lapid. n. 275.

728 *Greatchesters.* Servatur in *Newcastle* in museo; arula parva.

D I B *us*
VETERI
BVS PoS
VIT ROMA
NA

Contuli. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 249, *catal.* p. 29, 97, *wall* p. 238, lapid. n. 274.

---

729 *Greatchesters.* Servatur in *Chesters* in museo. Arulae pars superior alta dig. $5^1/_2$, lata 5.

astrum
DIBVS VE
TERIBVS

Bruce *wall* p. 237, lapid. n. 273.

---


730 *Greatchesters*, tabula lapidea rep. (ante a. 1821) prope portam stationis orientalem. Servatur in *Chesters* in museo (ubi ego non vidi); longa est ped. 3 dig. $7^1/_2$, alta ped. 2 dig. 8.

supra versuum duorum spatium vacuum est
IMP CAES TRAIN HADRIA *sic*
NO AVG P P

Bruce *wall* p. 236, (inde Newton p. 107, 10*a*; Hodgson 1p. 51) lapid. n. 279. Estne in lapide TRAINo?

imp(eratore) Caes(are) Trai[a]n[o] Hadriano Aug(usto) p(atre) p(atriae)

731 *Greatchesters*, rep. ante a. 1857. Fragmenta duo tabulae lapideae, longa ped. 2, alta ped. 1 dig. 8, litteris optimis. Servantur in *Newcastle* in museo, dono Coulsonis.



p. C. 162/169

Contuli excepto fragmento ad sinistram imo, quod non vidi. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 247, *catal.* p. 27, 92, *wall* p. 236.

Nullam omnino Raetorum cohortem in Britannia militasse, quantum scimus, observavit Bruce; sed cf. *cives Raeti militantes in cohorte I Tungrorum* tituli Petrianensis, item vexillarii *Raeti et Norici* tituli Mancuniensis n. 212.

[*imperatorib*]*us Antonino et* [*Vero Augustis, Par*]*thicis Medicis . . . . . Raetoru*[*m*]*. . . . . .*

732 *Greatchesters*, rep. a. 1767 cum fundamenta aedificii alicuius grandis in parte stationis superiore effodiebantur WALLIS. Tabula lapidea longa ped. 4 dig. 1, alta ped. 3 dig. 4. Servatur in *Newcastle* in museo.

IMP · CÆS · M · AVR · SEVE
RVS · ALEXANDER · P · FEL
AVG · HORREVM · VETV
STATE · CONLABSVM · M
COH · II · ASTVRVM · S · A ·
A · SOLO · RESTITVERVNT
PROVINCIA · REGENTE
MAXIMO · LEG AVG · PR · *Pr. cur*
VAL · MARTIN o *bf* · *LEGAti aug*
EVSC O · II · ET · DEXTro *cos*

p. C. 225

Contuli et supplevi. Wallis *Northumberland* 2 p. 21; Hutchinson *Northumberland* 1 p. 46 (ex utroque Goughs Camden 3 p. 503); Brand *Newcastle* 1 p. 611 adn. *g* (inde Hodgson 2, 1 p. 203; Newton p. 108, 19 *a*); Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 226, *catal.* p. 6, 11, *wall* p. 280 (inde McCaul *Brit. Rom. inscr.* p. 156), lapid. n. 280.

Wallis, Hutchinson, Brand exhibent exemplis adeo imperfectis, ut omnino spernenda sint. Tamen vv. 8—10 partem ultimam, quam dedi inclinatam servavit Wallis solus. V. 2 Initium vocabuli quod est Alexander eradi coeptum est. 4 M Bruce, sed I litteram superimpositam vidi in lapide. 7 REGENTE ex litterarum superstitum apicibus legi; *regnante* reliqui male. 9 SAL MARTI MED LEGA Wallis. In ED, quod reliqui habent, putavi latere BF; sed munus huius viri incertum est. 10 TVS CO·II·ET DEXT Wallis. Consules a. 225 latere vidit McCaul, qui etiam litteras singulares v. 5 in fine recte solvit primus.

Structura sententiae hiat; scilicet qui concepit nomina imperatoris casu sexto voluit exhiberi, non plene autem scripta male solvit quadratarius. V. 7 *provincia* positum est aut pro *in provincia*, aut pro *provinciam*. Legatus provinciae Maximus aliunde notus non est; Hodgson de Maximo consule a. 223 cogitabat, sed ignorabat Marium Maximum rerum scriptorem clarum tum iterum consulem Britanniam nunquam rexisse (cf. Borghesi opp. 5 p. 455 ss.).

Imp(*erator*) *Caes*(*ar*) *M. Aure*(*lius*) *Severus Alexander p*(*ius*) *fel*(*ix*) *Aug*(*ustus*). *horreum vetustate conlabsum mi*(*lites*) *coh*(*ortis*) *II Asturum S*(*everianae*) *A*(*lexandrianae*) *a solo restituerunt, provincia reg*[*ente . . . . . .*] *Maximo leg*(*ato*) *Aug*(*usti*) *pr*(*o*) *p*[*r*(*aetore*), *cur*(*ante*)] *Val*(*erio*) *Martin*[*o b*(*ene*) *f*(*iciario*)?] *lega*[*ti Aug*(*usti*) *F*]*usc*[*o II et Dextro co*(*n*)*s*(*ulibus*)

733 A castello miliario *the Cawfields Milecastle* versus meridiem iuxta castri alicuius minoris vestigia prope *Haltwhistle Fell* lapicidinae Romanae erant. '*In riding over Haltwhistle Fell, before its enclosure in the summer of 1844, I came upon some workmen employed in reopening an old quarry; they told me that they had met with a 'written stone'. I dismounted from my horse, and climbed the face of the rock, when I found inscribed in letters, very clear and fresh*

LEG · VI · V

From its position on a wide waste, far removed from any abode of man, but in the immediate vicinity of the Roman Barriers, this quarry could not possibly have been used for any other purpose than for the supply of stones for them; and from the freshness of the letters of the inscription, must have been filled up with earth so soon as the Roman soldiers ceased to use it. The workmen promised to spare the written rock, but the next time I rode that way it had been shivered to pieces'.

I. Clayton Archaeol. Ael. 4, 1848 p. 54 ss. (inde Bruce *wall* p. 231).

Cf. n. 576. 871. 872. 912. 913. 921. 922.

734 *Greatchesters*, rep. *a little to the east of the station.*



Bruce misit a se descriptam.

735 *Almost halfway between Greatchesters and Carvoran, placed in the fore wall of a cowhouse called Allaley* (cf. n. 736. 737) HORSL. *Near Greatchesters, at the door of the tenants, Mr. Smiths, house* BRAND. Lapides centuriales duo, qui perierunt.

a ⟩ COH VII
XI IAN

b CO . . . . .
. . . . . .

Horsley p. 229 *Northumb.* 63 (inde Warburton vallum p. 74, 64; Goughs Camden 3 p. 503; Bruce lapid. n. 284); Brand *Newcastle* 1 p. 610 qui non adscripsit.

Horsleius de *centuria Maximiana* cogitavit, sed lectio prorsus incerta, centuriae nota posita loco non suo.

736 Ex muro ab Aesica versus occidentem, extat *built up in the front wall of the farm house Olallee* (cf. n. 735). Litterae scriptae in tabella ansata. Lapis longus ped. 1 dig. $3^1/_2$, altus dig. $3^3/_4$.

⟩ MARIDI

Bruce *wall* p. 239, lapid. n. 285.

737 Rep. prope *Greatchesters at a small rivulet called Haltwhistleburn* HORSL. Postea *built up in a gable of the Cawfield Farmhouse*, deinde translata ad *Chesters*, ubi servatur in museo.

Ↄ VAL
MAXI

Horsley p. 229 *Northumb.* LXIV *α* (inde Warburton vallum p. 74, 64, 2; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 14); Bruce *wall* ed. II p. 159. 413, ed. III p. 164.

738 Reperta et servata una cum n. 736.

⟩ VALERI
VERI

Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 537 tab. 3 fig. 24; Bruce *wall* p. 239, lapid. n. 286.

739 Rep. apud *Walton Mill, which stands on Haltwhistleburn, and is, I believe, still lying there* HORSL. *Placed at the Wall Mill upside down as a post for the mill gate* HUTCH. Periit BRUCE. Erat cippus anaglypho in fastigio ornatus.

protome hominis

D M
AEL ◇ MERCV
RIAE · CRNICL
VACIA · SOROR
FECIT

Horsley p. 229 *Northumb.* LXIV *β* (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 30 fig. 1; Warburton vallum p. 74, 64, 3; Hodgson 2, 3 p. 204; Bruce lapid. n. 277); Hutchinson *Northumberland* 1 p. 57; Brand *Newcastle* 1 p. 610 qui non adscripsit.

D(*is*) *M*(*anibus*) *Ael*(*io*) *Mercuriali cornicul*(*ario*) *Vacia*(?) *soror fecit*

740 *Greatchesters*, nuper rep. *right in front of the station, in a stone wall of a field*, rupta in particulas permultas, quas composuit BRUCE.

D M S
N I E T I
E A F -
VX · A XXXX
VD · CASITTO
ɔ kC C
P I

Bruce misit a se descriptam; supplevi ego, nomina v. 2. 3 et 5 incerta esse non ignorans.

D(is) M(anibus) s(acrum). Au[r]e[li]e Af[re]v[i]x(it) a(nnis) XXXX [A]ur(elius aut *U[l]p(ius) Casitto* ɔ*(centurio) l[e]g(ioni) [VI vi]c(tricis) p(iae) f(idelis)*

741 Fragmentum, *at the house at Greatchesters.* Periit.



Horsley p. 229 *Northumb.* 62 (inde Warburton vallum p. 73, 62; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 12; Hodgson 2, 3 p. 204; Bruce lapid. n. 283).

Cf. *provincia regente* supra n. 732. V. 2 Gordiani nomen aliqua ratione indicari suspicatus est Horsleius; potest etiam cogitari de ordine sive ordinato, v. supra n. 365. 404. 421.

742 Fragmentum a *Greatchesters* ad *Walltown* allatum, quod olim servabat BRAND. Nunc extat in *Newcastle* in museo. Altum est dig. 11, latum 7.



Contuli. Brand *Newcastle* 1 p. 611 adn. *g*; Bruce lapid. n. 287.

Brand dedit ita AVG·I·CAEI·VIC·S VV. non divisis. S litteram ultimam ego non dispexi, fortasse culpa mea. Legi autem VICo. Videtur fuisse titulus sepulcralis militis fortasse beneficiarii legati Augusti.

743 Rep. una cum n. 739 HORSL. *Near a mile on the south of the station* [*of Greatchesters*], *at Walltown Mill, in the immediate vicinity of the graveyard of the station* HUTCH. Servatur in *Newcastle* in museo; est cippus altus ped. 5, latus ped. 2 dig. 2, rudis admodum; litterae evanidae sunt.

puella
stans
D I S M
PERVICAE FILIAE

Contuli. Horsley p. 230 *Northumb.* 64γ (inde Warburton vallum p. 74, 64, 4; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 30 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 204); Hutchinson *Northumberland* 1 p. 47; Pennant *tour in Scotland* 1772 appendd. p. 62 (inde Goughs Camden 4 p. 62; Stuart Caledonia p. 129); Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 253, *catal.* p. 33, 109, *wall* p. 234, lapid. n. 276.

Hutch. ita exhibet: DMC IVL | IERVIA≋P III A F, male. Equidem Horsleii lectionem planam in lapide mihi visus sum vidisse, praeterquam quod v. 2 pro *Pervicae* (quod pro *Pervincae* positum est) fortasse scriptum tantum esse putavi PERVICE, et quod F litteram, quam ille habet in fine, plane E esse vidi. Eandemque fere lectionem Bruce in catalogo exhibet; sed nuper lapide denuo diligenter inspecto et delineato protulit alteram hanc

ID M SALVTE
PERVICAE FILIAE
S T T I

Hastem ante D primam fortuitam esse ait; versus tertii lineas non explicat neque sunt in regione illa communes formulae velut *s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)*. Ex hac lectione M'Caul coniecit titulum omnino non esse sepulcralem, sed Magnae deorum matri sacrum. Quod forma eius et anaglyphum redarguunt. Possunt quidem praeter D M formulam solitam utrimque fortasse addita fuisse *pro salute* vocabula, ita PRO D M SALVTE; sed tamen in Horsleii lectione puto standum esse.

LI. MAGNAE,

STATIO PER LINEAM VALLI VNDECIMA

(Carvoran).

Accedunt *Blenkinsop castle, Foultown, Glenwhelt, Greenhead, Thirlwall castle, Walltown.*

Notitia (p. 114* 13) in ea statione, quae Aesicam sequitur, *tribunum cohortis secundae Dalmatarum* collocat, nomenque stationis ita exhibet (secundum libros scriptos optimos) *Magnis*. Idem Magnarum nomen mansioni alicui erat itineris Isca legione secunda (cap. XIII; cf. supra p. 43) Viroconium (cap. XVI), quam putant fuisse prope *Kenchester* hodiernam (itin. p. 484, 7; Raven. 5, 31 p. 427, 7). Tamen dubitari licet utrum illud recte traditum sit necne, quanquam etiam Ravennas (5, 31 p. 431, 9) inter *Lagubalium* (i. e. Luguvallium, *Carlisle*, infra cap. LV) et *Gabaglanda* (i. e. Amboglanna, infra cap. LII) habeat *Magnis* mansionem. Ex comparatis enim inter se Ravennatis (5, 31 p. 432, 20 ss.) et paterae Rudgensis itinerariis, ut supra docui in praefatione ad vallum Hadriani (p. 104), efficitur duas in illis regionibus fuisse mansiones *Magnas* et *Maias* (aut *Magas*) dictas; cum illam autem certum sit fuisse inter stationes per lineam valli, hanc vero quaerendam esse a vallo versus meridiem, in Magnarum nomine conquiescendum est. Certe Magnarum forma plurativa sola tradita est, Magnae singularis, quae inter Britannos fere obtinet, nusquam. Situm autem Magnarum convenire cum vestigiis castrorum diu iam notis (Lelandus enim iam mentionem eorum fecit *'the great Ruines of the Castel of Cairvorein, the which be nere Thyrlewal'* itin. 7, 1 p. 61 ed. Hearne) et satis conspicuis, quae *Caervorran* (vel hodie *Carvoran*) dicuntur (cf. Horsley p. 151; Hodgson 2, 3 p. 136; Bruce *wall* p. 241; Maclauchlan *memoir* p. 48), uno sed idoneo testimonio probatur, scilicet titulo n. 760, qui eandem *cohortem II Delmatarum* Magnis iam saeculo fere secundo in castris fuisse indicat, quam notitia ibi collocat saeculo quinto. Praeterea vero ibi plus semel memoratur *cohors I Hamiorum sagittariorum* (n. 748. 758. 759? 769? 773. 774), aliunde non nota (cf. infra vallum Pii), quam una cum dea Hammia, ut videtur, aut Hamiorum (n. 750) antiquarii Britanni (veluti Ioh. Hodgson *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 205) rettulerunt ad urbis Apameae nomen Syriacum, quod *Hama* esse dicitur deamque illam ignotam non diversam esse existimaverunt a dea Syria ibi quoque culta (n. 758. 759). Quod utrum recte fecerint necne equidem non definio; sagittarii sane non sine probabilitate quaeruntur inter Asiae Africaeve populos. Non desunt tituli centurionum militumve legionum trium Britannicarum (n. 749. 793. 794) itemque cohortium centuriarumque soliti (n. 777—792), quorum nonnulli mensuras operis (n. 782. 783) atque fortasse ipsum opus (n. 784) indicant. Singu-

laris et civitatis alicuius (n. 775. 776) in lapidibus similibus memoria (cf. infra n. 863. 897). Memorantur praeter deos tam Romanos quam peregrinos varios L. Aelius Caesar (n. 748), numina Augustorum (n. 755), legatus Augusti (n. 758. 773. 774); suntque castrorum reliquiae maiores quam maximae partis reliquorum. Quocum convenit etiam titulorum ibi repertorum numerus.

Camdenus cum Cottone a. 1599 a Cumbria proficiscens usque ad hanc valli partem progressus est, ut dixi in praefatione ad titulos valli; ei itineri debentur tituli tres (n. 758. 763. 769); quorum duo per Cottonem ad *Connington* et deinde Cantabrigiam delati sunt. Praeterea idem Camdenus a Ricardo Bainbrigg acceperat eundem (n. 758) itemque duos alios (n. 751 et 769), quorum ille priorem solus servavit. Ante Horsleium non multi accesserunt per Speedium (n. 758), Radulphum Thoresby, Rogerium Gale (n. 757), per scriptores patrios Wallisium (n. 766), Hutchinsonem (n. 754. 777. 781. 782; n. 781 et 786. 789. 792 videntur delati esse ad *Netherby*), Brandium (n. 755. 776. 781); deinde per Swinhowium (n. 750. 781) et Gordonem (n. 749. 767). Warburton in tabula geographica tres proposuerat (n. 768. 771. 772). Horsleius maiorem primus inde titulorum numerum protulit; noverat enim ille omnino sedecim, inter quos non paucos primus edidit. Neque vero iustae effossiones unquam ibi institutae sunt. Saeculo tantum hoc XIX ineunte is qui situm possidebat Carrick parietinas aliquanto accuratius pervestigavit; tituli aliquot ab eo reperti pervenerunt in museum Aelianense, ubi servantur. Alii, tam ex locis valli vicinis oriundi quam ex castrorum ipsorum situ, in societatis antiquariorum Londiniensis privatorumque variorum manus cesserunt; unde viginti plus minus Horsleio nondum notos componere potuit Hodgson. Per Carolum *Roach* Smith (n. 745. 752. 773) aliosque antiquarios (n. 748. 782) accesserunt pauci; qui omnes adhuc notos composuit Bruce, idem etiam novos post Hodgsonem repertos addere potuit non paucos; unde numerum titulorum Magnensium ad triginta fere auxit. Eorum ego duodecim potui videre servatos in variis, ut dixi, museis; locum enim ipsum non adii.

Quod cum Magnensibus ipsis coniunxi titulos locorum vicinorum, quorum nomina supra proposui, id eo defenditur, quod stationum antiquarum lapides procul ab illis dispergi solebant.

Lapides non scripti non multi inde prodierunt (cf. Horsley p. 230 *Northumb.* 65 = Goughs Camden 3 p. 503); quodsi locum ita effodissent, ut factum est Cilurni et Borcovicii, certo ne illi quidem deficerent. Miliarium Constantini in *Thirlwall castle* repertum dabimus infra suo loco.

744 *Carvoran*; servatur in *Newcastle* in museo. Arula alta ped. 1, lata dig. 7.

DEO · AR
MI⟨VMS
HoENIVS·
V·S·LM

Contuli. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 249, *catal.* p. 28, 95, lapid. n. 294 qui legit DEO MAR | MILVM | SENIVS | VSLM. Tertium elementum v. 2 utrum C an L esset equidem incertus haerebam neque de v. 3 lectione mihi plane constitit. Nomen dei peregrini puto aliunde nondum innotuit.

Deo Armicum(?) *Hoenius*(?) *v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

745 *Carvoran, in the farm house.* Arula parva.

urna

DO ƎLATV
CADRO

·VOTV·S·

C. R. Smith *gent. mag.* 23, 1845 p. 295, *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 392, collect. ant. 2, 1852 p. 192 tab. 48 fig. 4; Bruce *wall* p. 247, lapid. n. 302.

1 DOBLAIV Bruce.

De *do* forma pro *deo* posita v. supra n. 186.

Do Belatucadro votu s(olutum)

746 *Carvoran.* Ibi servatur; arula alta dig. 10, lata dig. 5.

Do MARTI
BE⟨ATV
CAIRO

Bruce in schedis, lapid. n. 303.

747 *Carvoran,* ubi servabat *Carrick*, a quo emit Dr. Carson Edinburgensis, unde ibi servatur *in the High School.* Arula alta ped. 1, lata dig. 6; litteris rudibus.

urceus DEAE EPON AE·P·SO *securis, culter*

Hodgson 2, 3 p. 140; Bruce *wall* p. 407, lapid. n. 301.

In fine P·SC Hodgs.

Deae Eponae p(osuit) So(llers?)

748 *Carvoran*, rep. a. 1831 *on a moulded base fronting the entrance of the ante-room of two apartments of the bath* (in balneis Fortunam saepe cultam esse notum est) ARCHAEOL. Servabatur in *Blenkinsop hall*; nunc in *Newcastle* in museo est. Ara alta ped. 2 dig. 2, lata ped. 1 dig. 2; litteris elegantibus.

·FORTVNAE·AVG·
·PRO·SALVTE·L·AELI
·CAESARIS·EX·VISV· p. C. 136/138
·T·FLA·SECVNDVS·
PRAEF·COH·Ī·HAM
IORVM·SAGITTAR
·V·S·L·M·

Contuli. Archaeologia 24, 1832 p. 352 missa a *Miss Carlyle*, delineata a *Col. Coulson* (inde Newton p. 115, 91*a*; Henzen 5461); Hodgson 2, 3 p. 139; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 249, *catal.* p. 30, 99, *wall* p. 244, lapid. n. 296.

Observa puncta initio vv. 1 — 4. 7 posita. Etiam initio v. 6 Brucii tabula elementum parvum monstrat, quod utrum M littera sit an punctum non liquet; videtur autem omnino fortuitum esse. *Fortunae Aug(ustae) pro salute L. Aeli Caesaris ex visu T. Fla(vius) Secundus praef(ectus) coh(ortis) I Hamiorum sagittar(iorum) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

749 Ex vicinia Magnarum, ut videtur, per Warburtonem asportata indeque delata Dunelmum in bibliothecam capitularem, ubi extat. Pars arae, litteris perbonis.

patera FORTVNAE AVDAC ɔ RO MANVS · Ↄ LEG · VI · XX AVG *simpulum, culter*

Contuli. Gordon it. sept. p. 94 tab. 32 fig. 4; Horsley p. 233 *Northumb.* 78 (inde Warburton vallum p. 80, 78; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 20; Hodgson 2, 3 p. 139); Bruce *wall* p. 245, lapid. n. 297.

V. 5 quadratarius II numerum videtur omisisse ut recte observavit Horsleius.

Fortun[ae] Audac(ius) Romanus ɔ (centurio) leg(ionum) VI, XX, [II] Aug(ustae)

750 Rep. a. 1758 prope *Thirlwall castle*; servatur Londinii in museo societatis antiquariorum in *Somersethouse, presented by Mr. Baron Legge.* Arula alta dig. 11, lata 6.

DEE HA
MMI
SABI
E

F. Swinhow *gent. mag.* 22, 1752 p. 108; Hodgson 2, 3 p. 205; A. Way *catal. of the collections of the soc. of ant.* p. 9; Bruce *wall* p. 400, lapid. n. 299.

2 MMII, 3 ϚABI, 4 E.... Swinhow.

Deam Hammiam vel Hammiorum (cf. n. 748. 774) magnam Matrem esse putabant antiquarii Britanni, ut dixi in praefatione huius capitis.

De[a]e Hammi[orum?] Sabi[nus f(ecit)?]

751 *I fond this inscription at Caervorran in a stone gotten there.*

DO·
ERCL·

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 325. Inedita mansit.

Do Ercl(i), id est *deo Herculi.*

752 *Carvoran*, ubi servatur. Ara alta ped. 1 dig. 6, lata dig. 8.

Smith:	*Bruce:*
I O M	I O M
HELIo	HELIo
ROMEI	POLIIꝛ
IVL·BꝊ	IE BC
LI · DO	HPC

C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 192 tab. 48 fig. 6; Bruce *wall* p. 247, lapid. n. 293.

Ex Brucii tabula ligno incisa apparet arae faciem denuo caesam titulumque, qui videtur integer esse, repositum in litura. Aram esse Iovis optimi maximi Heliopolitani certum est, reliqua incerta.

---

753 *Carvoran. This is now a trough in a stable at Thirlwel, it seems plainly to have been the body of an altar, the capital and base being struck off.*

I O M ↄ
H

Horsley p. 232 *Northumb.* 73 (inde Warburton vallum p. 79, 73; Goughs Camden 3 p. 503; Hodgson 2, 3 p. 140).

A praecedente omnino diversa est. Explicationem, veram nisi fallor, proposuit Seidl *über den Dolichenuscult* Viennae 1851. 8. p. 63, 36.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) D(olicheno) H(eliopolitano)?

---

754 *Carvoran, in the yard of the farm house,* tabula lapidea magna, cui insculpta est arula. Videtur periisse.

AEL S
AVREL
MARTI
aru
ia

Hutchinson *Northumberland* 1 p. 18 (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 1; Hodgson 2, 3 p. 142).

Ael(ia S[exti filia] Aurel[iana]? Marti ....

---

755 *Carvoran,* unde asportaverat qui servavit BRAND. Neque vero cessit in Hodgsonis possessionem, qui reliquas Brandii antiquitates emit. *Now in the possession of Dr. Thorpe's trustees* BRUCE.

Brand:	*Bruce:*
D E Θ M ıIII	L I OI ı · C
ET · NVMINIBv	ET NVMINIB
IVL · ACAR · COıı	IVL · IRGADV
ET · AOTIVS·C	ET ΓACCTIVSC
ET·S·VALƳCI	ET CıSVALı C
CCVS A SOLO	COƳΛ SOLO
ER·V·S	ER VS

Brand *Newcastle* 1 p. 613 (inde Hodgson 2, 3 p. 140); Bruce in schedis, lapid. n. 295.

Aram fuisse *deo M[arti?] et numinibus [Aug(usti)]* positam perspicitur.

---

756 *Carvoran, lately dug up, now in the possession of Mr. John Carrick* HORSL. Ara non magna anaglyphis ornata.

in facie:	*in latere sinistro:*
matro-	
na stans (?)	
arula	*patera ansata, urceus*
MATRI	
IIIII IIV	

Salmon *new survey* p. 613; Horsley p. 232 *Northumb.* 75β (inde Warburton vallum p. 79, 75; Goughs Camden 3 p. 503; Hodgson 2, 3 p. 141).

---

757 *Blenkinsop castle* THOR. *Now at Dryburn haugh near the Spittal fixed in the ground at the stable door* HORSL. *In 1810, it was on the garden wall of the inn at Glenwhelt; it is now at the Shaws* HODGS. *In the possession of Geo. Head Head Esq., Rickaby, Carlisle* FRANKS. Servatur nunc in *Carlisle* in Athenaeo; est tabella non magna litteris bonis.

DEABVS NYM
PHIS VETıꝛ
MANSVETAIꝛ
CLAVDIA·TVRꝛ
NILLA·FIL·V·S·Lꝛ

Descripsi ex ectypo ab A. W. Franks misso. R. Thoresby et R. Gale *philos. transact.* 19, 1695 p. 662 quibus misit Dr. Cay (inde Gibsons Camden p. 840; Mur. 87, 1; Orell. adn. ad n. 1631); Horsley p. 231 *Northumb.* 70 (inde Warburton vallum p. 78, 70; Goughs Camden 3 p. 502 tab. 28 fig. 9; Grotefend *Bonn. Jahrb.* 18, 1852 p. 239); Hodgson 2, 3 p. 137; Bruce *wall* p. 402, lapid. n. 301. Quas in ectypo non vidi litteras exhibui inclinatas.

1 NY Horsl. 2 VET Thor. In lapide fuisse patet VETŧA. 3 MANSVETAE Thor. Hodgs., MANSVETAI Horsl. 4 CLAVDIAE VRB Thor., CLAVDIA TVRIꝛ Horsl., CLAVDIA TVRB Hodgs. In lapide fuisse puto TVRIA. 5 NHLAIꝛIVS Thor., NILLA FIL·V·S·Lꝛ Horsl., BINILLA (sic, errore) FIL·V·S·L Hodgs., NILLA·HI·V·S·Iꝛ Bruce. M parvula in fine periit.

Deabus Nymphis Vet[tia] Mansueta [et] Claudia Tur[ia]nilla fil(ia) v(otum) s(olverunt) l(ibentes) [m(erito)]

---

758 *Frome Caervorran I went to Carrawe, to Swenshales castle, to Collerford, to Waltowne. I was determined to have gone to Newcastle, but hearing of a stone at Melkrigg, a litle of Haltwistle, I came back againe for that inscription which is thus as followeth* BAINBR. Mutilatam aram inde (ab *Chester in the Wall*, i. e. *Housesteads*, v. supra cap. XLVIII) allatam ad *Melkrig* vicum legimus CAMD. Inde asportata est ad *Connington* (SPEED), et ab *Connington* Cantabrigiam in collegium Trinitatis, ubi extat. Vindolanae HORSLEIUS tribuit (p. 226), Magnis rectius, ut videtur, HODGSON. Etiam quae supersunt litterae evanidae sunt.

DEAE · SVRI
AE · SVB · CALP
VRNIO · AGR
ICOLA LEG · AG
PR·PR·A· LICINIVS
CLEMENS · PRAEF
cOH · I · HAMIORum
. . . . . .

Contuli; R. Bainbrigg in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 325; Camden ed. V (1600) p. 719, (inde Grut. 86, 7); ed. VI (1607) p. 660; I. Speed *theatre of the empire of Great Britain* Lond. 1616 fol. p. 89 in tabula Northumbriae (inde Gibsons Camden p. 840; ex hoc Donat. p. 60, 5; Cardinali *diplomi* p. 212, 402); Horsley p. 225 *Northumb.* 53 (inde Warburton vallum p. 67, 53; Goughs Camden 3 p. 503; Hodgson 2, 3 p. 137; Newton p. 115, 91; Henzen 5861); Lamborne in tabula (inde Gough 3 tab. 29 fig. 7); *antiquarian itinerary* 2, 1816; Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 225 (inde I. Becker *Rhein. Mus.* 13, 1859 p. 255), *wall* p. 400. Quae perierunt dedi litteris inclinatis

V. 1 in. et in fine cruces additae sunt tempore recentiore. DEAE SVRL Bainbr. 3 VRNIO AC... Bainbr., VRNIO AGR Camd., Speed. 4 ... VALE .... Bainbr., ICOLA LECA Camd. Reliqua inde ab hoc versu servavit fere solus Speed. 5 .... LIC .... Bainbr., ... A .... Camd. 6 PRÆEC Speed. 7 OH·I·HAMMIORŧ Speed (COH·I·HAMIOR Gibson), III·A·IOR Horsley, qui coniecit in lapide fuisse COH·IIII·GALLOR propter locum, cui titulum tribuit. HAMIORꝛ (non HAMMIORVM) videtur in lapide fuisse.

Infra versum fortasse integrum deesse indicavi ego. Ceterum Horsleius Speedii exemplum non noverat, unde coniectura tantum positam esse credebat in editione Camdeni Gibsoniana cohortem I Hamiorum; si novisset, certe aliter iudicasset. De Calpurnio Agricola cf. supra n. 225. Britanniam videtur rexisse circiter ab a. 162 ad 169 p. C., cf. n. 773. 774.

Deae Suriae sub Calpurnio Agricola leg(ato) Aug(usti) pr(o) pr(aetore) A. Licinius Clemens praef(ectus) [c]oh(ortis) I Hamiorum [sagittariorum v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)?]

759 *Carvoran,* tabula magna lapidea (alta ped. 3 dig. 4, lata ped. 2 dig. 2) rep. a. 1816 *in the north-east corner of the station by Mr. Carrick and by him given to Col. Coulson,* qui dedit museo in *Newcastle,* ubi servatur. Litterae sunt saeculi tertii tenues et altae, sed bonae.

IMMINET · LEONI · VIRGO · CAELES
TI · SITV SPICIFERA · IVSTI · IN
VENTRIX · VRBIVM · CONDITRIX·
EXQVIS MVNERIBVS · NOSSE · CON
TIGIT·DEOS ERGO EADEM MATER DIVVM
PAX·VIRTVS·CERES DEA SYRIA
LANCE VITAM ET IVRA PENSITANS
IN CAELO VISVM SYRIA SIDVS EDI
sic DIT LIBYAE COLENDVM INDE
CVNCTI DIDICIMVS
ITA INTELLEXIT NVMINE INDVCTVS
TVO MARCVS CAECILIVS DO
NATIANVS · MILITANS TRIBVNVS
INPRAEFECTO · DONO · PRINCIPIS

Imminet Leoni Virgo caelesti situ
Spicifera, iusti inventrix, urbium conditrix,
Ex quis muneribus nosse contigit deos.
Ergo eadem mater divum, Pax, Virtus, Ceres,
Dea Syria, lance vitam et iura pensitans.
In caelo visum Syria sidus edidit
Libyae colendum; inde cuncti didicimus.
Ita intellexit numine inductus tuo
Marcus Caecilius Donatianus, militans
Tribunus in praefecto dono principis.

Contuli. Georg. Stanley Faber Archaeol. Ael. 1, 1822 p. 107 ss. (inde Newton p. 119, 126*a*; Henzen 5863); Hodgson 2, 3 p. 138; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 231, *catal.* p. 11, 23, *wall* p. 401, lapid. n. 306 (inde Wright *the Celt* p. 264; I. Becker *Rhein. Mus.* 13, 1859 p. 256; McCaul *Brit. Rom. inscr.* p. 287). Tractavit Buecheler anthol. epigr. Lat. specimen I (Gryphiswaldiae 1870 4.) p. 6 n. X, qui neque orationem perite ac perspicue compositam nec versus satis emendatos esse adnotat atque carmen hominis plebeii propter religionum mixturam superstitiosam non credit factum esse ante Antoninos. Immo recentius etiam est secundum litteraturam atque tribuendum Severi fere eiusve filiorum tempori.

Lectio certa est. Ad Virginem Leonis signo propinquam et cum Cerere, Atargati, aliis numinibus confusam Buechelerus comparari iubet scholia Germanici p. 65 Breis.; plura de eadem religione collegit Hodgson. 3 QVIS Henzenus in CVIVS mutare voluit, sine causa. 5 IVRA ET PENSITANS Henzenus errore puto typothetarum, unde superflua est Buecheleri (*Jahrb. für Philol.* 77, 1858 p. 65) mutatio in EXPENSITANS, quam ipse postea reprobavit. Quod idem ERGO v. 4 mutare voluerat in VIRGO, id scriptura tituli perspicua vetat. Nuper ipse perspexit *ergo* illud collectivum esse, interpositum ad revocandum orationis cursum. 5 Iovem lance vitam pensantem ex Homero et Vergilio (Aen. 12, 725) notum comparat Buechelerus. 9. 10 *Tribunus militans in praefecto dono principis* propter metrum positum est pro tribuno cohortis (fortasse I Hamiorum), qui beneficio imperatoris honorem tribunatus obtinuit, cum praeerat cohorti illi, quam praefecti regere solebant; cf. quae de tribunorum et praefectorum dignitate observavimus Henzenus *Bonner Jahrb.* 13, 1848 p. 50 ss. et in annalibus instituti archaeol. 30, 1858 p. 17 ss.; C. L. Grotefend in Philologo 12, 1857 p. 488, *Bonner Jahrb.* 32, 1862 p. 17 ss.; ego *Bullett. dell' Inst.* 1862 p. 221 ss. Cum *militandi in praefecto* structura Buechelerus comparat *in equite spectare* et similes poetarum locutiones a Lachmanno ad Propertium p. 59 enotatas.

760 Prope *Thirlwall castle,* rep. a. 1757 dataque societati antiquariorum Londiniensi *by Hon. Mr. Baron Legge.* Unde servatur in *Somersethouse;* est arula alta ped. 1 dig. 2, lata dig. 9; litterae sunt lectu difficiles.

DEO · SANCT
VETERI·
IVL · PASTOR
IMAG · COH II
DELMAT VSLM

Contuli in loco obscuro neque in lectione mihi satisfeci. Ectypum misit A. W. Franks. A. Way *catalogue of the collections of the soc. of antiq.* p. 9; Bruce *wall* p. 68, lapid. n. 316.

1 DEO SANC, 4 IMMC·CH II, 5 OBVMVIIM Way; DELMATVSLM in ectypo videor mihi distinguere. Unde de Brucii lectione iam non dubito.

Cohortem I Delmatarum habuimus supra Uxelloduni (cap. XXXIII); secundam in Britannia fuisse notitia (v. praefatio huius capitis) tantum et hoc titulo testibus scimus.

Deo sanct(o) Veteri Iul(ius) Pastor imag(inifer) coh(ortis) II Delmat(arum) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

761 *Carvoran;* servatur in *Newcastle* in museo. Arula alta dig. 11, lata dig. 7. Ego in museo casu describere omisi.

DEO VE
TIRINE
CAIAM
ES·V·S·L

Hodgson 2, 3 p. 140; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 249, *catal.* p. 29, 96, lapid. n. 320.

Hodgson praeter deum Veterinum, quem voluit, nihil explicuit; Bruce proposuit *deo veteri Nepos Calames v. s. l.*

Nomen dei veteris et formula in fine certa, nomen dedicantis incertum. Vide sequentem.

762 *Carvoran.* Servatur Eburaci in museo, dono Edwini *Smith*; arula parva.

DEO · VETE
RI · NEC
ALA · MIL
V·S·L·M

Contuli. Wellbeloved *assoc. journ.* 3, 1848 p. 124; I. Kenrick *catalog. of the museum at York* p. 35, 27; Bruce in schedis, lapid. n. 319.

1. 2 VETERINEO Kenr. 3 De *ala mil(iaria)* cogitavit Kenrick, vix recte. Post v. 4 Wellbel. addit vestigia quinti; quae fortuita sunt.

Patet verba eadem esse atque in arula praecedente, quanquam lapides diversi sunt. Cf. etiam quae sequitur.

763 *Carvoran.* Anicula, quae casulam proximam incoluit, aram votivam antiquam nobis ostendit sic ... conceptam CAMD. (inter ruinas apud *Caervorran* GRUT.).

DEO
VITI
RINE..
..LIMEO
ROV
P·L·M

Camden ed. V (1600) p. 718 (Grut. 89, 8 a Camdeno; inde etiam reliqui Horsley p. 231; Goughs Camden 3 p. 503; Orell. 2069; Hodgson 2, 3 p. 136; Bruce lapid. n. 318).

Cf. arae duae praecedentes.

764 *Carvoran. When J was last there, J purchased .... a small altar lately found, with a very plain inscription upon it* HORSL. *In Netherby, in the collection of Sir James Graham* HUTCH.

DEO
VITIRI
MENI
DADA
VSLM

Horsley p. 230 *Northumb.* n. 67 (inde Warburton vallum p. 76, 67; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 10; Hodgson 2, 3 p. 140; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243; Bruce lapid. n. 315); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 533 tab. 3 fig. 44.

765 *Carvoran, built into the garden wall of the farm house.* Litteris evanidis et musco tectis. Ara non magna.

DEO VITERI
NLVS ET
AVRIDES
V·S·L·M

Bruce *wall* p. 257, lapid. n. 314.

Nomen vel nomina dedicantis dedicantiumve incerta sunt.

766 *Carvoran*, arula parva, servabatur apud *Miss Fanny Bacon, of Newbrough.*

DEO VITE
RI NO

Wallis *Northumb.* 2 p. 5 (inde Goughs Camden 3 p. 503; Hodgson 2, 3 p. 140; Bruce lapid. n. 317). Diversa esse videtur a n. 760—765.

767 *Carvoran.* Repperit ibi GORDON deditque Baroni *Clerk*, apud quem vidit HORSL. Servatur inde ab a. 1857 Edinburgi in museo, dono Edwardi *Clerk.* Est arula alta dig. 9, lata 5; litteris rudibus.

DIBVS
aper VITIRIBVS *anguis*
DECCIVS
V·S·L·M

Contuli. Gordon it. sept. p. 79 tab. 40 fig. 8; Horsley p. 230 *Northumb.* n. 69 (inde Warburton vallum p. 77, 69; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 12; Hodgson 2, 3 p. 140; C. I. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243; Wright *the Celt* p. 292); Bruce *wall* p. 238, lapid. n. 311.

1 DIRVS Gord. Horsl., qui ob eam lectionem male interpretatus est. Linea fortuita B litterae infra exesae adhaeret; inde ortus est error lectionis, quem Bruce correxit. Anguem idem agnovit, ubi antiquiores delphinum sibi visi sunt deprehendere, male. Cf. n. 502*a*.

Dibus vitiribus Deccius v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

768 *Near Thirlwell castle* WARB. *I could not find the original; I believe Mr. Warburton must have removed it with some other stones, among which, being but small, it was lost* WARB.

VETE
RES

Warburton *map of Northumberland* (inde Horsley p. 231; Goughs Camden 3 p. 502; Bruce lapid. p. 313).

769 Haec inscriptio habetur ad *Chester in the wall*, quod satis magnum oppidum fuisse ex ruinis apparet, et firmum Romanorum militum contra barbaros praesidium facile iudicarim. Vulgo vocatur *Busiegapp;* est autem locus infestus excursionicus et frequentioribus latrociniis expositus ad praedandum BAINBR. (*from Chester on the wall* HAYTON). Similiter CAMD. (*Chester*, ad murum vulgo *Busiegapp* GRUT.; in ed. II additur 'eruta a. 1503 [l. 1603] circa vallum Severi'). Per Cottonem delata est ad *Connington*, ubi vidit HORSL., indeque Cantabrigiam in collegium Trinitatis, ubi extat. Est ara alta ped. 3 dig. 4, lata ped. 1 dig. 4½. Vindolanae tribuit HORSL., Magnis rectius HODGS. Exemplum novicium extat in *Appleby* cum reliquis Bainbriggii antiquitatibus (HAYTON).

. . . . . .
. . . . . .
PRO SALVTE
DESIDIENI · AE
LIANI · PRÆF
ET SVAS[1]≅
POSVIT VOT
O·SOLVIT ŁBE
NS TVS¢ ET BAS
SO CC

p. c. 258

Contuli in loco obscuro semitectam protoma novicia, quae ante titulum collocata est. R. Bainbrigg in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 312 (Hayton n. 13); Camden ed. VI (1607) p. 659 (Grut. 1179, 1 'a Cottone', cuius praeterea exemplum autographum, ut puto, sed malum, legitur in cod. Cotton Iulius F. VI f. 311*); Horsley p. 226 *Northumb.* 54 (inde Warburton vallum p. 67, 54; Goughs Camden 3 p. 504 tab. 29 fig. 8; Hodgson 2, 3 p. 137; Newton p. 109, 27); Bruce in schedis, lapid. n. 295.

1 Nomen dei alicuius deesse certum est; vestigia eius Britannorum nemo enotavit. Mihi talia apparebant ≅ I C ////// I////; sed incerta sunt. De I·O·M cogitavit Bruce. Possunt autem deesse versus duo. 3 PRET Bainbr., PRÆ Camd. (PRAEF Grut.), PRAE Cott., PRAE Hodgs. 4 ET SVA SVO· Bainbr., ET SVA·S· Camd. (ET·SVA·SVOR· Grut.), ET SVASV Cott., ET SVAS· Horsl. Mihi post S non punctum, sed pars litterae apparebat, quam aut I aut V aut O esse potuisse iudicabam. Unde *et sua suo-r(um)* coniecturam esse malam primi descriptoris, quam reliqui secuti essent caece, credidi. Nomen enim eius qui posuit omnino deesse vix credibile est. *Et sua s(acrum)*, quod proposuit Horsleius, vix probaverim. 5 POSVIT·VOT· omnes praeter Cottonem, qui VOıT habet; mihi quoque OT litterae in lapide esse visae sunt, quamvis evanidae. 6 I parvam inter V et T, quam habent omnes, incertam esse adnotavi; unde cogitabam de *voto solut(us)*; sed orationem inconcinnam casumque falsum (*posuit*, *voto* pro *votum*, *solvit*), utpote oriunda ex duarum structurarum confusione, putabam condonandum esse scriptori eius aevi provinciali.

. . . . . *pro salute Desidieni Aeliani praef(ecti)* [*T*]*et(tius) Suasor*? *posuit, voto solvit libens. Tusco et Basso co(n)*[*sulibus*]

770 *This altar was found near the wall in the most westerly part of Northumberland, and was several years at Haltwhistle. It is now in Dr. Stukeley's garden at Grantham* HORSL. Unde Magnis tribuit HODGS.; potest autem etiam ad Amboglannam pertinuisse omninoque originis incertae est.

DEO
. . . . .

Horsley p. 234 *Northumb.* n. 79*a* (inde Warburton vallum p. 80, 79*a* Hodgson 2, 3 p. 141) qui delineatam accepit a Stukeleio. Reliqua periisse recte observat Horsleius. Diversa certe est ab n. 648.

771 *From Corbridge* WARB. *This I found lying in the court (of Walton near Carvoran) before the house; it is an altar* HORSL.

patera . . . *praeferi-*
. . . *culum*
. . .
SLLM

Warburton *map of Northumberland*; Horsley p. 230 *Northumb.* n. 66 (inde Warburton vallum p. 76, 66; Goughs Camden 3 p. 503) qui addit p. 246 hanc esse sine dubio aram a Warburtone male Corstopiti collocatam. Cf. supra n. 471.

. . . . *v(otum)*] *s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)*

772 *Near Thirlwell castle*, in basi arae WARB. Frustra quaesivit HORSL.

D M

Warburton *map of Northumberland* (inde Horsley p. 231; Goughs Camden 3 p. 502).

Fragmentum vix videtur sepulcrale esse, propter formam.

773 *Burdosvald* SMITH errore. *Carvoran*, ubi servatur BRUCE. Pars inferior basis quadratae.

. . . . . .
sub calpur
*ni*O AGRI
COLA COS
LICINIVSCE
MENS PP

C. R. Smith *gent. mag.* 23, 1845 p. 295 et *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 392 ex epistula Ric. *Weddell of Berwick-upon-Tweed;* Bruce *wall* p. 21, lapid. n. 327.

3 CO . . . A COS. 4. 5 LICINIVSC . . | . . . SPI . . Smith. In fine v. 4 videtur fuisse CLE.

A. Licinius Clemens praefectus coh. I Hamiorum nominatur supra in titulo n. 758. Cf. n. 225. 758. 774.

. . . . . *sub Calpurni*]*o Agricola co(n)s(ulari) Licinius C*[*l*]*emens pr*[*aef(ectus)*] . . . .

774 *Carvoran;* servatur in *Newcastle* in museo, dono Col. Coulson. Fragmentum est longum ped. 1, altum dig. 9.

IVSAGRI
IAMIORV

Contuli. I. Hodgson 2, 3 p. 205 (cf. p. 139) cui dedit descriptam Thom. Hodgson; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 250, *catal.* p. 30, 101, *wall* p. 244, lapid. n. 328.

Quanquam elementa in fine versus primi non satis certa sunt, tamen fortasse [*Calpurn*]*ius Agri*[*cola consularis*] itemque *cohors I* [*H*]*amioru*[*m*] memorantur. Cf. n. 758. 773.

775 *In 1828 recently taken out of a house at Greenhead, but it was known to have been brought from the Roman wall, a little to the east of Thirlwall castle* HODGS. Nunc in *Holmhead* prope *Thirlwall castle, built, upside down, into an outhouse* BRUCE.

CIVITAS
DVMNON

Hodgson 2, 3 p. 136. 142. 204 cui dedit Ioh. Thompson; Bruce *wall* p. 250, lapid. n. 337 (inde C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 175; B. Poste *Brit. researches* p. 93).

2 DVMNONI Hodgs. contra lapidis imaginem a Brucio datam.

Ex Taciti in Agricola testimoniis quibusdam, praesertim ex oratione Calgaci (cap. 31 *hi per delectus, alibi servituri, auferuntur;* cap. 32 *in ipsa hostium acie inveniemus nostras manus: agnoscent Britanni suam causam*), antiquarii Britanni gentes aliquot in meridionalibus insulae partibus degentes, veluti Dumnonios (supra cap. I), inde a primis provinciae annis in regiones septentrionales deductas ibi ad opus valli perficiendum adhibitas esse existimaverunt una cum militibus. Atque gentes regionum meridionalium aut migrasse in septentrionales aut ibi collocatas esse a Romanis non negaverim; Damnonii enim Ptolemaei in Caledonia agentes (2, 3, 9) fortasse non diversi sunt a Dumnoniis redeuntque oppidorum nomina in Caledonia iam ex Britannia nota (Οὐξελλον 2, 3, 8 cf. Οὐξελλα 2, 3, 30; Λινδον 2, 3, 9), item fluviorum. Eorum vero titulos hosce vix credo memoriam servasse; magis putaverim eiusdem originis milites, qui in cohorte aliqua in vallando occupata una meruerunt, lapidibus hisce (n. 775. 776) coniuncti operis memoriam conservare voluisse. Similes sunt, qui infra proponuntur, tituli n. 863. 897.

civitas Dumnon(iorum)

776 *At Glenwhelt* a. 1783, *but found near Carvoran* BRAND. *Now at the Shaws* HODGS. In *Rockliffe* prope *Carlisle*, apud *Gill Mounsey Esq.* BRUCE.

CIVITAS
DVMNI

Brand *Newcastle* 1 p. 612; Hodgson 2, 3 p. 136. 142. 204; Bruce *wall* p. 250, lapid. n. 336 (inde C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 175; B. Poste *Brit. researches* p. 93).

civitas Dumni(oniorum)

777 *Carvoran, in the yard of the farm house* HUTCH. *Built up in the east end of Mr. Carricks stable at Carvoran, in 1810* una cum n. 796, *and before that time had an inscription between them, which Mr. Carricks son gave to Mr. Gibson, of Redesmouth* HODGS. (v. infra n. 778). Servatur in *Newcastle* in museo; lapis longus est ped. 1 dig. 8, altus dig. 6. Litterae in tabella ansata scriptae.

COH · I · BAT
AVORVM ꝺ F

Contuli. Hutchinson *Northumb.* 1 p. 18 (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 3; Hodgson 2, 3 p. 141 III 1); Hodgson 2, 3 p. 141 III 3; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 257, *catal.* p. 37, 118, *wall* p. 244, lapid. n. 331.

Hutchinsonis exemplum hoc est COH VI | VORVM F STI; tamen non videtur agi de titulo diverso. 1 BATA Hodgs. 2 VORVM videtur in lapide esse; sed mihi visus est voluisse lapicida AVORVM. In fine post F neque ego neque Hodgson et Bruce quicquam vidimus eorum, quae Hutchinson dedit.

De cohorte I Batavorum dixi in praef. cap. XLVII.

778 *Carvoran,* ubi a. 1807 descripsit Lingard. *As Mr. Gibson accompanied him (Dr. Lingard) in his tour of that year, it is, I suppose, the inscription which he procured of Mr. Carricks son* HODGS. (v. supra n. 777).

COH · V
Ↄ · VAL · MAXIMI

Hodgson 2, 3 p. 141 (Bruce lapid. n. 334).

779 *In the collection at the Shaws, near Gilsland, in 1833, and supposed to have been brought from Carvoran* HODGS. Nunc in *Rockliffe* prope *Carlisle*, apud *Gill Mounsey Esq.* BRUCE.

COH · X Ↄ · F
NORCI

Hodgson 2, 3 p. 295; Bruce in schedis, lapid. n. 333.

coh(ors) X ꝺ(centuria) F(lavi) Norici

780 *Carvoran. Doorstep of a cottage beside Thirlwall castle.* Periit nuper.

COH / / / / / / / / / C
MGN P CC

Bruce in schedis, lapid. n. 335.

coh[ortis ... centuria] Magn(i) p(edes) CC?

781 *Carvoran, in the yard of the farm house* HUTCH. Inde asportaverat BRAND, postea per Hodgsonem in *Ryton* apud Thorpium; nunc in *Newcastle* in museo. Lapis quoquo versus ped. 1 dig. 1.



Contuli. F. Swinhow *gent. mag.* 22, 1752 p. 107; Hutchinson *Northumb.* 1 p. 18 (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 5; Hodgson 2, 3 p. 141); Brand *Newcastle* 1 p. 613; Hodgson 2, 3 p. 142; Bruce in schedis, lapid. n. 338.

Hutchinsonis exemplum hoc est IMP | ANTON VIAR . . | Q ꝺ S ꝺ P ꝺ, malum omnino.

3 VTATO Swinhow, VIATO Brand, qui solvit *viatoribus gratia sua fecit.* 4 ꝺ S Swinhow. Quid G·S litterae, quae videntur certae esse, significent ignoro.

ꝺ (centuria) Mar[ci] Anto[nii] Viato[ris] . . . . . f(ecit)

781*a* Inter titulos in *Netherby* servatos. Lapis longus dig. 19, altus 10.

Ↄ ACILIANI

Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 536 tab. 3 fig. 38.

Hic collocavi coniectura incerta propterea quod una cum n. 786 item incerta proponitur ab Hutchinsone.

782 *Carvoran, in the yard of the farm house* HUTCH. Ibi descripsit Lingard, qui addit *'brought away by Dickson'* HODGS. Servatur in *Newcastle* in museo; litterae in tabella ansata scriptae.

Ↄ CLAVDI
P·R·XXX·S·

Contuli. Hutchinson *Northumb.* 1 p. 18 (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 2); Dickson *first report of the soc. of antiq. of Newcastle* p. 39 (Archaeol. Ael. 1, 1822 *donations* p. 1), Hodgson 2, 3 p. 142; Bruce Archaeol. Ael. 1; 1857 p. 243, *catal.* p. 23, 73, *wall* p. 417, lapid. n. 344.

1 CLAVDE (om. ϒ) Hutch. 2 om. Dickson, LXXX Hutch., LXXXS Hodgs., R:XXX·S· Bruce *catal.*, P BXXX ST idem *wall.* Quod dedi mihi visum est in lapide esse. Cf. n. 789.

ꝺ(centuria) Claudi p(edes) r(etro?) XXX s(emis)

783 *In the collection at the Shaws, near Gilsland, in 1833, and supposed to have been brought from Carvoran.*

Ↄ H . . . E
NSENI

Hodgson 2, 3 p. 295. Non recte lecta.

784 *Carvoran. The upper left hand corner of a tablet, which wants its right-hand side, and apparently about half its breadth to complete it* HODGS. Fragmentum longum est ped. 1, altum dig. $8^1/_2$; videtur ibidem remansisse.



Hodgson 2, 3 p. 142 qui vidit a. 1832; Bruce in schedis, lapid. n. 339.

1 ↄ IVL·C, 2 VVALLA . . Hodgs. Fortasse *valli* vel potius *vallandi* opus in uno hoc eius generis lapide memoratum erat.

---

785 Rep. *near Walton, east from Carvoran.* Videtur periisse.

› MV
NATI
MAX

Horsley p. 232 *Northumb.* n. 75*α* (inde Warburton vallum p. 79, 75*α*; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 18; Hodgson 2, 3 p. 141; Bruce lapid. n. 341).

ↄ (*centuria*) *Munati Max(imi)*

---

786 *At Glenwhelt, which is about a quarter of a mile south west from Carvoran; . . an old man here remembered it was brought from the face of the wall near Thirlwel castle, which very well agrees with the figure of it* HORSL. In *Netherby* HUTCH., litteris intra tabellam ansatam positis.

Horsl.:	*Hutch.:*
› MVN	› MIA
AXSV	AXSV

Horsley p. 232 *Northumb.* n. 74 (inde Warburton vallum p. 79, 74; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 15; Hodgson 2, 3 p. 141; Bruce lapid. n. 342); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 535 tab. 3 fig. 22, siquidem idem titulus est.

2 puto in lapide fuisse MXSV. Cf. n. 785.

ↄ (*centuria*) *Mun(atii)* [*M*]*axsu(mi)*

---

787 *Carvoran*, ubi vidit a. 1817 HODGS. Servatur ibidem BRUCE. Lapis longus dig. 11, altus 6.

› SILNIC
PRISC

Hodgson 2, 3 p. 142; Bruce *wall* p. 248, lapid. n. 345.

1 › SILN Hodgs., › SILIVIC Brucii tabula.

ↄ (*centuria*) *Senti? Prisc*[*i*]

---

788 *Carvoran, copied by Dr. Lingard in 1807* HODGS. Ibi servatur BRUCE. Lapis longus ped. 1, altus dig. 6; litteris rudibus.

ↄ SORION

Hodgson 2, 3 p. 141; Bruce *wall* p. 248, lapid. n. 346.

ↄ (*centuria*) *Sorion(is)*

---

789 *Carvoran, in the yard of the farm house* HUTCH. Ibi a. 1807 descripsit Lingard, a. 1810 HODGS. Servatur nunc in *Newcastle* in museo. Lapis longus ped. 1 dig. 3, altus dig. 8.

› VALERI
CASSIA
N RVP XIX

Hutchinson *Northumb.* 1 p. 18 (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 4); Hodgson 2, 3 p. 142; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 241, *catal.* p. 21, 57, lapid. n. 340.

1 CALARI Hodgs. errore. 2 CASSIA Hutch. 3 NEV P XIX Hutch., INBVP·XIX Hodgs., INSV·P XIX Bruce *catal.*, ut dedi lapid. Mihi quoque in re praesenti versus huius elementa tria priora incerta visa sunt, nam aut NRV aut INBV aut INTV legi posse adnotavi. Hoc si verum, fortasse solvendum *Cassia(ni) intu(s) p(edes) XIX.* Cf. n. 732.

ↄ (*centuria*) *Valeri Cassia*[*ni*] *r(etro) v(orsum)? p(edes) XIX*

---

790 Rep. *near Foultown, about a mile west from Carvoran.* Videtur periisse.

› VALERI
VERI

Horsley p. 232 *Northumb.* n. 75*α* (inde Warburton vallum p. 79, 75*α*; Goughs Camden 3 p. 503; Hodgson 2, 3 p. 141; Bruce lapid. o. 343).

ↄ (*centuria*) *Valeri Veri*

---

791 *In the collection at the Shaws, near Gilsland, in 1833, and supposed to have been brought from Carvoran.*

M ACVCIEA///////

Hodgson 2, 3 p. 295.

---

792 *Carvoran, in the yard of the farm house* HUTCH. Videtur lapis centurialis fuisse.

AVG
NVMERI
MAGNCES
L E

Hutchinson *Northumb.* 1 p. 18 (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 6; Hodgson 2, 3 p. 141; Bruce lapid. n. 330).

Omnino male descripta neque cogitandum nec de Numeriano Augusto nec de Magnis stationis nomine.

---

793 Rep. *in or near Carvoran* HODGS. Servatur in *Newcastle* in museo, cui dedit Col. Coulson. Est cippus altus ped. 5 dig. 3, latus ped. 2 dig. 8; litteris bonis.

D · M
AVR · ITALAE
D · SALONAS
AVR · MARCVS
ↄ · OBSEQ · CON
IVGI · SANCTIS
SIMAE · QVAE · VI
XIT · ANNIS · XXXIII
SINE VLA MACVLA

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 292; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 256, *catal.* p. 36, 115, *wall* p. 243, lapid. n. 321.

2 AVR:FAIAE Hodgson et post eum Bruce; sed Faia nomen nullum est. Ego in lapide clare vidi ITALAE. Ex uxoris patria vix recte cum antiquariis Britannis concluseris maritum centurionem fuisse in cohorte II Delmatarum. Cf. n. 760.

D(is) M(anibus) Aur(eliae) Italae, d(omo) Salonas, Aur(elius) Marcus ↄ (*centuria*) *Obseq(uentis) coniugi sanctissimae, quae vixit annis XXXIII sine ulla macula*

---

794 *At Blenkinsop hall* HODGS. Servatur in *Newcastle* in museo, cui dedit Col. Coulson. Est cippi pars superior ornata fastigio, alta ped. 2 dig. 9, lata ped. 2 dig. 6; litteris non bonis.

C·VALERIVS ✣ C✣VOL✣
TVLLVS ✣ VIAN ✣ MIL
LEG ✣ XX·V·V

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 142; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 251, *catal.* p. 31, 102, *wall* p. 245, lapid. n. 322.

Non Viana aut Raetiae aut Lusitaniae, sed Vienna Galliae Narbonensis intellegenda, quam scimus Voltiniae tribui fuisse adscriptam (Grotefend *die röm. Tribus* p. 121); eius enim nomen non raro *Vianna* et *Viana* scribitur in titulis Germanicis, veluti apud Brambachium n. 1061. 1165. 1175. 1202 (*Vianna*) et 1164. 1382 (*Viana*) Hoc recte primus monuit McCaul *Brit. Rom. inscr.* p. 159.

C. Valerius C. [*f(ilius)*] *Vol(tinia) Tullus Vian(na), mil(es) leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis)*


---

795 *At Wall-end just beside Thirlwel I discovered this inscription . . .; the stone is coarse, but the letters that remain fair and well enough cut.*



Horsley p. 232 *Northumb.* n. 72 (inde Warburton vallum p. 78, 72; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 14; Hodgson 2, 3 p. 142) qui minus apta protulit ad explicandum fragmentum per se inutile; certe non cogitandum est de *cohorte IV Bretonum.* V. 2 [*civi*]*s Trev*[*er*], v. 3 [*li*]*berto* legi possunt.

796 *Carvoran*, a. 1810 *on a broken stone, built up in the east end of Mr. Carricks stable.* Videtur periisse.



Hodgson 2, 3 p. 142.

797 *Carvoran. These stones are used for two steps in the stairs of a house; the letters are very visible, but part of them, especially of one of the stones, is covered by the next step above, which rests upon this* HORSL. Erat cippus fastigio ornatus, qui videtur periisse.



Horsley p. 230 *Northumb.* n. 68 (inde Warburton vallum p. 77, 68; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 11; Hodgson 2, 3 p. 142).

Cognomen defunctae incertum est; reliqua aliqua cum probabilitate restituuntur. Quae Horsleius proposuit non egent refutatione.

D(is) M(anibus) Aur(elia) Habr|ocoma? vix(it) ann(is) . . . Aur(elia) Pu-[sin]na so[crui] pien[tis]sime [et] di[lectissime?]

798 Magnis coniectura tribuit HORSL. qui possidebat, post Warburtonem puto. Nunc est Dunelmi in bibliotheca capitulari, sed imminuta. Fragmentum quoquo versus dig. 9 habet.



Contuli. Horsley p. 234 *Northumb.* n. 79 (inde Warburton vallum p. 80, 79; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 21; Hodgson 2, 3 p. 142); Bruce in schedis, lapid. n. 329.

V. 1. 2 hodie desiderantur.

799 Rep. (per Warburtonem) *in forming the new military road from Newcastle to Carlisle.* Servatur Londinii in museo societatis antiquariorum in *Somersethouse*, cui dedit a. 1763 Emanuel Mendez da Costa Esq. Est basis alta dig. 7, lata $3^1/_2$.

C · MANILIVS
HILARVS · VIXIT ·
ANNOS · L

R. Gough in exemplo suo Britanniae Horsleianae Oxonii servato in fine, ubi additur *'shewn by Mr. Da Costa at A(ntiquarian) S(ociety)*; A. Way *catalogue of the collections of the soc. of antiq.* p. 10; Bruce in schedis, lapid. n. 324.

LI. AMBOGLANNA,

STATIO PER LINEAM VALLI DVODECIMA

(Birdoswald).

Accedunt *Chapelhouse, Over Denton, Howgill, Lanercost Priory, Lanerton, Low Wall, Murray, Naworth Castle, Raneland, Thorpe, Tredermaine Castle, Underheugh, Waterhead, Willowford* et lapicidinae apud *Bankhead* et *Combe Crag.*

Multo antequam Borcovicii (supra cap. XLVIII) parietinae accuratius pervestigatae erant, inter stationes per lineam valli ea solebat celebrari (cf. Goughs Camden 3 p. 429. 460; Horsley p. 152; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 72 ss.; Hodgson 2, 3 p. 206 ss. 295 s.), cuius situm vicus *Burdoswald* accolis antiquioribus, *Birdoswald* hodiernis dictus occupat. Atque ut loci opportunitate ac spatio reliquas omnes (cf. Maclauchlan *memoir* p. 54; Bruce *wall* p. 254) superat, ita titulorum numero et pondere Borcovicium hodie quoque aequat, quanquam nondum ibi effossiones institutae sunt tam curiosae tamque plenae, quam Borcovicii. Tamen partes sane murorum et portarum detectae sunt cura potissimum eorum, qui locum possidebant, ut Hodgsonis tempore Mr. Crawhall et postea duorum virorum H. Glasford Potter et H. Norman (cf. Archaeol. Ael. 4, 1848 p. 63 ss. 141 ss.; Bruce *wall* p. 257). De nomine eius vetere dubitari nequit; nam cum notitia (p. 114* 15) *tribunum cohortis primae Aeliae Dacorum Amboglanna* habeat, cohors autem illa in titulis in *Birdoswald* sive prope repertis plus minus XXV (n. 806—823. 826. 829. 831. 837. 838. 865. 866. 867) nominetur, Amboglannam ibi fuisse, quae Ravennati (5, 31 p. 431, 10) *Gabaglanda* est et *Amboglanis* scribitur in patera Rudgensi, manifestum est. Amboglannae nomen, ut Ambitarvii vici ad confluentes Rheni et Mosellae siti (Sueton. Calig. c. 8), fortasse referendum ad situm inter duos rivos, quem ita describit Bruce (*wall* p. 253): *the camp of Birdoswald occupies a position naturally strong and very beautiful. It stands upon a cliff . . ., at the base of which the river Irthing flows. Rendered thus inassailable on its southern side, its northern is made nearly equally strong by a bold chasm, through which a streamlet flows from the Midgeholm Moss*; addit deinde situm comparatum esse ab iis, qui Asiam adiissent, veluti a comite quondam *de Carlisle*, cum situ Troiae. Tituli docent inde ab Hadriani, qui murum condidit, tempore Dacos a Traiano nuper devictos continuo ibi fuisse in castris usque ad saeculum quintum; id quod comprobant cognomina imperatoria, quae cohors variis temporibus gerebat Antoninianae (n. 818), Gordianae (n. 819), Postumianae (n. 820. 822), Tetricianae (n. 823). Tituli quoque aliquot imperatorum reperti sunt Hadriani (n. 835), Pii (n. 836), Caracallae (n. 837). Praeterea aut ibidem aut in muri partibus vicinis vel aedificandis (n. 847—865) vel tutandis occupatos reperimus milites legionum trium Britannicarum II Augustae (n. 800. 840. 841), VI victricis (n. 801 *839. 842—845), XX Valeriae victricis (n. 802. 835); item vexillationum legionis XXII Primigeniae (n. 846). Atque Dacorum tribuni (praefectus unus tantum memoratur n. 831 cf. 826) in praetorio puto cum signis (n. 829) Iovem optimum maximum potissimum coluerunt (n. 806—825), ut Tungri Petrianis et Hispani Uxelloduni. Praeter matres (n. 832) aliosque deos peregrinos (n. 828) Cocidius deus Britannicus cum Marte (n. 802. 806. 827) componi solitus frequens est in regionis illius universae titulis (n. 800—804); videtur ibi prope locus aliquis fuisse, cui nomen erat *Fano Cocidi*. Ita enim traditum est in Ravennatis (5, 31 p. 433) libris scriptis optimis quod *Fanocodi* scribi solet mansionis nomen post Bannam, Uxellodunum, Aballabam, Maias collocatae; ut perspexit C. R. Smith (collect. ant. 2, 1852 p. 201). Bannam non procul afuisse, ut supra observavimus (praef. cap. LI), docent *venatores Bannieses* tituli n. 830).

Amboglanna inter eas valli stationes est, quarum tituli inter primos totius valli innotuerunt. Antiquissimus testis oculatus videtur esse

1. Ricardus BAINBRIGG; in ipsa enim *Burdoswald* titulos descripsit duos (n. 823. 844), unum in *Thorpe* (*Thropp, Thrup, Thrope* olim scribebatur), tres in *Weloford* (n. 803. 813. 837), ut ipse scribere solet (nunc *Willowford*), vicis vicinis. Ipse se *Burdoswald* adiisse testatur in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 322: *frome Lanercost I folowed the wall all ruinated, till I came to Burdoswald, wiche doth seame to have bene some great towne by the great ruynes therof; the inhabitantes did shew me the plaice wher the churche stode; the inscriptions ther are aither worne out by tract of tyme, or by the clownishe and rude inhabitantes defaced.* Deinde

sequuntur quae praemisit titulo n. 823. Camdenus in ed. V (a. 1600) titulis hisce nondum usus est, ut docet n. 837. Ceterum duorum (n. 808. 844) ex titulis illis a Bainbriggio descriptis exempla novicia extabant in *Appleby* (Hayton n. 7. 9) una cum fragmento miliarii aliunde, nisi fallor, non noti.

2. Camdenus cum a. 1599, ut vidimus, cum Cottone illam valli partem adiret, aut ipse descripsit aut a Cottone accepit praeter Bainbriggio iam notos tres (n. 813. 819. 837) duos (n. 809 et 815), qui in schedis manu scriptis iam desiderantur; praeterea unum tantum (n. 844) repperi in codice illo (f. 307) perscriptum a manu quadam, quam Cottonis esse conieci, qui deest in Camdeni libro.

3. Paullo post Gericius Albingensis nostras (cf. praefatio p. 7, 3) eandem valli partem adiit descripsitque in *Williford* (uti scribit) titulos duos (n. 808 et 813), in ipsa *Burdowald* item duos (n. 823 quem diserte addit a Camdeno non esse visum, et n. 844); quos hic in editione VI (a. 1607) adiecit ambos, una cum tertio (n. 819) a Bainbriggio descripto.

4. Praeterea vero duorum Anonymorum exempla extant in schedis illis Cottonianis musei Britannici. Alter Anonymus quis fuerit ignoro; primus autem est, qui titulos tres a Bainbriggio in *Willowford* (n. 808. 813) et in *Thorpe* (n. 819) visos testatur inde asportatos esse ad *Over Denton;* solus praeterea titulos quattuor vidit in *Tredermaine Castle*, quorum duo (n. 844. 864) postea pervenerunt ad *Naworth Castle*, reliqui duo n. 853. 862) perierunt.

5. Alterum ex scripturae similitudine conieci fuisse fortasse Robertum Sibbald antiquarium Scotum. Eius manu, ut putavi, scripti extant in schedis Cottonianis f. 293 tituli undecim aperte ex ipsis lapidibus excepti et in schedula complicata incuriose scripti, quorum unum pertinere puto ad *Netherby* (infra n. 963), unus Westmorelandiae est (supra n. 303), tertius Petrianarum (n. 875). Ex octo reliquis sex certo Amboglannenses sunt atque servabantur postea iu *Naworth Castle* plerique (n. 807. 826. 831. 841. 850), unus in *Corby Castle* (n. 837). Reliqui duo cum loco non adscripto certo Amboglannensibus interpositi sint medii (n. 839. 855), probabiliter referentur ad eundem locum; visi autem sunt postea ab alio nullo. Ex titulis hisce fortasse eo iam tempore quinque (n. 807. 826. 831. 841. 850) servabantur in castello *Naworth* non procul a prioratu *Lanercost* sito; Guilelmus enim *Howard*, quem *the Belted Will* vulgus solebat appellare, Camdeno teste (ed. VI, 1607 p. 644. 646) castellum illud restituit creditumque titulos inscriptos ex locis vicinis conquisitos illuc asportasse (cf. Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 133 ss.; Hodgson 2, 3 p. 211). Praeter eos duodecim alios titulos scimus olim extitisse in horto castelli (n. 808. 813. 815. 819. 820. 821. 832. 840. 843. 844. 856*a*. 864). Iam Stukeleii tempore neglecti ibi iacebant (it. cur. 2 p. 58); qui supererant ab ultimo comite *Dacre* saeculo proximo exeunte venum dati Thomae *Robinson* inde ad *Rokeby* in *Yorkshire* pervenerunt (supra cap. XXV), ubi servabat *Bacon Morritt Esq.*, fortasse etiam ad *Netherby* (cf. Brand *Newcastle* 1 p. 614: *Oct. 7th., 1783 I visited Naworth castle, well worthy the attention of the English traveller, though it has been plundered at different times of its Roman stones, by Sir Thomas Robinson and Dr. Graham of Netherby*). Supersunt nunc in *Rokeby* teste Brucio tituli Amboglannenses novem, quorum duo (n. 809. 827) utrum unquam in *Naworth* fuerint necne ignoro, cum reliquos septem inde provenisse certum sit (n. 808. 813. 815. 819. 826. 831. 844; cf. Goughs Camden 3 p. 339); in *Netherby* (cf. infra cap. LIX) extant certo Amboglannenses duo (n. 806. 810), quos tamen nemo videtur in *Naworth* vidisse. In ipso *Naworth* duo tantum relicti sunt scriptura prorsus evanida (Brand l. s. s.: *two still remain built up in the garden wall, but the inscriptions are nearly defaced by the weather;* Bruce lapid. p. 176, 352 in fine: *an altar, which is quite illegible, and a slab, which exhibits the semblance of a letter or two, are still to be seen in the garden walls at Naworth*); ego cum castellum adii die quodam Pluvio mensis Septembris a. 1866 nihil eorum dispexi.

6. 7. Pauci deinde tituli accesserunt per Gibsonem (n. 803. 840. 841 847), Iacobum Jurin (n. 863), Gordonem (n. 818. 829. 837. 863).

8. Horsleius autem primus iustam eorum proposuit syllogen; scilicet noverat titulos XXVII omnino, ex quibus dimidia fere pars antea nondum edita erat.

9. 10. 11. Hutchinson, qui Horsleium fere sequitur, Brand, Gough de suo item paucos addiderunt (n. 806. 812. 819. 826. 827. 865).

12. 13. Paullo plures debentur scriptoribus duobus in *the gentlemans magazine*, Georgio Smith (n. 812. 820. 822. 843. 863) et Francisco Swinhow (n. 820. 822. 866).

14. Lysons vero bene meritus est de titulis Amboglannensibus, quorum praeter iam notos octo fere proposuit aut primus aut ceteris accuratius (n. 800. 802. 806.810. 865. 867. 871),

15. meliusque etiam Hodgson, qui praeter eos qui ab aliis iam editi erant, ab ipso visos exhibuit quindecim plus minus.

16. Post eum non multi eius regionis antiquitates curabant, si exceperis Iohannem Maughan, *rector of Bewcastle* (infra cap. LX), aliosque paucos, ut C. R. Smith Londiniensem.

17. Scriptoribus illis omnibus, neque vero schedis musei Britannici usus Bruce omnium maximum congessit numerum, in quo numero paene quadraginta tituli sunt ab ipso visi.

18. Ego eos tantum vidi, qui in museum Aelianense (*Newcastle*) pervenerunt (n. 835. 838) paucosque in *Lanercost abbey* adhuc servatos (n. 800. 802. 824. 830); qui praeterea ibi prope reperti aut servati sunt olim in aedificii partibus variis perierunt latentve (n. 812. 845. 849. 854. 856*b*. 860). Etenim mirum est quam varia tituli Amboglannenses fata perpessi sint, cum in ipsa *Birdoswald*, quam non adii, adhuc extent XVII tantum (n. 805. 814. 818. 823. 825. 828. 829. 833. 834. 842. 848. 857. 858. 859. 865. 866. 869), non pauci deinde pervenerint, ut dixi, ad *Naworth*, *Rokeby*, *Netherby* (ubi tamen etiam servantur ex *Bewcastle* eo delati; cf. Hodgson 2, 3 p. 209 CVIII 15), *Lanercost*, *Corby Castle*, *Newcastle*. Adde singulos binosve delatos ad *the Shaws* et deinde ad *Rockliffe* (n. 801), *Scaleby Castle* (n. 803. 811; siquidem recte illi putantur Amboglannenses esse), *Over Denton* (n. 808. 813. 819), *Abbotsford* (n. 846, si recte coniecit Bruce), *Tredermaine Castle* (n. 853. 862. 864), *Carlisle* (n. 867), *Brampton* (n. 836). Ceterum non facile ubique distinxeris, utrum tituli locis illis, quos modo indicavi, servati ex *Birdoswald* oriundi sint an ex locis vallive partibus vicinis; ut prodierunt certe tituli in *Bankshead* (n. 800. 836), *Howgill* et *Low Wall* (n. 801. 804. 863), *Williford* (n. 816. 861. 870, quos Gordon p. 80 affimat eo asportatos esse ex *Birdoswald*), *Thorpe* (n. 819), *Underheugh* (n. 817. 868), *Waterhead* (n. 821. 842), *Murray* (n. 848), *Randylands* (sive *Ranelands* n. 851. 852), *Lanerton* (n. 847). Unde in huius capitis inscriptione indicem dedi secundum, litterarum ordinem dispositum locorum omnium, in quibus tituli aut Amboglannenses proprie aut viciniae reperti sunt servanturve.

Addidi praeterea titulos aliquot lapicidinarum ,ut videntur, vivae rupi incisos (n. 871. 872), quales supra iam reperimus (cap. XXVIII n. 305—307), cum loci, ubi extant, propiores sint Amboglannae, quam aliis valli stationibus. Omisi vero, ut par est, signa incerti temporis incertaeque significationis, qualia incisa rupibus inventa sunt in Cumbria et in Scotia et in Northumbria (cf. *assoc. journ.* 16, 1860 p. 118 et *archaeol. journ.* 19, 1861 p. 78; 21, 1864 p. 37) nuperque splendide edita sunt a Brucio impensis ducis Northumbriae (*incised markings on stone found in the county of Northumberland, Argyleshire and other places, from drawings made in the years 1863 and 1864 by direction of his grace Algernon duke of Northumberland, K. G., patron of the society of antiquaries of Newcastle-upon-Tyne.* Lond. 1869 fol., tab. 32 et pp. 12). Similia observata sunt in Helvetia aliisque Galliae regionibus; ad titulos vero inscriptos Romanos nullo modo pertinent.

800 Ara rep. a. 1808 in fundamentis turris valli apud *Bankshead* prope *Lanercost priory*, ubi servatur. Alta est ped. 1 dig. 6, lata ped. 1.



Contuli. Lysons *Cumberl.* p. 153, 49; Hodgson 2, 3 p. 297; I. Maughan *archaeol. journ.* 15, 1858 p. 159 ss. 4; Bruce *wall* p. 268, lapid. n. 375.

5 V.... Lys., VSLM recte Maugh., sed apices tantum litterarum conspiciuntur.

Deo Cocidio milites leg(ionis) II Aug(ustae) v(otum) s(olverunt) l(ibentes) m(erito)

---

801 Ara alta ped. 3 dig. 6 rep. a. 1808 *in the garden of a college at Hawgill near the Roman wall, not far from Walton; since removed to Gilsland Spa, in the possession of Mr. Will. Bell of that place* LYS. *At the Shaws in 1833* HODGS. *Now in the possession of Mr. George Gill Mounsey, of Rockliffe, Carlisle* BRUCE.

DEO
patera COCIDI · *culter*
VEXILAT . . *sic*
LEG VI VIC
5 V S L M

Lysons *Cumberl.* p. 153, 48; Hodgson 2, 3 p. 209 (item p. 297 ex Lys.); Bruce *wall* p. 268 memorat tantum, non adscripsit, lapid. n. 376.

V. l. 2 tantum exhibet Hodgs. ut supra, DEO| COCID|... Bruce, reliqua enim evanida sunt.

Deo Cocidi[o] vexil[l]at[io] leg(ionis) VI vic-v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

---

802 Ara rep. a. 1808 una cum praecedente itemque servata in *Lanercost priory*. Alta est ped. 3 dig. 2, lata dig. 11.

DEO
COC DIO
urceus MILITES *patera*
LEG · XX · V · V
5 V · S L M
APR · E · RVF CS post a. p. C. 153?
in basi aper currens sinistrorsum et arbor

Contuli. Lysons *Cumberl.* p. 153, 50; Hodgson 2, 3 p. 297 (inde Newton p. 113, 61*a*; C. L. Grotefend *Bonn. Jahrb.* 18, 1852 p. 242; I. Maughan *archaeol. journ.* 15, 1858 p. 159, 3; Henzen 5887); Bruce *wall* p. 268, lapid. n. 374.

4 LEG XXXX Lys., LEG XX Hodgs., LEG XX W Bruce. Atque mihi quoque in lapide esse visum est quod dedi, litteras autem putavi consulto erasas esse. 6 APERERETC Lys., APR E BRV CS Hodgs., APR·ET R·FC Brucii tabula, APR·ET BRAD·CS idem in textu, de consulibus a. 191 cogitans cum reliquis. Indicantur sine dubio consules anni incerti P. Septimius Aper et M. Sedatius C. f. Severianus Iulius Rufinus (cf. C. I. L. 2, 2008), quos Borghesius in schedis paulo post annum supra indicatum fasces tenuisse indicat.

Deo Cocidio milites leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis) v(otum) s(olverunt) l(ibentes) m(erito). Apr(o) et Ruf(ino) co(n)s(ulibus)

---

803 Originis incertae; servabatur *at Scaleby castle* GIBS. Amboglannae tribuit HORSL., fortasse recte, quamvis etiam de *Bewcastle* cogitari possit (infra cap. LX). Idem addit *the letters are well cut.* Amboglannae tribuit etiam BRUCE.

DEO COCIDI
COH · I · AEL.
. . . . . .
. . . . . .
5 . . A . . . VS

Gibsons Camden p. 844 (inde Orell. ad n. 1983); Horsley p. 256 *Cumberl.* 17 (inde Warburton vallum p. 88, 17; Goughs Camden 3 p. 456 tab. 26 fig. 4; Hodgson 2, 3 p. 209; Bruce lapid. n. 373) q. v.

Gibsonis exemplum cum Horsleiano convenit, si exceperis quod ille v. 5 ita exhibet ...A... VS lacunis indicatis.

---

804 *At Low Wall, near Howgill, and about half a mile from the wall, we saw a small altar with*

DEO CO
. . . . .
. . . . .

in the first line; the rest illegible.

Hodgson 2, 3 p. 297.

---

805 *Birdoswald, used in building the farmhouse, but liberated during the recent alterations* a. 1849 BRUCE. Ara alta est ped. 2 dig. 7, lata ped. 1 dig. 2. Litterae sunt neglegenter incisae.

DEAE
FORTV
NAE

Bruce *wall* p. 263, lapid. 371.

---

806 *At Netherby, in the collection of Sir James Graham Bart.* HUTCH. Ibi extat BRUCE.

IOM
COH · AELIA
DACORVM
QVB PREEST
5 AMMONIVS
VICTORINVS
TRIB

Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 2 fig. 21 (inde Hodgson 2, 3 p. 208 [107, 14]); Lysons *Cumberl.* p. 151, 12; Bruce lapid. n. 357.

2 COIAI LEA Hutch., COL AELIA Lys., CO I AELI Bruce. 4 QVB PREESIT Hutch., QVE PREEST Lys., QVB PREESTC Bruce. In lapide puto fuisse QVB· PRÆEST. 7 T RI BI Hutch.

---

807 S. l. ANON. *In the garden at Naworth* HORSL.

	Anon.:	*Horsl.:*	
	IOM	. . . . .	
	. . . . .	. . . . .	
	. . . . .	. . . . .	
	. . . . .	. . . . .	
5	SO	. . . . .	5
	CVI PRAE	. . . . .	
	EST AMMO	. . AMM	
	VICTORINVS	VICTORIN	
	TRIB	TRIB	

Anonymus (Sibbald?) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 293; Horsley p. 255 *Cumberl.* 14 (inde Warburton vallum p. 86, 14; Goughs Camden 3 p. 460, tab. 28 fig. 4; Hodgson 2, 3 p. 208 [103, 10]; Bruce lapid. n. 358) qui addit: *here is no more left than the name of the tribune* Ammianus Victorinus..., *I can't but think he was a commander of the same* cohors Aelia Dacorum. Quot versus supra perierint non indicat.

Cf. n. 806.

808 *Weloford* BAINBR. f. 323, *at Burdoswald* idem f. 307. *Williford* GERIC. Ad *Willyford prope Burd Oswald* CAMD. *Over Denton from Willeford* ANON. *In the garden at Naworth* GIBS. HORSL. *At Rokeby* GOUGH, BRUCE. Ara alta ped. 2 dig. 8, lata ped. 1 dig. 3. Exemplum novicium servabatur in *Appleby*, sed periit inde (*'stolen'*) HAYT.

I O M
co H · Ī · AEL · DAC
patera *orum* C · P · EST . . .
et *a*/RELIVS · FA*u*S . . .
urceus
5 *t*VS · TRIBV*nus*
per P E T V O
COS p. C. 237

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 323 et iterum f. 307 suppletam (Hayton 9 exemplum novicium exhibet); Gericius ibid. f. 306; (Grut. 1064, 1 'a Camdeno' exemplum Gericii exhibet, in ed. II ex Cottonis correctum); Anonymus ibid. f. 328; Camden (ed. VI) 1607 p. 647; Gibsons Camden (1695) p. 844 (inde Hodgson 2, 3 p. 211); Horsley p. 254 *Cumberl.* 9 (inde Warburton vallum p. 85, 9; Nicolson et Burn 2 p. 505; Goughs Camden 3 p. 340. 430. 459; Hodgson 2, 3 p. 208); Bruce *wall* p. 254, lapid. n. 354.

3 C P E SI Bainbr. f. 323 (CVI PREEST f. 307), C PRAEEST Horsl. solus. Notae insolentes quidem sunt, sed testium consensu satis probatae. 4 ELIVS FA Bainbr. f. 323 (AVRELIVS FA f. 307), /RELIVS FA Ger. Gibs., ÆLIVS FA Camd. (AVRELIVS Cottonis sched.; scilicet RELIVS FAS Cotton habet solus), ⸌ELIVS FA Bruce. S in fine fortasse recte servavit Cott. Potest in lapide fuisse FA/S. Vix enim aliud cognomen quod in spatium quadret praesto est, exceptis fortasse duobus his Fatuus et Fabatus. 5 S TRIB Bainbr. f. 323 (FA| BIVS TRIB f. 307), Camd., Horsl., Bruce, L. S. TRIB Gibs. Post v. 6 lapicida alterius consulis Corneliani nomen videtur omisisse; nisi ‚v. 7 COS omnes haberent, in litteris illis latere posset *et* COR*neliano cos.*

---

809 Apud *Williford* CAMD. In ara quadam non scripta, quae ibi servabatur, hunc titulum olim extitisse suspicatus est HORSL. nescio quo iure. Aram in *Rokeby* servari, sed litteris prorsus evanidis *Bruce* affirmat.

I · O · M
OH · Ī · AEL · DA
C · C . . A · GETA
I R E L S A V R N E S
5 . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Camden ed. V (1600) p. 708 (Grut. 1007, 5 'a Camdeno et Cottone'; Horsley p. 252; Warburton vallum p. 83, 3; Goughs Camden 3 p. 460; Hodgson 2, 3 p. 207; Bruce lapid. n. 350). Nomen tribuno fortasse erat *Aurel(io) Saturnino.*

810 *At Willoford, built up in the court wall* HORSL. *At Netherby Hall* LYS. BRUCE. Ara alta ped. 2 dig. 5, lata ped. 1.

I O M
COH · I · AE*l*
C P F*l* M A
X I M V*s*
5 T R I B V*nus*
I PR M A/

Horsley p. 252 *Cumberl.* 2 (inde Warburton vallum p. 83, 2; Nicolson et Burn 2 p. 504; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 27 fig. 13; Hodgson 2, 3 p. 208); Lysons *Cumberl.* p. 151, 16 (inde Hodgson 2, 3 p. 209); Bruce lapid. n. 349.

2 COH I A . . Horsl., COH · I · AI . . Lys. 3 C PREM . . Horsl. (qui solvit *c(ui) pre(est) Maximus*), C P · EI · MA . . Lys., CPFEM Bruce. Unde correxi, cogitans de *Fl(avio) Maximo.* 5 TRIBP| Bruce. 6 Bruce servavit solus, ut dedi; nam antea latebat. Addit Bruce PR litteras postea fortasse insertas esse; unde supplevit *trib(unus) primanus*, utpote Dacorum cohortis Aeliae primanorum; vix recte. Latent fortasse *i(nstante) Pr(ocilio) Ma(gno)* . . . vel similia.

---

811 *Scaleby.* Nuper desumpta est ex pariete quodam (*the chancel wall*) ecclesiae; unde Amboglanna huc pervenisse una cum n. 803 conclusit BRUCE. Fragmentum altum est ped. 2 dig. 8, latum ped. 1 dig. 7.

. . . . . .
coh. . I . *aelia*
. . D A C ⁝ *cui*
*pr*AE · EST
⁻F V N I S V L
an V S · V E T T O
ni A N V S · T

Bruce lapid. n. 367 accepit duobus exemplis, quae paene inter se consentiunt. Supplevi ego; v. 1 videtur excidisse I · O · M.

De Funisulano Vettoniano duce Domitiani dixi ad titulum Devensem n. 164, ubi legatus Augusti pro praetore provinciae Britanniae memoratur, qui inter alia ea quoque nomina gessit. Potest hic a tribuno cohortis Dacorum aut non diversus esse aut certe parentela cum eo coniunctus fuisse.

---

812 *At Lennercost Abbey* SMITH. *In Lanercost priory, being the head stone of the upper passage, betwixt the pillars and outwall of the old abbey* HUTCH. Ibi adhuc extat, *forming part of the headway of the clerestory of the priory-church, in the south-east angle of the choir;* fragmentum altum est ped. 3, latum ped. 1 dig. 2 BRUCE.

I ✣ O ✣ M
CHO · I · AE*lia*
DAC · CVI · PR*ae*
EST · IVLIV*s*
5 SATVRN*us*
TRIB V N*us*

G. Smith *gent. mag.* 14, 1744 p. 369; (inde Lysons *Cumberl.* p. 151, 13); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 62 (inde Hodgson 2, 3 p. 208); Archaeol. Ael. 3, 1858 p. 39; *archaeol. journ.* 15, 1858 p. 159; Bruce *wall* p. 273, lapid. n. 361.

813 *A verie perfect inscription wryten in a faire pillare at Weloford* BAINBR. Apud *Williford* GERIC. (CAMD.) *Over Denton from Willeford* ANON. *In the garden at Naworth* HORSL. *In Rokeby* GOUGH, HODGS. Ibi periit BRUCE.

I · O · M
C H · Ī · AEL
DAC · C · P ·
STAT · LON
5 GINVS RB

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 324; Gericius ibid. f. 305; Anonymus ibid. f. 328; Camden ed. V [1600] p. 708 (Grut. 1007, 4 'ex Cottoni et Camdeni autographo'); Horsley p. 254 *Cumberl.* 10 (inde Warburton vallum p. 85, 10; Nicolson et Burn 2 p. 505; Goughs Camden 3 p. 339. 429. 460; Hodgson 2, 3 p. 207; Newton p. 115, 84; Bruce lapid. n. 355).

---

814 *Burdoswald, upon half of a circular tablet, which we saw on Sept. 2, 1833.* HODGS. Servat Georgius I. Johnson, *Castlesteads* BRUCE. Fragmentum altum ped. 1 dig. 9, latum ped. 1 dig. $6^1/_2$.

i O · M
coh. I *a* EL · DAC
cui *pr* A E E S T
. . . . VS CON
5 *t* R B

Hodgson 2, 3 p. 209; Bruce lapid. n. 362.

---

815 Ad *Williford* CAMD. *Naworth castle, in the walk in the garden, with a sun-dial upon it,* litteris evanidis HORSL. Servatur in *Rokeby; 'the remains of the fastenings by which the sun-dial was attached to it are to be seen'.* Est ara alta ped. 3 dig. 11, lata ped. 1 dig. 8 BRUCE.

I · O · M
COH · Ī · ÆL
DAC · CVI
P R A E . .
5 I G . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Camden ed. V (1600) p. 708 (Grut. 1007, 6 'a Camdeno et Cottono'); Horsley p. 254 *Cumberl.* 11 (inde Warburton vallum p. 85. 11; Goughs Camden 3 p. 460; Hodgson 2, 3 p. 207); Bruce lapid. n. 356.

Exempla Camdeni et Horsleii consentiunt; Bruce v. 3. 4 ita exhibet Γ . . . Ↄ N | C Ↄ . . . . . .

---

816 *At Willoford . . ., in an outhouse built up in a chimney, and near the top, which covered part of the inscription* HORSL.

I O M
CO Ī AELIA
DACORVM
CVI PREEST

Horsley p. 252 *Cumberl.* 1 (inde Warburton vallum p. 82, 1; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 27 fig. 12; ex hoc Henzen 6688; Hodgson 2, 3 p. 208; Bruce lapid. n. 348.

817 *At the farm house of Underheugh, used as a swine trough.*

I O M
COH · I · AELA
DAC — C D

Bruce *wall* p. 263, lapid. n. 364.

818 *Burdoswald* GORD. *Yet remaining within the station* HORSL. Periit BRUCE.

I O M
COH · I · AELI ·
DAC · ANIO
niniana . . . . .

Gordon it. sept. p. 80 tab. 47 fig. 3; Horsley p. 253 *Cumberl.* 5 (inde Warburton vallum p. 84, 5; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 27 fig. 15; Hodgson 2, 3 p. 208; Henzen 6689; Bruce lapid. n. 351). 2 COH I AE, 3 DAC ANI Gord.

Cognomen cohortis Antoninianae Horsleius non agnovit, agnovit Bruce.

819 *I fond also this inscription folowing at Thropp in a stone gott at Burdoswald* BAINBR. *Over Denton from Throp* ANON. *In the garden at Naworth* HORSL. *In Rokeby* HODGS., BRUCE, qui nuper ibi periisse adnotat.

I O M
COH · I · AEL ✠
DAC · GORDI
ANA C·P·EST

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 324; Anonymus ibid. f. 328 (Grut. 1063, 11 'a Camdeno'; inde Henzen 6690); Camden ed. VI (1607) p. 647 (Gibsons Camden [1695] p. 844); Horsley p. 254 *Cumberl.* 8 (inde Warburton vallum p. 85, 8; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 67; Goughs Camden 3 p. 340. 460; Whitaker *Richmondshire* 1 p. 149; Hodgson 2, 3 p. 208); Bruce *wall* p. 255, lapid. n. 352.

1 om. Gibs. 2 CHO·I·AEL Grut. solus. Foliolum in fine versus observaverunt Anon. et Bruce. 3 DACCORD . . Gibs. 4 ANAE CPEST Bainbr. (additur in margine RE inter P et E reponendum), ANAECREST Anon., ALEC·PER Gibs. . . ANACP | . . . EST Horsl., ANAPTEEST Horsl. Quod dedi puto in lapide esse, nisi forte ANA ✠ C·P·EST erat. Nominativum recte servavit Horsleius, versus autem non recte distribuit, ut erat delineandi minus peritus.

820 In *Burdoswald* nuper rep. (a. 1746) et servata in *Naworth garden* SMITH. Periit.

I O M
COH · I · AE · DAC
POSTVMI ////////
C · P · MARC
GALLICVS
TRIB

G. Smith *gent. mag.* 16, 1746 p. 536 (inde Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 73; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 28 fig. 7; Lysons *Cumberl.* p. 150, 6; Hodgson 2, 3 p. 208; Bruce lapid. n. 359) et male iterum I. Swinhow *gent. mag.* 22, 1752 p. 106.

821 Arula rep. *at Waterhead* (WHELLAN) et servata *in the possession of Messrs Bell of Irthington* BRUCE.

I O M
ET N AVG
COH I AEL
DAC CVI ℞
GALLICVS
TRB

Bruce *wall* ed. II p. 243, lapid. n. 363; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 689.

822 In *Burdoswald* nuper reperta (a. 1746) et servata in *Naworth qarden* SMITH. Periit BRUCE.

I O M
COH I AEL
DACORV///
POSTVM//
ANA C · P
PROB AV
GENDVS
TRIB

G. Smith *gent. mag.* 16, 1746 p. 538 (inde Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 73; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 28 fig. 8; ex hoc Henzen 6691; Lysons *Cumberl.* p. 150, 7; Hodgson 2, 3 p. 208; Bruce lapid. n. 360) itemque F. Swinhow *gent. mag.* 22, 1752 p. 106 male.

Tribuno nomen erat fortasse Probilio Augendo.

823 *I found this inscription in a stone at Thomas Tweddailes howse, at Burdoswald* BAINBR. (f. 322, *at Burdoswald* idem f. 307). *Zu Burdoswald, so herr Camdenus nicht gesehen* GERIC. Ad *Burdoswald* effossum a. 1602 CAMD. apud Grut. *Built up in the forewall of a house, that stands within the fort* HORSL. Ibidem extat, *in the farm house* BRUCE. Ara alta ped. 3, lata ped. 1 dig. 1, litteris malis et confusis.

I O M
COH · I · AEL · DAC
TETRICIANoRo
MCPPOmIO
VS DESIG
NA*TVS* . . . . .
TRIB . . . . . .

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 322 et iterum f. 307; Gericius ibid. f. 305; Camden ed. VI (1607) p. 647 (Grut. 1063, 10 'a Camdeno' adhibitis in ed. altera 'Cottoni schedis', cuius exemplum periit); Horsley p. 253 *Cumberl.* 7 cf. praef. p. XVI (inde Warburton vallum p. 84, 7; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 27 fig. 11; ex hoc Henzen 6692; Hodgson 2, 3 p. 208); Bruce *wall* p. 256, lapid. n. 353.

3 TETRICIANORO Bainbr. (sed ita ut ab manu quadam altera O superscripta sit V litterae), Horsl. . . CIANO RO Geric., TETRICIANORVM (ex emendatione) Camd. Ut dedi Bruce. 4 . . CPRLVTIC Bainbr. f. 322 (C·PP·LVTIC f. 307), . . C P POLVTIO Geric., . . . C·PR·LVTIC Camd., . . . CP POLVI . . Horsl., ut dedi fere Bruce. 5. 6 . . . VS DESIG | NATVS Bainbr. f. 322 (VS DESIDE | RATVS idem f. 307) et Camd., OS DESIDE . | . . ATVS Geric. et similiter 'ex Cottoni schedis' Grut. ed. II . . . . DESIG | NATVS Horsl., VS·DESIG | M . . · . . Bruce. V. 7 post Horsleium periit. Nomen tribuni videtur fuisse *Pompo*[*ni*]*us Designatus.*

824 *Lanercost priory.* Ara satis magna alta ped. 3 dig. 11, lata ped. 1 dig. 2 loco obscuro inverse posita, ut paene nihil distinguere potuerim.

I O M
. . . . . .
. . . . . .
. . . . OD
M . . . I . .
. . . . Λ .
. . I . . V . .
ꟻ I D . . . .
BF V SI M

Divinavi magis quam descripsi; I. Maughan *Cumberl. and Westmorel. Antiq. Soc.* 1 p. 44 (exemplum hoc, quod per Brucium nuper [a. 1871] demum novi, cum meo paene prorsus consentit); Bruce lapid. n. 365.

V. 7 om. Bruce. 9 BE VSLM Bruce.

825 *Birdoswald, in the garden of the farmhouse.* Ara alta ped. 1 dig. 7, lata dig. 11.

⊕ 卐 ⊕
I O M
VO DA
MO O
IVV ∖A
VM N
∖V O

Bruce *wall* p. 263, lapid. n. 366. De signo 卐 vel 卍 videnda quae nuper exposuit I. B. de Rossi *bull. dell' archeol. crist.* 6, 1868 p. 89 ss.

826 S. l. ANON. *In the garden at Naworth* HORSL. *In the museum at Rookby* GOUGH. Ibi frustra quaesivit BRUCE.

Anon.:	*Horsl.:*	*Gough:*
DEO MΛ	DEO MA	IEOMA
RTE $\overset{CO}{H}$	RTE H	RTE H
ORTIS	ORTIS	ORTII
PRIſcE	PRI/E	PRILE
Ʇ·bΛ·CVI	ꞱDΛCV	LDAC·Y
PR LICIN	P V	C-IITI
IVS · TBſ	‹ VITRI	

Anonymus (Sibbald?) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 293; Horsley p. 255 *Cumberl.* 13 cf. praef. p. XIX (inde Warburton vallum p. 86, 13; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 28 fig. 3; Hodgson 2, 3 p. 209; Bruce lapid. n. 369); Goughs Camden 3 p. 339.

Horsleius aram dedicatam esse putavit ab emerito quodam cohortis I Aeliae Dacorum; sed exemplum Anonymi plenius, quod non novit, ita fortasse titulum legendum esse docet:

Deo Marte cohortis pri(mae) [*A*]*el(iae) Da(corum) cui pr(aeest) Licinius Ripanus*? [*praefectus v. s.*].

Scilicet Licinius Ripanus praefectus infra redit n. 831.

827 *In the museum at Rookby I saw 1763 the following inscription brought from Naworth castle*; unde Amboglannae tribuitur probabiliter GOUGH. *In Rokeby* BRUCE. Ara est alta dig. 19, lata 8.

Gough:	*Bruce:*
DEO MAX	DEO MAP
..V...O	¯TV CTO
`.... VI	/////// /EC
MA	ΛARTI
	S SIV

Goughs Camden 3 p. 339; Bruce descripsit et ectypum misit, in quo ego paene nihil distinguere potui.

828 Rep. et servata in *Birdoswald*. Arula alta dig. 8½, lata dig. 4 BRUCE.

VDAII
RAT·
VOTV
M I
› FIRP
ATV◇/

Bruce lapid. n. 378, qui cogitavit de *dea Rat*... Cilurni reperta (supra n. 580). Primum elementum fortasse fortuitum est; *dae* pro *deae* habuimus iam aliquotiens.

829 *Burdoswald, an altar* GORD. *Now in the wall of a yard or garden near the south side of the station* HORSL. Ibidem, *the upper part of the shaft of an altar* HODGS. (a. 1837). *Lying upon the green sward near the farmhouse* BRUCE. Ara alta ped. 2 dig. 6, lata ped. 1 dig. 6.

Gord.:	*Horsl.:*	*Hodgs.:*	*Bruce:*
SIGNIF	SIGNI⁻	SIGNIS	SIGNIS
ET HER	ETHE...	ET HER...	ET IVX
AFF	AFI....	AEL	AII

Gordon it. sept. p. 80 tab. 47 fig. 4; Horsley p. 253 *Cumberl.* 6 (inde Warburton vallum p. 84, 6; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 28 fig. 1; Brand *Newcastle* 1 p. 613); Hodgson 2, 3 p. 210 et melius p. 295; Bruce *wall* p. 262, lapid. n. 377.

Apparet fuisse, ut fere coniecerunt Hodgson et Bruce, *signis* | *et ... coh(ortis I* | *Ael(iae)* [*Dacorum*] cet.; Herculis vero nomen, quem cum signorum cultu illi putant coniunctum fuisse, spatium, ni fallor, non capit. Eratne fortasse *et im(aginibus)*?

830 Ara rep. 1821 *in the interior of the station of Birdoswald* WILKIE. *In Lanercost abbey* HODGS. Ibi extat, litteris bonis. Ara alta ped. 2 dig. 3, lata ped. 1 dig. 3.

DEO SANCTo
SILVANO VE
NATORES
BANNES · S

Contuli. Wilkie in *the Carlisle Patriot* Iun. 5, 1821; Hodgson 2, 3 p. 209; R. Weddel *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 393 (cf. 15, 1858 p. 159, 2); Archaeol. Ael. 3, 1859 p. 40; Bruce *wall* p. 273, lapid. n. 370. Qui primus edidit male omnino legit.

4 BANNESS Hodgs., BANNES·S Arch. Ael., sed NE certum est. *Venatores Bannies(es)* a Banna oppido castellove sine dubio nomen duxerunt, de quo quae extant testimonia composui in praefatione cap. LI; situs vero eius incertus est. Ceterum Bruce recte observavit venatores a ludis circensibus vel arenae fuisse, ut *collegium venatorum Deensium qui ministerio arenario fungunt* apud Henzenum n. 7209.

831 S. l. ANON. Ara, litteris evanidis, *in the garden at Naworth; there seem to be three* praefericula *upon the top of the capital, which is very singular* HORSL. *Now at Rokeby* GOUGH, BRUCE. Ara alta ped. 3 dig 2, lata ped. 1 dig. 7.

Anon.:	*Horsl.:*	*Bruce:*
DEO · SOLI	..OLI·	D/C/OLI
INVICTO	..... TO	B/CIIIC/M
N PESM	.....	G M
CVS LICINII	....VS...	N
RIPANVS	... IVS...	ΛNV
PRAEF · VS		I //////


Anonymus (Sibbald?) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 328; Horsley p. 255 *Cumberl.* 15 (inde Warburton vallum p. 86, 15; Goughs Camden 3 p. 459; Whitaker *Richmondshire* 1 p. 150; Hodgson 2, 3 p. 209); Bruce lapid. n. 372. Tam Horsleius quam Bruce perspexerunt dedicationem esse deo Soli invicto positam; recte huic loco me tribuisse exemplum Anonymi, de quo dixi in praefatione, atque eius consensus cum exempli utriusque posterioris elementis, item ornamentum ab Horsleio observatum demonstrant.

832 *In the garden at Naworth; probably brought with the rest from Burdoswald*, litteris evanidis HORSL.

IPAIR
VS
PRVV
VVSCo
I M

Horsley p. 255 *Cumberl.* 12 (inde Warburton vallum p. 86, 12; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 28 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 210; Bruce in schedis) qui addit: *this seems to belong to the same cohort* (Aelia Dacorum) ...., *but the first and third lines are so obscure, that I can't offer at the reading.* V. 2 et 5 idem putat coniungendos esse, ut efficiant *v. s.* [*l.*] *m.*, vix probabiliter; tamen v. 5 ex formula illa potest superesse. V. 1. 2 videtur latere MATRIBVS; sequitur nomen dedicantis. Quod v. 4 tribunum aliquem cohortis I Aeliae Dacorum nominari putaverunt, id vix probaverim.

833 Fragmentum rep. a. 1860 *at Birdoswald* ibique servatum.



Bruce lapid. n. 386. In tabula omittuntur litterae inclinatae.. Videtur fuisse dedicatio facta *sub cura Maximi* alicuius, fortasse a. p. C. 158 Tertullo et Sacerdote aut 219 Antonino (Elagabalo) Augusto II et Sacerdote II consulibus. Sed noli v. 4 ad imperatoris nomen referre, quod collegae nomini certo praecedebat.

833*b* *Birdoswald*, fragmentum.



p. C. 236

Bruce misit a. 1871 a se descriptam; lapid. n. 387.


Ita fere suppleri potest: [*deo soli invic(to)*] *M[ithrae | pro sal(ute) do]mus di[vinae | Aur(elius) Diocl]es a solo fe[cit ... | Maximo II] e[t] Africano c[o(n)s(ulibus)]*

834 *Dr. Hunter, the last time I saw him, told me he had seen at Burdoswald an imperfect stone ....; I suppose it is now lost, for I could not see it when I was in the place where it lay when the doctor observed it* HORSL.

. . . .
. . . .
. . . .
VS L M

Horsley praef. p. XXI '*nothing was certain but the usual letters for* votum solvit libens merito'.

835 *From the mile castle before coming to Chapel House (Thirlewall castle)* BRUCE. Servatur in *Newcastle* in museo (iuxta n. 71 catalogi).



Contuli. Bruce *wall* p. 251. Cf. n. 362.

836 *In the Bankshead mile-castle* rep. a. 1862; servatur in *Brampton* apud Ios. Parker.

. . . . IM . . . . .
. . HADR . . .
. . . ANTO . .

Bruce lapid. n. 385. Is recte observat Antonini Pii esse.

837 *Another at Weloford in a columbe or a great fower squared hewen stone, as commonlie all thes inscriptions are in fower squared stones of like quantitie and qualitie, wrought all alike to one forme with flowers and battle axes. This stone was all wryten on the one side, but all the letters but thes was fretted awaie, that none cold not knowe anie forme of anie letter, altho I toke great paine therwith, having both men to turne it wher I wold, and iron instruments made for the purpose, wherbie I might have discerned the letters, by folowing ther characters, but nothing wold serve. I had a great desire to knowe what it should be* BAINBR. Willifordi CAMD. *At Corby castle, in the possession of Mr. Howard* GORD. Ibidem, *where I hear it has been time immemorial* HORSL. Ibidem BRUCE, qui adnotat sculpta esse in altero latere securim et cultrum, in altero praefericulum et pateram.

	Bainbr.:	*Anon.:*	*Camd.:*	*Gord.:*	*Horsl.:*	*Bruce:*
	PRO SALVT ·	PRO SALVE	PRO SALVTE	PRO SAIVTE	PRO SALVTE	PRO SAIVE
	D N MX MAG ·	D N MXMI AC	D N MAXIMIANO	D N MXMAC	D N MXM AC	D N MXMAC
	OR	FORT · Mp CAES	FOR . . . . CAE	OR CAES	FORT · Mp · CAES	FORT IMP CAES
	. . . . .	M AVRE O	VA		M AVREL . . .	M AVRE AVPF
5		PII AVG oC	. . . . .		. . . . . OC	M // SIVo ////
		AV VSR	. . . . . OAED		. V . . . . VST	VA · SO///VS
		PM IOAEDIF			. . . . OAEDIF	NVS SOICAEDI

Anonymus (Sibbald?) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 293; Bainbrigg ibidem f. 323; Camden ed. V (1600) p. 708 (Grut. 281, 8 'e Camdeni schedis'); Gordon it. sept. p. 96 tab. 43 fig. 1; Horsley p. 256 *Cumberl.* 16 (inde Warburton vallum p. 87, 16; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 69; Nicholson et Burn 2 p. 505; Lysons *Cumberl.* p. 157, 89; Hodgson 2, 3 p. 210); Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 1 p. 60 tab. 1 fig. 4; Bruce lapid. n. 368.

Horsleii supplementa *hoc templum exustum a solo aedificavit* per se minime probabilia refutantur exemplo Anonymi pleniore, quod in fine exempli causa supplevi. Pennantis exemplum consentit cum Gordonis.

Pro salute d(omini) n(ostri) maxim(i) ac fort(issimi) imp(eratoris) Caes(aris) M. Aure(lii) [Ant]o[nini] pii [f(elicis)] Aug(usti) [C]oc[ceius P]au[lin]us tr[i]bun(us) [coh(ortis) I] Ae(liae) D(acorum) [p(osuit)]...

838 *Birdoswald*, rep. a. 1852 cum effodiebatur porta stationis septentrionalis; servatur in *Newcastle* in museo. Est lapis magnus litteris bonis, longus ped. 3 dig. 1, altus ped. 2 dig. 2.

SVB · MODIO · IV
palmae ramus LIO · LEG · AVG · PR · *ensis curvus*
PR · COH · I · AEL · DC
CVI PRAEEST · M
5 CL · MENANDER
TRIB

Contuli. H. G. Potter Archaeol. Ael. 4, 1850 p. 141; C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 20 (inde I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 254); Bruce *catal.* p. 14, 29, *wall* p. 259, lapid. n. 389.

Modii Iulii legati nomina certa sunt; neque igitur cogitandum de Modio Iusto legato Hadriani Numidiae ex titulo Lambaesitano (Renier *inscr. de l'Alg.* n. 44) noto, de quo olim cogitavi mus. Rhen. 14, 1859 p. 360 itemque post me McCaul *Brit. Rom. inscr.* p. 29. Tamen propter litterarum formam non videtur recentior esse Antonino Pio.

839 S. l. Praecedit n. 850, sequitur n. 839. Unde hoc loco posui.

L VEREIVS
FORTVNA
TVS · Y · LEG
V

Anonymus (Sibbald?) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 293.

Apparet esse partem fortasse arae. In fine exciderunt legionis VI nomina.

840 *In the garden at Naworth* GIBS., HORSL. Periit BRUCE. Litterae intra tabellam ansatam.

LEG II AVG
COH I

Gibsons Camden (1695) p. 844; Horsley p. 258 *Cumberl.* 23 (inde Warburton vallum p. 89, 23; Goughs Camden 3 p. 459 tab. 27 fig. 5; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 125. 132 tab. 2, 14; Hodgson 2, 3 p. 211; Newton p. 111, 41; Bruce lapid. n. 390).

V. 2 om. Gibs. Tamen non videtur de alio titulo cogitandum esse.

841 S. l. ANON. *Naworth castle, in the garden wall* GIBS. *In the garden at Naworth, over the back door* HORSL. Periit BRUCE.

L II AVG
Ↄ VOL
V S I A
N A

Anonymus (Sibbald?) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 293; Gibsons Camden p. 844; Horsley p. 257 *Cumberl.* 21 (inde Warburtou vallum p. 89, 21; Goughs Camden 3 p. 459 tab. 27 fig. 3; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 125, 132 tab. 2, 15; Hodgson 2, 3 p. 296; Newton p. 111, 42; Bruce lapid. n. 391).

4 NA' Anon. Gibson ita exhibet IVL·AVG DVO.. MSILV .. VM; recte enim Horsleius perspexit monstrum illud huc spectare.

L(egionis) II Aug(ustae) ↄ(centuria) Volusiana

---

842 *Birdoswald*, fragmenta duo, quorum alterum rep. est *in the mile castle*, alterum insertum erat muro horti stationis BRUCE. *At Waterhead* WHELL. Fragmenta ambo longa sunt ped. 1 dig. 11, alta ped. 1; litteris magnis et bonis.

LEG | VI · VIC
pia | FI | DELIS

Bruce *wall* p. 262, lapid. n. 394; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 689.

---

843 *Naworth*, rep. a. 1744 *in a wall of Geo. Wright's house* SMITH. *Built into the side wall of the farmhouse fronting the entrance into Naworth castle* BRUCE. Lapis longus est ped. 1 dig. $7^1/_2$, altus dig. $7^3/_4$.

LEG · VI · VIC
PIA · FID · F

G. Smith *gent. mag.* 14, 1744 p. 340 (inde Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 142; Goughs Camden 3 p. 459; Lysons *Cumberl.* p. 159, 113; Hodgson 2, 3 p. 211); Bruce lapid. n. 393.

844 *I had also at Burdoswald in a faire stone in goodlie faire letters this inscription* BAINBR. *Burdoswald*, perfectissimis litteris GERIC. *Tredermaine, from Birdoswald*, 18 Sept. 1604 ANON. *Burdoswald* COTT. CAMD. (eruta a. 1603). *In the garden at Naworth* HORSL. *At Rokeby* SCOTT, GOUGH, BRUCE. Lapis longus ped. 1 dig. 4, altus dig. 11. Exemplum novicium, ut Horsleio visum est, extabat in *Appleby* (HORSL. HAYT.).

LEG · VI
VIC · P · F
F

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 322; Gericius ibid. f. 305; Cotton (ut videtur) ibid. f. 307; Camden ed. VI (1607) p. 647 (Grut. 1178, 15 'a Cottone'); Anonymus ibid. f. 328; Horsley p. 258 *Cumberl.* 24 (inde Warburton vallum p. 89, 24; Nicholson et Burn 2 p. 505; Goughs Camden 3 p. 340. 460 tab. 27 fig. 6; Hodgson 2, 3 p. 210; Newton p. 111, 45); Bruce *wall* p. 261, lapid. n. 395.

LEG VI | VICTRIX P · E | F Gericius errore. In *Rokeby* viderat Gualt. Scott poeta (*Rokeby* cantus II adn. 3).

Exemplum alterum habet Horsley p. 300 *Westmorel.* 6 (Hayton 7), qui addit *if it be an original, which I am somewhat jealous of.* Omittitur autem in hoc exemplo v. 3, eundemque omisit Cotton (indeque Camden); unde, cum etiam loci indicationes aliquantum inter se discrepent, fieri potest, ut duo fuerint exempla antiqua inter se diversa, quorum alterum Bainbrigg asportaverit.

844*a* *Altar* (?) *near Milton* (l. *Millum*) *found at the Lodge Crag 1694* [prope *Brampton*].

LEG VI VICT P E

Goughs Camden 1 p. C adn. O ex schedis Rog. Gale, qui adnotat in eadem ara legi versum hunc: '*Aurea per carinam* (?) *volitat victoria pennis*'; quem versum alibi nondum reperire potui, quanquam admonet Vergiliani illius (Georgic. 3, 9) *victorque virum volitare per ora.* Hoc loco posui propter similitudinem titulorum praecedentium, ex quibus fortasse originem duxit.

845 *This at present is at Lanercost, on a stone 18 inches long and 8 inches thick* HODGS. Frustra quaesivit BRUCE.

LEG VII
VIC P F F

Hodgson 2, 3 p. 211 (inde Bruce lapid. n. 392).

---

846 *At Abbotsford, the late Sir Walter Scott's place. 'I have an idea it may have come from* Amboglanna; *Sir Walter Scott was much there in his youth and met his wife and proposed to hoher at Gilsland'* BRUCE.

VEXI
LEG XX
PRIMIG

Bruce misit ab amicis acceptam.

Vexi(llatio) leg(ionis) XX[II] Primig(eniae). Ita sine dubio supplendum; nam eius legionis vexillationem ab Hadriano in Britanniam missam esse docet titulus Ferentinas (Henzen n. 5456), de quo dixi in praefatione ad vallum.

Cf. addenda.

---

847 *Lanerton, about a mile west from Burdoswald, close by the river Irthing.* Lapides aliquot ibi esse inscriptos testatur GIBS. *I went thither in quest of them . . .; they were two, one of which in a wall under a pair of stairs near the door of the house . .; the other in the south side of the same house . . . . I was told that these stones had been lately brought from the face of the wall near this place* HORSL. Periit BRUCE.

a ⟩ COH I
. . . LEN
· *b* ⟩ . . . . .

Gibsons Camden p. 844; Horsley p. 258 *Cumberl.* 25 (inde Warburton vallum p. 89, 25; Goughs Camden 3 p. 460; Hodgson 2, 3 p. 297; Bruce lapid. n. 396.

---

848 *Thirty feet west of the junction of the* murus *and the north wall of the station (of Burdoswald), Sept. 2, 1833, I found a centurial stone in its original situation in the fourth course of the north side facing-stones from the surface . . . . The original, to prevent its being carried off, is now preserved among other antiquities . . . in the farm-house within the station* HODGS. Ibidem vidit BRUCE. Lapis longus est dig. 11, altus 11; litterae intra tabellam ansatam.

COH IIII
⟩ PROBIAN

Hodgson 2, 3 p. 296 qui addit hunc unicum a se visum esse eius generis lapidem eo muri loco, ubi antiquitus collocatus est; Bruce *wall* p. 264, lapid. n. 397.

Coh(ortis) IV ↄ(centuria) Probian(a)

849 *Murray, a small village about* $^1/_4$ *mile east from Burdoswald, on the side of the door of the principal dwelling house* HORSL. *Now at Lanercost* HODGS. Ibidem, *preserved within the ruins* MAUGH., BRUCE. Lapis altus est dig. 7, latus 6.

⟩ CASSI
PRIS
CI
COH VI

Horsley p. 257 *Cumberl.* 18 (inde Warburton vallum p. 88, 18; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 28 fig. 6); Hodgson 2, 3 p. 296; I. Maughan *archaeol. journ.* 15, 1858 p. 159, 6; Bruce lapid. n. 406. V. 4 om. Maugh. et Bruce videtur enim periisse post Horsleium; nisi erat aliud exemplum plenius.

ↄ(centuria) Cassi Prisci, coh(ortis) VI

850 S. l. ANON. *Without the garden at Naworth, in a wall near the back door of it* HORSL.

Anon.:	*Horsl.:*
COHORS VI	COH VIII
IVLI TER	⟩ IVLI · TER
TVLLIANI	TVLLIANI

Anonymus (Sibbald?) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 293; Horsley p. 257 *Cumberl.* 20 (inde Warburton vallum p. 88, 20; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 27 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 299; Bruce in lapid. omisit).

Eadem cohors, quae fuit legionis II Augustae, redit infra Petrianis n. 899. Unde fortasse non recte supplevit Horsleius, qui alterius tituli memor erat, sed in cohorte VI Anonymi conquiescendum.

851 *Found near Randylands, and opposite to Lanercost.*

COH
VIII

Hodgson 2, 3 p. 297.

---

852 Rep. *in the wall near a cottage called Randylands, more than half way from Burdoswald towards Cambeck* HORSL. Periit BRUCE.

COH
VIIII

Horsley p. 258 Cumberl. 26 (inde Warburton vallum p. 91, 26; Nicholson et Burn 2 p. 483; Goughs Camden 3 p. 456. 460; Bruce lapid. n. 398).

Fortasse non diversa a praecedente.

---

853 *Tredermaine, from the Miller Hill.* Litterae intra tabellam ansatam.

CHO VIIII
MARRV

Anonymus in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 328.

Initio v. 2 excidit fortasse ↄ, centuriae signum; ut fuerit *coh(ortis) IX [ↄ (centuria)] Mar(cii) Ruf(i).*

---

854 *At Lanercost priory, built into the east wall of the crypt, about 2 feet from the ground* MAUGH., BRUCE.

C · CoH X
P · I

I. Maughan *archaeol. journ.* 15, 1858 p. 159; Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 42; Bruce lapid. n. 399.

---

855 S. l. Apparet fuisse lapidem centurialem. Hic collocavi, propterea quod in eodem foliolo scriptus est, atque n. 850.

BASSI S
LIS

Anonymus (Sibbald?) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 293.

---

856 *a) In the garden at Naworth* HORSL. *At Lanercost in 1833, and within a writing tablet of unusual shape* HODGS. *b) Found 1861 attached to Lanercost priory* BRUCE. Lapis hic longus est dig. 11, altus 8.

a		*b*
Horsl.:	*Hodgs.:*	*Bruce:*
⟩ CL · PRISCI	ↄ CEPRIF ·	⟩ CLPRIS

Horsley p. 258 *Cumberl.* 22 (inde Warburton vallum p. 89, 22; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 27 fig. 4; Hodgson 2, 3, p. 296); Hodgson 2, 3 p. 297; *transactions of the Cumberl. and Westmorel. antiq. soc.* 1 p. 45; Bruce lapid. n. 407. 408.

Sunt exempla duo diversa eiusdem tituli. Redit idem titulus etiam infra Petrianis.

857 *At Burdoswald*, ubi servatur. Litteris rudibus.

⟩ CONCAON
CANDIDR

Bruce lapid. n. 403.

ↄ (*centuria*) *Concaoni? Candid[i]*

---

858 *Burdoswald, within the fort, in the fore wall of a house, centurial.*

DADA

Horsley p. 257 *Cumberl.* 19 (inde Warburton vallum p. 88, 19; Goughs Camden 3 p. 460; Hodgson 2, 3 p. 296; Bruce lapid. n. 404) qui confert n. 764, ubi idem nomen videatur redire.

---

859 *Burdoswald*, rep. a. 1857 *in a field-dike about ½ mile west of the station;* servatur ibi *at the farm house.* Lapis quoquoversus dig. 10.

ↄ HORT
ENSIA
NA

Bruce lapid. n. 405.

---

860 *At Lanercost in 1833, a centurial stone of three deep cut, but much weather worn lines.*

. . . . .
CEO . . . .
. . . . . .

Hodgson 2, 3 p. 297.

---

861 *Willoford*, fragmenta duo lapidum centurialium, *a in the jamb of the door of a dwelling house, b in another door of the same house;* in utroque haec tantum legi potuerunt

⟩ · I . . . .

Horsley p. 253.

---

862 *Tredermaine, from the hall garden* (sic). Lapis mutilus centuriae tantum signum referens

ↄ |

Anonymus in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 328.

863 *On the Wall, two miles west of Lennercross* (sic) *Abbey* IUR. *Next Howgill* GORD. *In the forewall of an house at Howgill, about ½ mile farther west than Randylands* HORSL. *At the farm-house of Hnwgill* BRUCE. Lapis longus ped. 1 dig. 6, altus dig. 10, litteris rudibus.

CIVITATE CΛT
VVELLAVN
ORVM · TOSS
ODIO

Iac. Jurin *philos. transact.* 30, 1717 p. 813 (inde Wesseling ad itin. Anton. p. 471; Mur. 1036, 8); Gordon it. sept. p. 81 tab. 47 fig. 1; Horsley p. 258 *Cumberl.* 27 (inde Warburton vallum p. 91, 27; Nicholson et Burn 2 p. 483; Goughs Camden 3 p. 456 tab. 26 fig. 10; Hodgson 2, 3 p. 297; Newton p. 119, 129; Beale Poste *brit. researches* p. 92); Bruce *wall* p. 275, lapid. n. 409.

Vocabula duo priora certa sunt (unde priorum errores non recenseo), ultimum ita varie descripserunt: L·OES | C DIO · Iur., IOS | DIO Gord., TOISεDIO Horsl.; ut dedi Bruce.

Civitate Catuvellaunorum Toss[o]dio

Cf. quae adnotavi ad n. 775. *Tossodio* fortasse loci nomen est (cf. Τοισοβιος ποταμοῦ ἐκβολαί Ptolem, 2, 3, 2), unde oriundi erant cives illi Catuvellauni, qui in legione aliqua cohorteve hoc loco in castris muniendis occupata stipendia meruerunt. Cf. etiam n. 897.

---

864 *From Tredermaine castle, out of the vault* ANON. *In Naworth garden, in the south-east wall* SMITH. Periit BRUCE.

PED
CL BRT

Anonymus in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 328; G. Smith *gent. mag.* 16, 1746 p. 537 (inde Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 72; Goughs Camden 3 p. 460; Hodgson 2, 3 p. 297; Bruce lapid. n. 401.

Ped(atura) cl(assis) Brit(annicae)

Titulus similis repertus est in *Netherby*, infra n. 970; potuit ille sane indidem etiam illuc asportari. Sed nihil obstat quominus statuamus classem tam prope *Tredarmaen Castle* (ut Maclauchlan scribit nomen) quam iuxta *Netherby* agros habuisse.

---

865 *Burdoswald*, a. 1785 *on the Milk-house* BRAND. Ibidem vidit LYS. Periit BRUCE.

D M
AVRELI
CONCOR
DI VIXIT
ANN · VN
m .. D·V
FIL · AR
IVLIANI
TRIB

Brand *Newcastle* 1 p. 613; Lysons *Cumberl.* p. 106, 132 (ex his Hodgson 2, 3 p. 211; Bruce lapid. n. 383).

3 CONC DI, 5 MNV·VN, 6 VM·D·X Brand; Lys. ita: VV·D·V.

D(is) M(anibus) Aureli(i) Concordi. Vixit ann(um) un(um) m(enses) .. d(ies) V. Fil(ius) Aur(elii) Iuliani trib(uni)

866 *At Burdoswald, lying upon a wall a little westward from the station, the letters are well cut, and are deep in the stone* SWINH. Periit BRUCE.

D
DECIBA
DIEPI///
ETBRAE
ST·AXET·
···EPAT

F. Swinhow *gent. mag.* 22, 1752 p. 107 (inde Hodgson 2, 3 p. 211; Bruce lapid. n. 382).

Decibali (aut *Decebali*, auctor enim non satis accurate describere solet) nomen non mirandum in cohorte Aelia Dacorum. [Sero video eandem me iam supra dedisse n. 539.]

867 *At Burdoswald* rep. a. 1802; a. 1813 *in the possession of the bishop of Chester in the garden of his prebendal house at Carlisle*, litteris evanidis LYS. Ibi frustra indagavit BRUCE.

SPA · SIPTIMO SI · FINI
XXXX · SEL · XVIII · COH · Ī AE
LIA DACORVM
H · F · C

Lysons *Cumberl.* p. 158, 97 (inde Hodgson 2, 3 p. 211; Bruce lapid. n. 384) cui descripsit *Mr. Norman of Kirk Andrews on Eden.*

Militis est sine dubio cognomine Septimi cohortis I Aeliae Dacorum stipendiorum XXXX, defuncti annorum XVIII; sed nomen restitui nequit.

868 *At Underhaugh, a house at the foot of the hill between Burdoswald and the river Irthing, in the jamb of the door of the dwelling house* HORSL.

..NI
TORTo
TOAS
DA...

Horsley p. 253 *Cumberl.* 4 (inde Warburton vallum p. 83, 4; Goughs Camden 3 p. 460 tab. 27 fig. 14; Hodgson 2, 3 p. 210; Bruce lapid. n. 380).

Cohortis Aeliae Dacorum vestigia v. 4 deprehendit Horsleius.

869 *Birdoswald*, ubi servatur; fragmentum parvum.

VI · R
AL · M
ET

Bruce lapid. n. 388.

870 *Willoford, on a large stone built up in a corner of the same house* ut n. 861.

E

Horsley p. 253, qui putat titulum sepulcralem fuisse.

870*a* *Willoford. There is also a large stone built up in the court wall, upon which there may possibly be an inscription; but the side on which it must be, if at all, is entirely covered.*

Horsley p. 253. Adscripsi, ut denuo indagetur.

870*b* *Burdoswald. There is another altar built up in the Milk-house, of which the inscription is quite worn out.*

Brand *Newcastle* 1 p. 613. Adscripsi, ut indagari possit.

870*c* *I found at Underhaugh ... a broken altar with a mutilated inscription, made use of to set the bars of the fire place upon, and for what is called in that country a hud-stone.*

Brand *Newcastle* 1 p. 614.

871 *On a rock, over the river Irthing, near Naworth Castle, between Lanercost and Burdoswald* LYS. *On the Coome Crags* MAUGH. *About 2 miles to the west of Birdoswald, 1/4 mile beyond Wallbours mile-castle . . is Coome Crag, a bold red-sandstone cliff, projecting into the channel of the river Irthing . . . .; a quarry from which the Romans probably obtained extensive supplies of stone, and on the face of which they have left a record of their labours . . .; the Roman inscriptions . . . are on the eastern side of the projecting rock, most of them on the upper ledge, one nearer its base* BRUCE. Litterae eodem modo insculptae sunt atque in titulo simili n. 733.

a *On the upper part of the cliff;* titulus longus est circiter ped. 2, altus 1.

Lys.:	*Maugh.:*	*Bruce:*
SEVERVS	ЬSPSЧERVS	SPSVRVS
AI . . .	IMPERATOR	AI///
V . . .	N]VSTVS	IVSTVS

b *On the same part of the rock*; longus circiter ped. 2; *b c* nuper colore albo tecti sunt.

Maugh.:	*Bruce:*
MATHERIANVS	MATHRINVS

c Longus plus quam ped. 2.

Maugh.:	*Bruce:*
MATHERINVS	IVM·TIERLEYC///

	Maugh.:
d	AI JVSTVS

e longus circiter dig. 18.

Maugh.:	*Bruce:*
ↄMECVIↄ	]/ΛIH]VSF

f Rep. a. 1859 *at the foot of the cliff, by Dr. Johnston, of Brampton, the letters covered with a white lichen*; longus dig. 8.

Bruce:	
FAVSTEIRVFCoSS	p. C. 210

g Ibidem, *a rock marking.*

Maugh.:	*Bruce:*
DE	DE

Lysons *Cumberl.* p. 157, 82 *a* tantum; I. Maughan *archaeol. journ.* 13, 1856 p. 404 ss. (inde Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 689) *a—e g;* Bruce *wall* p. 266 s. *a b f*, lapid. n. 410—415 omnes excepto *f*. Unde fortasse erravit Maughan, repetens versum 3 tituli *a*.

a male lectum esse a Ioh. Maughan apparet, nam *L. Sep(timius) Severus imperator Augustus* nunquam dictus est pro imperatore Caesare L. Septimio Severo Augusto. Sunt nomina simplicia, ut Bruce perspexit, velut *Securus, Al . . ., Iustus.*

b et *c* Bruce *Mithrianus* legit; *b* est fortasse simpliciter *Maternus*, *c* prorsus incertus.

e ↄ(*centurio*) *leg*(*ionis*) *VI* ↄ(*centurio*) legit Maughan; puto esse *Laetus f.*, scriptum litteris paene cursivis.

f Faustinum et Rufinum consules a. 210 indicari perspexit Bruce.

Titulos similes in Britannia repertos habuimus supra n. 305—307. 576. 733. Ceterum recte iam Hodgson comparavit vallis scriptae sive *Wadi Mukatteb* in Arabia titulos (C. I. L. 3, 86); cf. praeterea tituli in montibus Syriacis extantes C. I. L. 3, 135. 179. 180.

872 *By the side of Banksburn, within a short distance of Lanercost, carved upon the face of an ancient limestone quarry*, a. 1859 primum detecta.

ↄ I BRVTVS
DEC AL PET

Archaeol. journ. 16, 1859 p. 375; Bruce *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 74 (Whellan *Cumberl. and Westmorel.* append. p. VII), *gent. mag.* 8, 1860 p. 346, *wall* p. 270, lapid. n. 402; *transactions of the Cumberl. and Westmorel. ant. soc.* 1 p. 44.

De ala Petriana dixi in praefatione ad cap. LIII et LIV.

... *Brutus dec*(*urio*) *al*(*ae*) *Pet*(*rianae*)

LIII. PETRIANAE?,

STATIO PER LINEAM VALLI TERTIA DECIMA

(Castlesteads sive *Cambeckfort).*

Accedunt *Beck*, *Bleatarn*, *High Stead*, *Newtown of Irthington*, *Old Wall*, *Walltown*, *Whiteflat* et lapicidinae *Helbeck* prope *Brampton* et *the Pigeon Crack.*

Notitia post Amboglannam nominat *praefectum alae Petrianae Petrianis* (p. 114* 17). Petrianas (vel, ut voluerunt Petrianam) stationem ab ala cognomini ita dictam, quam ante a. 124 iam in Britannia militasse diploma eius anni docet, Camdenus quique eum secuti sunt collocabant in *Old-Penrith* (supra cap. XXX) propter titulum ibi repertum (n. 329), ab emerito alae illius dedicatum. Eum ad loci situm definiendum non sufficere dixi ibi (p. 77). Probabilius Horsleius (p. 107) propter ordinem stationum in notitia observatum Petrianas collocavit in situ castrorum eorum, quae per lineam valli Amboglannam insequuntur, conspicuo (cf. Goughs Camden 3 p. 444; Hodgson 2, 3 p. 211 ss.; Maclauchlan *memoir* p. 61), quem inde vulgus vocabat antiquitus *the castle steads*, Horsleius ab rivulo, qui praeterfluit *the Cambeck fort*; titulos vero quibus nomen firmaret non habuit. Nuper demum praeter eum titulum, quem dixi repertum esse in *Old Penrith*, duae prodierunt alae Petrianae memoriae, in lapicidinis prope *Lanercost priory* altera (n. 872), altera Luguvallii (n. 929). Neutra stationis situs certo definitur, utraque vero, cum non pertineat ad *Castlesteads*, ibi eum fuisse non excluditur quidem, sed tamen minus probabile fit, ut sensit Bruce (*wall* p. 276). Tamen propter rationes supra in praefatione ad vallum expositas (p. 104) Petrianarum nomen quamvis dubitanter huic capiti inscripsi. Stationem vero ex earum numero, quae per lineam valli dicebantur, fuisse in situ illo, qui hodie hortus est pertinens ad praedium *Walton house* dictum inde a saeculo proximo exeunte, quo tempore in gentis *Johnson* possessionem cessit, certum reddunt loci opportunitas, murorum aliorumque aedificiorum parietinae ibi eruderatae, denique tituli non pauci iidemque non exilis argumenti hoc capite compositi. Docent illi saeculis secundo tertioque in castris ibi fuisse, quanquam castra non magna erant ($2^3/_4$ *acres*), cohortem IV Gallorum (n. 877. 878), quam supra iam Vindolanae (cap. XLIX) collocatam repperimus (neque vero quidquam videtur obstare quominus statuamus cohortem illam per breve fortasse temporis spatium in altera statione commoratam deinde migrasse in alteram), et cohortem II Tungrorum miliariam equitatam civium Latinorum (ita enim plene appellatur; vide n. 879. 880. 882. 894 cf. n. 888. 889), in castris autem muniendis praeterea occupatos esse milites legionum secundae (n. 898. 899. 912*b*) et sextae (n. 876. 900. 913), fortasse etiam vicensimae (n. 912*h*). Semel memoratur miles cohortis I Dacorum Amboglannensis (n. 886). Praeterea hanc quoque tituli docent stationem fuisse frequentem; memorantur imperator Caracalla et procurator eius provinciae puto Britanniae (n. 875), deinde legatus Augusti incertus (n. 894); Martem Cocidium ut Genium valli (n. 886) Discipulinamque Augusti militarem (n. 896) celebrant milites. Miliarium Diocletiani ibi repertum, quae paene unica servata est eius imperatoris in Britannia memoria, ad viam aliquam vicinam spectans infra proponemus.

1. Ricardus BAINBRIGG in itinere suo ad vallum hanc quoque mansionem invisit, de qua ita locutus est (cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 321): *from Blaytarne the wall streatcheth to Leaverdaile: to Newton: to Cambbeckhill: to Castle steades*, ubi cadaver antiquae urbis ostenditur: *and so to the Wall-towne; dyverse places on the wall are called by this name.* Descripsit ibi titulos n. 894. 902. 909. 910; fragmenta haec ultimo loco indicata solus.

2. Tituli n. 875 exempla CAMDENUS vel Cotton a tribus hominibus acceperunt, ab Nicolao COWPLAND, ab ANONYMO (diverso illo, ut puto, ab Amboglannensi, de quo dixi praef. cap. LII n. 4), a SIBBALDO (si recte conieci praefationis modo indicatae n. 5); praeterea ipse in sexta editione duos iam titulos inde protulerat (n. 880. 894) a Guilelmo Howard de Naworth secum communicatos.

3. In GIBSONIS additionibus ad Camdenum tituli duo accesserunt (n. 874. 889), quorum ultimum etiam

4. GORDON descripsit una cum aliis duobus (n. 877. 884) nondum notis.

5. HORSLEIUS decem inde novit (n. 874. 877. 884. 887. 889. 890. 891. 899. 900. 903), quorum nonnulli debebantur loci tum domino, Iosepho Dacres Appleby, qui, ut ait (p. 261), *had for some time employed people in digging there, for which commendable generosity he must merit the thanks of all curious antiquaries.*

6. Plures deinde accesserunt per scriptores ephemeridum *the gentleman's magazine*, Georgium SMITH aliosque (n. 882. 895. 906), et Archaeologiae, in qua CARLISLE decem edidit, qui prodierunt ex effossionibus ab Johnson institutis (n. 873. 881. 882. 883. 885. 892. 896. 904. 907. 908).

7. HUTCHINSON librive eius editores novi non multum protulerunt (cf. n. 897); in plerisque a prioribus pendent.

8. Paucos vidit Thomas PENNANT peregrinator (n. 887. 891) neque vero accurate descripsit.

9. BRAND historiographus Aelianensis hic quoque titulos aliquot vidit (n. 882. 906).

10. LYSONS (sive potius BENNETT episcopus) praeter eos, quos aliis debet, accurate ut solebat, proposuit titulos sex (n. 873. 885. 886. 887. 896. 906).

11. Thomae et Iohanni HODGSON debentur inter alios tituli tres hi n. 879. 886. 905; paucosque nuper edidit C. R. SMITH (n. 888. 896).

12. Omnium plurimos hic quoque BRUCE descripsit, scilicet plus minus viginti, id est dimidiam partem omnium, quotquot ex statione ea et vicinia eius prodierunt, quique, ut Amboglannenses, dispersi sunt locis variis.

Nam in ipso situ, id est in praedio *Walton house*, servantur quattuordecim (n. 873. 878. 879. 881. 883. 885. 888. 893. 896. 901. 906. 907. 908. 911); quattuor ad *Scaleby castle* delati sunt (n. 874. 877. 889. 890) — videntur autem huc pertinere omnes, ut dixi —, ad *Netherby* duo (n. 887. 891); singuli aut extant aut extabant in *Naworth* (n. 875), *Irthington* (n. 876), *Lazonby hall* (n. 882), *Rockcliffe* (n. 886), *the Cliff* prope *Kirklinton* (n. 900), Londinii (n. 884). Mihi nec locum adire contigit nec titulorum videre ullum.

Non procul a mansione *Castlesteads* aliorum aliquot castrorum Romanae item originis, sed minoris momenti, vestigia extant. Si lineam valli sequimur ab *Howgill* et *Low-wall* vicis, quorum titulos recensuimus capite praecedente, versus occidentem primum ad *Walton* (olim *Wall town*) vicum castelli miliarii reliquiae observantur (Maclauchlan p. 60; Bruce p. 275). Bainbrigg ibi tituli sepulcralis fragmentum vidit (n. 909); exinde nihil ibi effossum est. Ab altera *Cambeck* rivi ripa, ex adverso stationis *Cambeckfort*, situs est vicus *Cambeckhill* dictus; ibi quoque castellum miliarium fuisse probabile est (Maclauchlan p. 61); tituli vero inde non prodierunt. Sequitur in valli linea versus occidentem *Beck* vicus; ibi reperta est ara cohortis IV Gallorum (n. 877). A *Walton house* meridiem versus *Brampton* oppidum situm est, a vallo aliquanto longius remotum; inter hoc et *Brampton Old church* vicum castrorum Romanorum vestigia perspicua, quae Robertus Bell Irthingtonensis primus detexit, nuper Aballavae tributa sunt (Maclauchlan p. 61; Bruce p. 285), quam notitia (p. 114* 18) post Petrianas nominat. Tituli ibi

nulli reperti sunt; numerus Maurorum Aurelianorum, quem ibi fuisse notitia testis est saeculo quinto, omnino in titulis Britannicis nondum comparuit. Secundum ea autem testimonia, quae supra (cap. LI) composui, Aballava procul inde videtur remota fuisse atque quaerenda potius in tramite viae alicuius, quae ex regionibus Britanniae magis versus meridiem sitis per Uxellodunum (*Maryport*, supra cap. XXXIII) Amboglannam (cap. LII) ducebat et deinde magis versus septentriones ad Bannam. Tamen prope *Brampton* castra omnino fuisse non nego; id quod Bruce (p. 285) etiam propterea putat paene necessario statuendum esse, quia a *Castlesteads* quae in ipsa valli linea secuntur castra ad *Stanwix* aliquanto longius distant, quam solent castella valli inter se distare. In valli linea secuntur *Newtown of Irthington*, unde prodiit titulus valli legionem secundam nominans, unus (n. 898), *Oldwall*, ubi tituli varii, arae Cocidii (n. 876) in situ *High Stead* (aut *High Strand*? Maclauchlan p. 71) detecta et Martis (n. 886) et lapides centuriales aliquot (n. 899. 903. 905), item miliarium Diocletiani, cuius memini, reperti sunt, *Bleatarn*, ubi Bainbrigg titulum centurialem vidit (n. 902) prodiitque postea singularis ille civitatis alicuius nomen referens (n. 897). Eorum locorum titulos omnes coniunxi cum repertis in *Castlesteads*, cum Horsleius (p. 264) ad *Oldwall* repertos (n. 899. 903) castris iis tribuerit, quae fuerunt a vallo ad meridiem prope *Watch cross*, quaeque Aballavam fuisse coniecit. Sed hic quoque, ut observavit Bruce (p. 288), facile castra fuisse possunt, neque vero demonstrari potest ea fuisse Congavatam notitiae, ut voluit Maclauchlan (p. 72).

Addidi, ut capite praecedente, lapicidinarum, ut videntur, antiquarum titulos aliquot militares (n. 912. 913) prope *Brampton* sitarum; quorum titulorum ille observatus est inde a saeculo decimo sexto a scriptoribus non paucis, sed nuper demum a Brucio plene et accurate descriptus, hic ab eodem demum detectus est.

Inter suspectos relegavi titulum unum (n. 11*), quia videtur esse aetatis mediae vel aevi etiam recentioris.

873 *Castlesteads*, rep. a. 1791 CARL. *In the possession of W. Johnson, Walton house* LYS. Ibi servatur HODGS., BRUCE; est arula alta dig. $10^1/_2$, lata $4^1/_2$, litteris rudibus.

DEO
BELAT
VCAD
ROAR
MINERVI///

Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 64; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 11; Lysons *Cumberl.* p. 153, 43 (inde Hodgson 2, 3 p. 216); Bruce *wall* ed. II p. 381. Exempla fere inter se conveniunt.

874 *Scalby castle, the seat of Dr. Gilpin; not far from the castle found in the river Irdin* GIBS. *At Scaleby castle* HORSL. *Scaleby castle is certainly neither near the Irthing nor this station* [Petriana], *so that there is no evidence that it belongs to it* HODGS. Videtur periisse.

DEO·S·BE
LATVCAd
ROAVDO·
*pa*VLLINVS
V S

Gibsons Camden p. 844 (inde Gale itin. Anton. p. 33; Archaeologia 1, 1779 p. 312); Horsley p. 260 *Cumberl.* 31 (inde Warburton vallum p. 93, 31; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 105; Nicholson et Burn 2 p. 484; Goughs Camden 3 p. 456 tab. 26fig. 5; Orell. 1965 in adn.); Hodgson 2, 3 p. 216; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243.

1 DEO·S·I// Gibs. 2 LATVCA, 4 . . VLLINVS traduntur. V. 3 *Au(lus) Do(mitius)* Horsl., vix recte. Sed latere certe videtur in *Audo* . . nomen aliquod gentilicium.

875 S. l. COWPL. ANON. *I et II* (*Sibb.*). In Cumberlandia Angliae ultra Irthingum fl. iuxta vallum reperta; extat Naworthi castro dmni Guil. Howardi CAMD. In agro Brigantum SELD., unde Devae (*Chester*) tribuit GALE, Horsleius vero (p. 179) *Gretabridge* (supra cap. XXV); male uterque (cf. n. 278). Periit; sane frustra quaesivit BRUCE.

DEÆ NYMPHÆ RIG
QVE VOVERAT · PRO
SAL ////////////////////
DDM · NOSTR · INVC
IMP · M · AVREL · SEVERI
ANTONINI · PII · FELICIS
AVG · TOTVSQVE · DD
MVS · DIVINAE EIVS
M · COCCEIVS NIGRINVS
*pro*C · AVG · N · DEVO
tissim V S · N V M *ini*
maies TATQVE EIVS VSLM

Nicol. Cowpland in epistula data *Brampton Church, May 5, 1609 to the Right Noble William Howard, sonne of the Right Honourable Wm. Lord Howard Baron of Gildsland at Naworthcastle* in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 406/7 (hoc exemplum Camdenus misit Grutero Scaligerove cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 110 v. repetivitque Guil. Holland in additionibus ad Camdenum ed. 1637 p. 785; inde Horsley p. 267 cf. p. 350; ex Horsleio habent Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 124; Goughs Camden 3 p. 458; Hodgson 2, 3 p. 217; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 238; praeterea eiusdem exempli versum primum edidit Ioh. Selden marm. Oxon. p. 57, V 'ex Camdeni collectaneis quibus Britanniam suam augere destinaverat'; ex Seldeno repetiverunt Prideaux p. 309, 3; Maittaire p. 62, 187; Reinesius 1, 185; Spon misc. p. 115; Th. Gale itin. Anton. p. 53; Horsley p. 315 cf. p. 179 et praef. p. X; Stuart Caledonia p. 125 adn. b; Ormerod *history of Chester* 1 p. 294; Newton p. 119 adn. *c*; Wright *the Celt* p. 294); Anonymus ibid. f. 292; Rob. Sibbald (? cf. praef. ad cap. LII n. 5) ibid. f. 293.

Exempla quae supersunt tria infra exhibui integra.

Cowpland:

DEÆ NYMPHÆ BRIG ·
VOVERAT
QVOD ~~OPTAVERAT~~ PRO
PLAVTILLAE
SALVTE (ter)TIAN : CO : INVICTÆ
DOM : NOSTRI INVICTI
IMP : M : AVREL : SEVERI
ANTONINI PII FEL : CÆS
AVG : TOTIVS QVE DO
MVS DIVINÆ EIVS
M : COCCEIVS NIGRINVS
Q TVS
~~HOC~~ AVG~~VSTO~~ ~~NOBILI~~ DEVOTVS
LIBENS SVSCEPTVM S
~~ET LIBERISSVIS NONDVM NATIS~~
LAETO II E
FAT QVE EIV VLTIMO
sic FAT QVEIVS V ⊥ M

Anonymus:

DEAE NYMPHÆ BRIG
QVOD PAVERAT PRO
SALVTE †AVGIWIAE
DOM : NOSR : INVIC
IMP · M · AVREL · SEVERI
ANTONN I I FEL · C
AVG : TOTVS QVE DO
MVS DIVINAE EIVS
M COCCEVS NGRNS
I CC AVG · N DEVOV
LBRS SVS NWS
TA†OVÆLVVLM

(Sibbald?):

DEAE NYMPHÆ BRIG
G VOTVM ERAT PRO
ЄALV †AVGIWAE
D D M I . . OSRINVC
MLAR AVREL · SEVERI
ONTOANRI FELCE
IAVT DT VS OVEDI
MVS DIVINAE EIVS
AC DEVS NORNVS
CC AVG N DEVOV
E BRSSVS NWS
AT OVÆIVLM

Cowplandi exemplum varia interpretandi tentamina exhibet; Sibbaldi litterarum evanidarum ductus satis accurate videtur exprimere; Anonymi optimum est, unde hoc potissimum secutus sum.

V. 3 Cowplandum Plautillae nomen non puto legisse, sed restituisse tantum coniectura probabili; neque enim videtur omnino cogitari posse de alio nomine, quod ibi exciderit. Illud tantum incertum est, utrum nomina sola scripta fuerint an *coniugis* vocabulum additum; ut proposuit Grotefendius. Item in vv. 11. 12 (quem Cowplandus iterat) legendis tam hic quam Anonymus coniecturis videntur indulsisse. De consulibus a. 215 Laeto II et Cereale certe cogitari non posse recte observavit Grotefendius, anno enim iam 204 relegata, a. 211 mortua est Plautilla; unde is Getam II et Plautianum consules a. 203 proposuit, item frustra; nam vix aliud latere potest quam formula solita illa, quam infra restitui.

Deae Nymphae Brig(antiae) quod voverat pro sal(ute) [Ful(viae) Plautillae] dom(ini) nostri invic(ti) imp(eratoris) M. Aurel(ii) Severi Antonini Pii Felic[i]s Aug(usti) totiusque domus divinae eius M. Cocceius Nigrinus [pr]oc(urator) Aug(usti) n(ostri), devo[tissimus] num[ini maie]statique eius, v(otum) [s(olvit)] l(ibens) m(erito)

---

876 Ara rep. a. 1851 *at a spot called High Stead, between Old Wall and Bleatarn;* servabatur apud Robertum Bell, *of Irthington.* Alta est ped. 1 dig. 8, lata dig. 11.

D E O
COCIDIO
MILITES
LEG VI VIC·P·F

Bruce *wall* p. 289. Cf. tituli Amboglannenses n. 800—804.

---

877 *At another place in Cumberland, not far from the wall, I found this altar* GORD. *At Scaleby castle, where it has been a long time, having a sun-dial upon it, and, as Mr. Gilpin told me, was found at Cambeckfort* HORSL. Videtur periisse.

I O M
COH IIII
GALLORVM
C P VOLCA*ci*
VS HOSPEIS
PR*ae* F EQ

Gordon it. sept. p. 97 tab. 45 fig. 4 (inde Maffei Mus. Ver. p. 446, 5; ex Maffeio Donat. p. 2, 8); Horsley p. 260 *Cumberl.* 30 (inde Warburton vallum p. 93, 30; Nicholson et Burn 2 p. 484; Goughs Camden 3 p. 456 tab. 26 fig. 9; Hodgson 2, 3 p. 215; Newton p. 15, 88).

1 I . . . . . Horsl. 5 VS HOSPES Gord., neque vero videtur dubitari posse de lectione Horsleii. 6 PRE K EQ Gord., PR . . FEQ Horsl.

---

878 *Walton House,* ara rep. *to the north of the village of Beck, at the foot of Kylesike Hill, in the bed of the streamlet which probably gives it its name, by Mr. Parker, of Brampton.*

I · O · M
COH · IIII · GAL
ORVM C P I
CSR AIV C
· TIOI I -
PRIFII / / /
S·V·L·S·M

Bruce *wall* p. 286, cuius textum repraesentavi, quem ita legendum esse affirmat:

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) coh(ors) IIII Gallorum, c(ui) praeest Claudius Modestus praefectus, v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

---

879 Ara rep. a. 1818 *at Castle-Steeds* s. *Cambeckfort;* servabatur a. 1832 apud Guil. P. Johnson, *of Walton House* TH. HODGS. Ibidem extat I. HODGS., BRUCE. Est ara alta ped. 4, lata ped. 2, litteris elegantibus.

I O M
COH · II · TVNGR
EQ · C · L · CVI
ful- PRAEEST · ALB *rota*
men SEVERVS · R
AEF · TVNG · IN
STA · VIC · SEV*e*RO
PRINCIPI

Th. Hodgson Archaeol. Ael. 1, 1828 p. 81 tab. 1 fig. 1 (inde Hodgson 2, 3 p. 215; Newton p. 114, 76*d*; Henzen 6780); Bruce *wall* p. 280; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 695.

V. 3 C·L tam hic quam in titulis n. 880. 882 contra testium oculatorum consensum in C·R mutari nequit, ut mutavit Henzenus; nec de alia explicatione potest cogitari praeter eam, quam Hodgson proposuit, scilicet *civium Latinorum.*

Viccius Severus redit infra n. 881. De principibus in cohortibus sociorum dixit Henzenus *Bull. dell' inst.* 1851 p. 114. 182; cf. n. 880. 882.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) coh(ors) II Tungr(orum) m(iliaria) eq(uitata) c(ivium) L(atinorum), cui praeest Alb(ius) Severus praef(ectus) Tungr(orum), insta(nte) Vic(cio) Sev[e]ro princip[e]

880 *At Castle-steedes* CAMD. Videtur periisse.

I O M
c OH I TVNG ror m
IKEC CKCV ipr
fulmen AEES AVRE lius
5 OPTA fVS P rae
FVII STAN te
MES OPSE equente
PI INC

Camden ed. VI (1607) p. 643 (inde Horsley p. 263 cf. praef. p. XIX; Goughs Camden 3 p. 429 tab. 21 fig. 8; Hodgson 2, 3 p. 214), cui descripsit Guil. Howard de Naworth.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) [c]oh(ors) I[I] Tung[ror(um) m]il(iaria) eq(uitata) c(ivium) L(atinorum) cu[i pr]aees[t] Aure[l(ius)] Optatus p[rae]f(ectus) [in]stan[te] Mes(sio) Ops[equente] p[r]inc[ipe]

---

881 Ara rep. a. 1791 *at Castlesteads* s. *Cambeckfort* CARL. Servatur *in Waltonhouse, in the museum of W. Ponsonby Johnson Esq.* BRUCE.

I·O·M·ƎG
pa- LOCI · C · VI praefe-
tera VRPCVCN riculum
SVLRVS
5 VSL

Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 67 tab. 5 fig. 15 (inde Lysons *Cumberl.* p. 51, 22; Hodgson 2, 3 p. 215); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 5; Bruce in schedis qui vv. 3—5 solus servavit.

1 ƎG Carl., E G Hutch. 2 LOCI CVI Hutch., Bruce.

Viccium Severum habuimus supra n. 879; idem nomen extat apud Kellermannum vig. 103a 15 et Orellium 2950.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et G(enio) loci C. Vi[ccius M. f.?] S[e]v[e]rus v(otum) s(olvit) l(ibens) [m(erito)]

---

882 Rep. *at Cambeckfort and buried again in Lord Carlisle's wear, with two or three more inscribed stones, as some old man related; in repairing the wear 1741, it was sought for and carried by Mrs. Appleby's order to the court of her house there* SMITH. *In the garden of the adjoining mansion of House-steeds or Castlesteeds* BRAND (1783). Rep. *in the bank of a rivulet, which runs by the fort* CARL. *Carlisle,* apud *Miss Carlyle* HODGS. Nunc *at Lazonby Hall* BRUCE; est ara alta ped. 4 dig. 2, lata ped. 1 dig. 7, caput cum v. 1 vi aquae decidit.

i. o. m
ET ꝺ NVMI*ni aug*
N ꝺ COH ꝺ II ꝺ TVN
GROR · GOR · EQ
5 *c* ꝺ L ꝺ CVI ꝺ PRAE
EST TCI CLAV
ful- D *ianus* PRA *rota*
men EF · INSTANTE
AEL · MARTN
10 PRINC ꝺ X · KAL
IMP DN·G·N·G·II *et* PO
MPEINO COS p. C. 241

G. Smith et I. Ward *gent. mag.* 11, 1741 p. 650 cf. 12, 1742 p. 30. 76. 135; Brand *Newcastle* 1 p. 614; Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 68 tab. 6 fig. 21 (ex his Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 10 in tab. fig. 14; Goughs Camden 3 p. 457 tab. 26 fig. 13; Lysons *Cumberl.* p. 151, 23; Thom. Hodgson Archaeol. Ael. 1, 1828 p. 80; I. Hodgson 2, 3 p. 214; Newton p. 108, 21; Henzen 6781); Bruce *wall* p. 278.

Supplementa, praeter nominis v. 6, certa sunt.

4 GORꝺEC Smith, COREC Brand. Numerum miliarium postea supra lineam additum solus Carlisle servavit. 6 EST TCI ..... Smith, qui fuisse putat *Sicilius*, quod nomen nullum est, EST CIAV Brand; fuit fortasse †·CL· *Ti. Cl(audius)*; sed apices incerti sunt. 9 AEL · MARTN Brand, AEI·MARTIN Carl. 10 KAL Brand. 11. 12 MP · DNG · NG III PO|MPEINO COS Smith, IMP DNG AVG III KO (omisso v. 12) Brand, IMP DNC AVG III PO|MIANO COS Carl. In lapide erat IIƎ PO.

[I(ovi) o(ptimo) m(aximo)] et numi[ni Aug(usti)] n(ostri) coh(ors) II Tungror(um) Gor(diana) m(iliaria) eq(uitata) [c(ivium)] L(atinorum), cui praeest [Ti. Cl(audius)?] Claud[ianus] praef(ectus), instante Ael(io) Martino princ(ipe); X kal(endas) I(anuarias aut *Iunias* aut *Iulias) imp(eratore) d(omino) n(ostro) G(ordiano) Aug(usto) II [et] Pompeiano co(n)s(ulibus)*

883 Pars superior arae rep. a. 1791 una cum praecedente. Servatur *at Waltonhouse* BRUCE. Fragmentum altum dig. 11, latum 8.

IOVI · O M
V C

Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 67 tab. 5 fig. 13 (inde Hodgson 2, 3 p. 218); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 14; Bruce in schedis.

2 . . VC . . I Hutch.

---

884 *Castlesteads*, GORD. qui dedit comiti de *Hertford* Londiniensi. Apud eum viderunt GALE et HORSL.

DEO SANG M
ARTI VENVSTIN
VS LVPVS VSLM

Gordon it. sept. p. 81 tab. 47 fig. 2 (inde Maffei mus. Veron. 446, 8; ex Maff. Donat. 51, 7); Horsley p. 263 *Cumberl.* 35 (inde Warburton vallum p. 96, 35; Nicholson et Burn 2 p. 485; Goughs Camden 3 p. 457 tab. 26 fig. 12; Hodgson 2, 3 p. 216).

1 DEO SANTCM Gord., sed esse affirmat Horsl. DEO SANG M. 2 in fine puto N fuisse.

Deo san[c(to)] Marti Venustin[i]us Lupus v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

---

885 *Cambeckfort* s. *Castlesteads* CARL. *In the possession of Will. Johnson, Esq., at Walton House* LYS. Ibidem, ara parva, alta ped. 1 dig. 6, lata dig. 7 BRUCE.

D MARTI
TCVCAC
PACO
VS SATV
5 R N V S
ECT · POSVIT

Carlisle Archaeol. 11, 1794 p. 66 tab. 3 fig. 3 (inde Hodgson 2, 3 p. 216); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 10; Lysons *Cumberl.* p. 153, 16; Bruce in schedis.

2 ·TVGAC Carl., TVEAC Hutch. 4 LSSATV Hutch. 5 RNV·S Bruce. 6 ECI POSVIT Carl., EO POSVIT Hutch., FO POSVIT Bruce.

Lectio incerta est.

D(eo) Marti [Bela]tuca[dro]? Paco[ni]us Saturn[inu]s [praef]ect[us] posuit?

---

886 Ara rep. a. 1813, *at a place called Old Wall about six miles east of Carlisle, upon a farm belonging to Mr. Law, in the foundation of the wall of Severus* LYS. *Geo. Gill Mounsey, Esq., Rockliffe* servat BRUCE. Ara nunc alta est ped. 3 dig. 2, lata ped. 1 dig. 2; latus laevum periit.


ꝺ E O
MARTI
c OCIDIO
...I MARTIVS
5 ...c ꝺH·I·DA
cor. GENO
VALLi
v. s. L · M

Lysons *Cumberl.* p. 153, 51 (inde Newton p. 118, 115; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 242; Henzen 5889); Hodgson 2, 3 p. 299; Bruce *wall* p. 287. V. 1 iam non viderunt Hodgs. et Bruce, v. 8 Hodgs. unam tantum litteram L, Bruce nullam distinxit. Ceterum v. 4 LÆP . . VS Hodgs.

Mirum est deum Martem Cocidium post versus duos interpositos Genium valli nominari; neque vero aliter videtur inscriptio haec legi et intellegi posse.

Deo Marti [C]ocidio [Ael(ius)] Martius [mil(es) aut *praef(ectus)* aut similia) *c]oh(ortis) I Da[cor(um)] Genio vall[i v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

887 *Cambeckfort*, nuper rep. *near the east entry of the station, and since removed to the Cliff near to Kirklinton, the seat of the late Mr. Appleby; it seemed to be in the south jamb of the gate with the face downward* HORSL. Servatur in *Netherby* HUTCH., BRUCE.




Horsley p. 262 *Cumberl.* 34 cf. praef. p. XIX (inde Warburton vallum p. 95, 34; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 116; Nicholson et Burn 2 p. 485; Goughs Camden 3 p. 452. 457 tab. 26 fig. 11; Hodgson 2, 3 p. 216; Newton p. 118, 122; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 239; Henzen 5928); Pennant *voyage to the Hebrides* p. 71; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 533 tab. 1 fig. 8; Lysons *Cumberl.* p. 156, 75 cf. p. 176; Bruce *wall* p. 405.

V. 1 *Victoribus* proposuit Ward, contra lapidem. 7. 8 IVL·∞ | PITANVS ↄ Horsl., IVLO | PIT:ANVS Hutch. 8 Centurionis notam primus agnovit Grotefend idemque *p. p.* litteras recte solvit, cum Horsleius de pro praetore cogitasset, male.

M[at]ribus omnium gentium templum olim vetustate conlabsum G. Iul(ius) Cupitianus ↄ(centurio) p(rimi)p(ilaris) restituit

888 *At Walton house.*



C. R. Smith *gent. mag.* 1, 1856 p. 100, collect. ant. 4, 1857 p. 150; Bruce *proceedings of the soc. of antiquaries of Newcastle* 1858 p. 120, *wall* p. 283.

Militasse putandus est Aurelius Armiger in cohorte II Tungrorum; de principibus v. supra n. 879. 880. 882. Ceterum potest etiam cogitari de Nemesi Augusta.

N(umini) Aug(usti), deo Vanaunti (?) *Aurel(ius) Armiger dec(urio) princ(eps)*


889 *Dug up at Cambeck, in the ruins of an old stone wall* GIBS. Ibidem, *in the collection of Mr. Gilpin at Scaleby castle Gord.*, HORSL. Videtur periisse.



Gibsons Camden p. 844; Gordon it. sept. p. 96 tab. 47 fig. 6 (inde Maffei Mus. Veron. p. 446, 9; ex Maff. Donat. 19, 1); Horsley p. 259 *Cumberl.* 28 (inde Warburton vallum p. 92, 28; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 104; Nicholson et Burn 2 p. 483; Goughs Camden 3 p. 456 tab. 26 fig. 6). 6 om. Gordon.

[Deo] Soli [in]victo Sex. Severius Salvator [pr]aef(ectus) [v(otum) s(olvit)] l(ibens) m(erito)


890 *At Scaleby castle, from Cambeckfort* HORSL.



Horsley p. 259 *Cumberl.* 29 (inde Warburton vallum p. 92, 29; Nicholson et Burn 2 p. 484; Goughs Camden 3 p. 456 tab. 26 fig. 8; Hodgson 2, 3 p. 216 cf. p. 209).


Horsleius Mithrae nomen in hoc titulo Britannico solo viderat; postea demum prodierunt Borcovicienses aliique.

891 *Cambeckfort*, rep. per Ios. *Dacres Appleby* et servata *at the Cliff near Kirklinton* HORSL. Postea in *Netherby* PENN., BRUCE. Una repertum est anaglyphum capri marini et pegasi, quod tamen non fuisse eiusdem lapidis affirmat HORSL. Anaglyphum altum est ped. 3 dig. 2, latum ped. 1 dig. 9.



Horsley p. 261 *Cumberl.* 32 (inde Warburton vallum p. 94, 32; Nicholson et Burn 2 p. 484; Goughs Camden 3 p. 456 tab. 26 fig. 16; Hodgson 2, 3 p. 218); Pennant *tour in Scotland* (1769) p. 250. 263; Bruce *wall* p. 284.

892 *Cambeckfort; altar, the inscription almost entirely obliterated.* Videtur periisse.



Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 66 tab. 3 fig. 7 Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 20.


893 *At Castlesteads.* Fragmentum arulae altum et latum dig. 4.



Bruce in schedis.

894 *I found this imperfect inscription at Castlesteades, wiche was digged upp this last yeare by a country man, that buylded a square howse neare unto that place; he sunke deape into ruynes of this castle* . . . . BAINBR. Ad *Castle-steedes*, id est Castri locus . . . in hypocausto veteri, in quo malo fato nomen legati Augusti propraetoris Britanniae male periit CAMD.






Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 303; idem exemplum Cottonus misit Grutero 1178, 12 estque apud Camdenum ed. VI (1607) p. 643 (ex Camdeno habuerunt reliqui Horsley p. 263 s.; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 108; Goughs Camden 3 p. 429 tab. 21 fig. 9; Hodgson 2, 3 p. 216) cui descripsit Guil. Howard de Naworth; margines superior et dexter ibi depinguntur integri.

3 CVPA ...., 4 LEG·XX·G·PP·COH·II Bainbr., ibid. COH·I· Camd. — V. 3 in. legendum [*sub*] *cu[r]a L.* . . . . . *leg(ati) Aug(usti) p(ro) p(raetore)* cet.

895 *Cambeckfort*, fragmenta duo (fortasse eiusdem tituli?).



G. Smith *gent. mag.* 11, 1741 p. 650 (inde Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 113).

896 *At Cambeckfort*, rep. *in clearing away the ruins of the station to make the garden; this altar is finished with more neatness than any of the others and the letters are as sharp as if they were only just cut* CARL. *In the possession of Mr. Johnson of Walton house* LYS. Ibidem BRUCE. Est ara alta ped. 3, lata ped. 1 dig. 9.

DISCIPV
LINAE
VCm!!
VSTi

Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 66 tab. 4 fig. 11 (inde Hodgson 2, 3 p. 217); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 1; Lysons *Cumberl.* p. 154, 55; C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 175 et 4, 1857 p. 150; Bruce *wall* p. 282.

Vv. 1 et 2 certae lectionis sunt; L in v. 2 nuper periit. De vv. 3 et 4 minus certum iudicium est. Carlisle haec adnotat: *the whole of the word* AVGVSTI *was evidently intended to be engraved in one line, but on account of some mistake having been made, the latter part of it is erased, and continued in the line below.* Lysons (sive potius Bennet episcopus), cuius exemplum cum Hutchinsonis prorsus convenit, haec dicit: *on a close inspection of this altar, we perceived that it had originally been inscribed* Discipulinae Auggg., *the letters of the inscription being sharply cut and remarkably well formed; the two last G's had afterwards been effaced, and the* usti *in the last line added, to render it applicable to a single emperor; the letters of this last line are by no means so well executed as those of the original inscription. No doubt the three* Augusti *originally alluded to, where* Septimius Severus *and his two sons* Caracalla *and* Geta. Contra Smith (quem Bruce sequitur) Augustum Hadrianum esse studuit demonstrare eo potissimum, quod *Disciplina Aug.* inscriptio in nummis eius tantum Augusti atque in Pii quibusdam reperiatur. Sed apparet aequo iure etiam aliorum imperatorum disciplinam militarem potuisse concelebrari; unde omnino recte iudicasse putandus est Bennet episcopus.

897 *Bleatarn; we have had this inscription communicated to us said to have been discovered at the said village, but cannot be answerable for its correctness.*

CAPVDPI
CIVITAT
BRICIC

Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 122 (inde Hodgson 2, 3 p. 299), cuius editores ne vv. quidem dispositionem videntur servasse.

Videtur fuisse eiusdem generis ut n. 775. 776. 863, ubi vide.

898 Rep. in *a pig-stye in Newtown of Irthington;* servabat *the late Mr. Robert Bell, of Irthington;* nunc est in *Castlesteads* apud Georgium I. Johnson. Litterae intra tabellam ansatam. Lapis longus ped. 1 dig. 10, altus ped. 1.

LEG II AVG
FECIT

Bruce *wall* p. 286.

899 *At Old Wall, about two miles west of Cambeckfort, built up in the end of a house* HORSL. *Built in the inside face of the wall of a gig-house at the east end of the village* BRUCE. Lapis longus dig. 10, altus 8.

LEG II AVG
IVLI · TE
RTVLLIA

Horsley p. 264 *Cumberl.* 36 (inde Warburton vallum p. 99, 36; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 121; Nicholson et Burn 2 p. 485; Goughs Camden 3 p. 458 tab. 27; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 126 tab. 3. 20); Bruce *wall* p. 287. Cf. supra n. 850.

899*a* Rep. ad *Whiteflat, a little to the west of Newtown-of-Irthington*, servatur in *Castlesteads.* Lapis longus ped. 1 dig. 2, altus dig. $8^1/_2$.

IVLI
SVBSION

Bruce in schedis.

900 *From Cambeckfort, found in the east part of the station near the gate; removed to the Cliff near Kirklinton.*

LEG·VI·V
F

Horsley p. 262 *Cumberl.* 33 (inde Warburton vallum p. 95, 33; Nicholson et Burn 2 p. 484; Goughs Camden 3 p. 457; Hodgson 2, 3 p. 218).

901 *At Walton house.* Lapis altus ped. 1, latus dig. 9.

COH IIII
APOS
CIANA

Bruce in schedis.

Coh(ortis) IIII [*o(centuria)*] *Va*[*rsic*]*iana?*

902 *From thence* [i. e. *à Stanwiggs*] *it* [*the wall*] *goeth to Blaytarne not far from Scalbie Castle, wher I found this inscription in faire letters; this stone was laitelie digged upp & put in a house newlie buylded.*

CI PRISC :

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 321. Est *C*[*l(audii)*] *Prisc*[*i*], omisso centuriae signo; cf. Amboglannenses n. 856.

Huc fortasse referendum quod refert Brand *Newcastle* 1 p. 615 adn. *t*: *I saw also built up in the wall of an out-house at Bleatern near Watch-Cross, what has plainly been a centurial stone, though much obliterated; it is reddish, as all the stones dug out of Severus' wall hereabouts are.*

903 *At Old Wall, in an old wall belonging to Mr. Thomas Graham.*

COISIL
NCINI

Horsley p. 264 *Cumberl.* 37 (inde Warburton vallum p. 99, 37; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 122; Goughs Camden 3 p. 458 tab. 27; Hodgson 2, 3 p. 299).

o(centuria) Co[*rne*]*l(ii) Iu*]*ncini* vel similia; non *centuria cohortis Silii Aucinii,* ut voluit Horsleius.

904 *Cambeckfort*, rep. in fundamentis valli CARL. Videtur periisse.

O ROMANI

Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 67 tab. 6 fig. 20 (inde Lysons *Cumberl.* p. 159, 122); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 17.

905 *Old Wall*, rep. a. 1832 *when Mr. Law, of Carlisle, was taking up part of the* murus; *within a neat centurial border.*

TREBONI
NEPOTI

Hodgson 2, 3 p. 299 qui versus non divisit.

906 *Castlesteads, over the door of the office in the garden* GENT. MAG. *Over the door of a necessary house* BRAND. *At Walton House* BRUCE. Erat lapis magnus defuncti imaginem integram exhibens, superest pars superior tantum lata ped. 1 dig. 10, alta ped. 2 dig. 6. Litterae scriptae sunt in tab la ansata.


D M
GEMELLI · C · A
FL · HLARO · S · H · F · C
caput
hominis

Gent. mag 17, 1747 p. 60 (Browne Willis?; is enim eodem anno titulum proposuit societati antiquariorum Londiniensi, ut testatur Goughs Camden 3 p. 444; ex eodem Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 109 in tab. fig. 6); Brand *Newcastle* 1 p. 614; Lysons *Cumberl.* p. 160, 141 (ex his Hodgson 2, 3 p. 218); Bruce *wall* p. 283.

Testes consentiunt, praeterquam quod Bruce in contextu puncta omnia omisit.

Interpretatio incerta est; caput infra positum aperte viri est, non feminae, unde vix legere licet *D(is) M(anibus). Gemellica Fl(avii) Hilario(nis) s(erva). H(eres) f(aciendum) c(uravit).* Britanni antiquiores ita intellexerunt: *gemelli C(aius) A(ulus) Fl(avio) Hilario s(uo)* aut *s(ervo) f(aciendum) c(ururunt)*; puncta certe post I et C versus secundi exhibent omnes nec desunt in Brucii tabula. Is in fine v. 2 interpretatur *c(arissimo) a(mico)*, non probabiliter; sed latet fortasse munus aliquod militare. Deinde legit *s(epulcrum) h(oc) f(ieri) c(uravit)*, omnino contra usum; *s(ecundus) h(eres) f(aciendum) c(uravit)* Henzenus apud Brucium proposuit, utpote formulam in titulis militaribus frequentem. Quod probandum puto, etiamsi defunctus nec miles erat neque *a person attached to the camp*, ut voluit Henzenus.

907 *At Cambeckfort* CARL. *At Walton House* HUTCH., BRUCE. Fragmentum latum ped. 1 dig. 9, altum ped. 1 dig. 6.



Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 67 tab. 5 fig. 16; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 8; Bruce in schedis.

1 om. Carl. 3 X ⌀ AN Bruce. Erat titulus sepulcralis, in quo patria defuncti indicata erat.

908 *At Cambeckfort* CARL. *At Walton House* HUTCH., BRUCE. Fragmentum latum ped. 1, altum dig. 10. Non erat pars tituli praecedentis.



Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 67 tab. 5 fig. 17; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 9; Bruce in schedis.

1 IL E Carl., IIL E Hutch., IL EC Bruce. 2 VI SOR Bruce. 3 XXV AA Carl., XXVI SA Hutch.

909 *At the Wall-towne . . I fond this imperfect inscription; the man had broken this stone and lay it in a paiment before his dore. Thus it was.*

SOPH . . . .
ONIVGISA . .
AE ET

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 321.

910 *Castlesteads. I found in another broken stone in this* hypocaustum (cf. n. 894) *another imperfect inscription; the stone was curiouslie wrought* BAINBR. *Beaucastle* GRUT. ed. II male.

IF . . . . . .
TILIO . . .

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 303 qui addit: '*Scalby* castrum olim Tilliolorum, qui olim clari in hoc tractu fuerunt; *Scalby castle is hard by & therfore I think that this was some monument of thes* Tillioli'; inde sine dubio Grut. 1178, 14 'a Cottono' una cum n. 979, unde loci indicatio prava orta est, ita LE . . . TILIO.

911 *At Walton House*, fragmentum altum et latum dig. 8.



Bruce in schedis.

912 *From the Holmes in Brampton* ANON. (? haec sane indicatio praecedit; rupis vero indicatio excidit). Prope *Brampton Gelt* fluviolus defluit, ad cuius ripam in caute *Helbeck* dicta haec hiulca leguntur a vexillatione legionis II Augustae optione fortasse, sub Agricola propraetore posita, et cetera quae temporis iniuria nobis invidit CAMD. *On a rock hanging over the river Gelt, a mile of Brampton* GORD. *Upon the face of a rock about half way up a steep hill, that hangs over the river Gelt; the rock is on the side of the river next to Brampton, and about half a mile above the Gelt bridge; . . . . the inhabitants near the place continue to call this the old quarry* HORSL. Ibi adhuc visitur; litterae sunt magnae videnturque incisae esse eodem fere tempore omnes; incisae autem sunt rudi opera ita, ut foramina profunda secundum litterarum formas disposita postea inter se coniungerentur.

a IX X

b *facies humana*
VEX · ЌIIG · II · AVG · OF · APR
SVB · AGRICOЌA OPTIONE

c APRO · Ŧ MAXIMO
CONSVЌIBVS
OFICINA · MERCATI

d MERCATIVS FIRMI

e [illegible]

f AVb

g IVLI N

h Ↄ IVLI PECVЌIARES
/////II ATIONE XX VV

Anonymus in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 328 *b* tantum; Camden ed. VI (1607) p. 644 *b c d*; Gordon it. sept. p. 184 *b c d*; Horsley p. 267 *Cumberl.* 44 cf. praef. p. XIX (inde Warburton vallum p. 109, 44; Goughs Camden 3 p. 459 tab. 27 fig. 1; Lysons *Cumberl.* p. 158, 91; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 126. 133 tab. 3, 30; Hodgson 2, 3 p. 298); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 139 in tab. *a b c d g*; Bruce *wall* p. 82 accurate delineatos a Mossmano, quem adiuverunt Dr. Johnston et Ios. Parker, *of Brampton*, exhibet titulos omnes excepto *a*; *c f h* solus habet.

a Horsleius et Hutchinson soli servaverunt; videtur hodie periisse. Faciem humanam depingunt Camd. Horsl. Hutch., reliqui omiserunt. *b* 1 VEX ЌIIG·II·AVG·OP . . . . . Anon., VEX Ќ·ЌEG·II·AVG·OF·APR . . . Camd., VEX Ќ·ЌEG·II·AVG·OB·APR Gord., VEX·ЌIEG·II·AVG·OB·APP Horsl. Bruce, VEXЌ II G II AVG OBI APP Hutch. Unde apparet Horsleii explicationem, *ob* [*virtutem*] *appellatae*, quae in alam Augustam quadrat, non in legionem II, supervacaneam esse. Apud Brucium VEX·ЌIEG vocabula ita repetuntur p. 81 modulo maiore; tamen puto antiquiores recte legisse LIIG, cum puncta illa, quae I efficiunt, possint facile pro E accipi. *b* 2 OP·M . . . . Anon., OB·VIORE Camd., OPTIO Gord. Hutch., OPTIO . . Horsl. *c* 1. 2 om. Camd., APRO·E·VR II II O · ⋮ · Gord. Ut dedi reliqui. *c* 3 ЌEG·I·MA·MERCAЌI Camd., ut dedi reliqui. *d* NVMERCATIVS.FIRMI:. Camd., NVMERCATIVS FERNI Gord., MERCATIVS FERMI Horsl. Bruce (FERNI eius tabula). *g* IVLI Hutch., qui adnotat: *the word* IVL (sic), *as represented in the drawing, is cut in a very fine letter, and indeed seems modern; perhaps placed there by some stone-cutter of late date.* Iniuria puto. *h* 1 legendum fortasse PECVLIARIS; vide quae observavi ad *b* 1. 2 *vexillatione* [*legionis*] *XX V. V.* latere putat Bruce.

Praeterea Camdenus addit: recentiore charactere in eadem caute etiam haec leguntur

OFICIVM ROMANORVM

De his Horsleius haec adnotat: *I thought I saw some vestiges of letters, or confused strokes, which probably have been these words; but I could make nothing of them, they were so much defaced. They were near the other inscription and to the right of it.* Sed exhibet ea ita OFICIVM ROMANORVM Hutchinson in tab., qui addit: *the word* Romanor *is very plain; and we are much surprised Mr. Horsley should describe it as being defaced and confused.* Indicatur fortasse titulus *h*, quem Bruce primus descripsit, aut alius similis haec fortasse *oficina Roman(i)* exhibens; quanquam M litterae forma, si recte observata est, titulum novicium potius indicat.

Apparet ita fere legendos esse titulos hosce.

a Utrum numeri *IX* et *X* ad cohortes referendi sint, ut Horsleius voluit, an ad officinam lapicidinarum, quod magis crediderim, definiri nequit.

b *vex(illatio) leg(ionis) II Aug(ustae), of(icina) Apr(ilis), sub Agricola optione*

c *Apro et Maximo consulibus* [i. e. a. p. C. 207], *oficina Mercati*

d *Mercatius Firmi*

f *Avid(i)* aut [*Cl*]*aud*[*i*]

g *Iuli N* . . . . .

h *ↄ(centuria) Iuli Peculiar*[*i*]*s*, [*vexi*]*llatione* (?) *XX* (*vicesimanorum*) *V*(*aleriensium*) *v*(*ictricensium*)

---

913 *On the Pigeon Crag or Pigeon Clint, on Gelt river* (*the quarry at Helbeck Scar* HODGS.), *about half a mile higher up the river and on the opposite side from the 'written rock'* magis versus Petrianas (n. 912) BRUCE. Inscriptio longa est ped. 4 dig. 8; litterae maximae sunt digitorum 6.

ЌRAĪCIT·ET·AMIO
ЌEGIONE·SEXSET
IIVSTVS

Bruce *wall* p. 454, qui descripsit a. 1850.

V. 1 latent fortasse nomina consulum a. 216 *Sabino et Anullino;* 2 videtur esse *legione sexs*[*ta*]. 3 *Iiustus* duplici i scriptum est, ut scribebantur *eiius* et similia.

There is half an altar standing in a gate at Naworth, but I cannot think it has any relation to Camdens inscriptions (n. 880. 894).

Horsley p. 263.

There is a large altar built up in the jamb of a chimney at Whitefield, about a mile west of from Cambeckfort, which the old people say was brought from hence, or a part of the wall very near it; but both the altar and inscription have been defaced by the masons, so that at present there is not any visible letter upon it.

Horsley p. 264 qui fuisse titulum illum fortasse n. 894 coniecit.

LIV. CONGAVATA?,

STATIO PER LINEAM VALLI DECIMA QVARTA

(Stanwix).

Accedunt *the Shawk quarries* et *the Cells* prope *Wetheral.*

In linea valli post castra ad *Walton house* sita atque *Castlesteads* dicta secuntur ea, ut dixi, quae hodie occupantur a *Stanwix* vico *Carlisle* urbis suburbano, sed sito in altera *Eden* fluvii ripa (cf. Goughs Camden 3 p. 449; Hodgson 2, 3 p. 218 ss.; Maclauchlan *memoir* p. 73; Bruce *wall* p. 290). Explicatur ex situs vicinia, quod antiquitus tituli ibi prodeuntes asportati sunt ad vicinae urbis aedificia extruenda; id quod testatur Bainbrigg accidisse titulis duobus (n. 916. 920). Sed cum certum sit etiam in ipsius *Carlisle* urbis situ stetisse Luguvallium oppidum vetus non exiguum, titulos ibi repertos non licet contribuere cum Stanvicensibus. Ita factum est, ut eius quoque stationis nomen adhuc incertum sit. Nam si liceret ad *Stanwix* referre titulum Luguvalliensem eum, qui ab *alae Augustae Petrianae torquatae miliariae civium Romanorum* praefecto aliquo dedicatus est (n. 929), non sine probabilitate ibi figeremus Petrianas, quas antiquarii Britanni in *Castlesteads* collocare solent, ut ibi exposui (cap. LIII); non obstarent certe tituli singuli eiusdem alae memorias referentes reperti in *Old Penrith* (n. 328), quod situm est in via ex regionibus meridionalibus directa ad Luguvallium et vallum Hadriani, et in lapicidinis quae fuerunt prope *Lanercost* et Amboglannam (n. 872). Sed cum series stationum in notitia observata, si omnino observata est, nos cogat Petrianas continuo post Amboglannam ponere, huic loco Congavata nomen dubitanter sane potest adscribi. Tituli vero proprie Stanvicenses adhuc noti legionum tantum Britannicarum aperte memorant secundam (n. 914), sextam (n. 916), vigesimam (n. 917); quorum praeterea memoriae extant signiferi (n. 915) et equitis (n. 919), ii cuiusnam militum numeri fuerint incertum est. Sed cum alterius praeterea equitis memoriam sepulcralem, titulo illam carentem, ibidem viderit Camdenus (cf. quae adnotavi ad n. 919), sane probabile est, alam aliquam castra Stanvicensia obtinuisse.

Auctores titulorum iidem fere sunt atque capitis praecedentis, BAINBRIGG (n. 916. 920) aliique CAMDENI amici, inter quos etiam GERICIUS est, GORDON (n. 915. 916. 920), HORSLEY (n. 915. 916. 918. 920), HUTCHINSON (n. 917), Hayman ROOKE (n. 919); inter recentiores HODGSON (n. 914. 920) et BRUCE (n. 914. 919. 920). Ipse cum in *Carlisle* fui, etiam *Stanwix* adii comique benevolentia adiutus sum a Guilelmo Forster, cursus publici tum ibi magistro, antiquitatis studioso, neque vero titulos ibi repertos videre contigit, cum aut perierint (n. 916. 917), aut asportati sint inde ad *Drawdikes* (n. 918. 920), *Lowther Castle* (n. 914, cuius ectypum A. W. *Franks* misit), *Nether Hall* (n. 919), *Scaleby castle* (n. 915).

Addidi titulos lapicidinarum veterum in vicinia detectarum (n. 921. 922), qui iam saeculo proximo innotuerunt.

914 Rep. a. 1804 inter *Tarraby* et *Stanwix*, *in a field of the late Mrs. Graham* DICKS., HODGS. Servatur in *Lowther Castle* FRANKS, BRUCE. Est arula alta dig. 18, lata $7^1/_2$ (12 Dicks.), litteris satis rudibus.

MART COC M
LEG · II AVG
) SANCTANA
) SECVNDINI
·D·SOL·SVB CV
RA · ÆLIANI
CVRA · OPPVS
FELIX · OPTO

Ectypum misit A. W. Franks, ex quo descripsi. Dickson *first report of the society of antiquaries of Newcastle-upon-Tyne 1814* p. 41, Archaeol. Ael. 1, 1828 App. p. 4; Hodgson 2, 3 p. 300 (inde Newton p. 111, 43*a*; ex hoc C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 242); Bruce in schedis.

Lectio certa est uno excepto elemento, quod est v. 6 ultimum. Tamen etiam illud vix aliud esse potest atque centuriae centurionisve nota. Contra v. 5 interpretatio mihi certe non liquet; nam de *d(ato) sol(o)* vix cogitaverim.

Mart(i) Coc(idio) m(ilites) leg(ionis) II Aug(ustae) (centuria) Sanctiana, (centuria) Secundini d... sol... sub cura Aeliani (centurionis?) cura [vel *cura(vit)*] *Oppius Felix optio*

915 *In Mr. Gilpins collection at Skelby castle* GORD. *Now at Scaleby-castle; I believe it belongs to Stanwicks, for Mr. Goodman of Carlisle told me he presented an altar not many years ago to Mr. Gilpin which had been dug up at Stanwicks; but he could not recollect the inscription. I take this to be the altar, because it never has been published till lately by Mr. Gordon; whereas all the rest that were legible at Scaleby-castle were made publick long ago; and this is yet legible, though Mr. Gordon has only given us the two first lines and omitted the two last* HORSL. Videtur periisse.

MATRIBVs
d OMESTICIS
VIS MESSO
SIGNIFER VSLL

Gordon it. sept. p. 95 tab. 42 fig. 6; Horsley p. 266 *Cumberl.* 40 (inde Warburton vallum p. 103, 40; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 578 in tab. fig. 4; Nicholson et Burn 2 p. 453; Goughs Camden 3 p. 449 tab. 24 fig. 6; Hodgson 2, 3 p. 220; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 238; Henzen 5933).

2 OMESTICI Gord. qui reliqua omisit.

Matribus domesticis [*s*]*uis Messor* cet. legit Henzenus, quod videtur confirmare titulus infra n. 950. Tamen displicet signiferi cognomen sic nude positum.

Matribu[*s d*]*omesticis Vis(ellius) Messo*[*r*] *signifer v(otum) s(olvit) l(aetus) l(ibens)*

916 *I fond also this inscription at Carlile in a stone brought from the Pictes wall by John Myddleton, and is set in his garden* BAINBR. Carleoli, in hortis T. Midleton maiusculo et eleganti charactere CAMD. *Carlisle, in the late Brigadier Stanwix's garden* GORD., HORSL. Videtur periisse.

LEG · VI
VIC · P · F
G · P · R · F

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 320; Camden ed. V (1600) p. 706 (Grut. 514, 11; Burton *Anton. itin.* p. 63. 118); Gordon it. sept. p. 96 tab. 43 fig. 3; Horsley p. 266 *Cumberl.* 42 (inde Warburton vallum p. 103, 42; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 578 in tab. fig. 8; Nicholson et Burn 2 p. 453; Goughs Camden 3 p. 448 tab. 24 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 221; Jefferson *Cumberl.* p. 328; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 140).

3 GPPF Gord., G·P·R F Horsleius, qui interpretatur *G(enio) p(opuli) R(omani) f(ecit)*; vix recte. Puto fuisse G·P·F·F *G(ordiana) p(ia) f(idelis) f(ecit).*

917 Inter antiquitates in *Stanwix* repertas. Lapis longus dig. 12. Nescio num extet.

LEG XX VIC
COH I FECIT

Hutchinson *Cumberl.* 2 in tab. ad p. 578 fig. 13; in contextu non reperio.

918 *At Drawdikes, about a quarter of a mile east from Stanwicks.*

COH IIII PR · POS
Y IVK · VITAIS

Horsley p. 265 *Cumberl.* 38 (inde Warburton vallum p. 102, 38; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 578 in tab. fig. 12; Nicholson et Burn 2 p. 453; Goughs Camden 3 p. 449; Hodgson 2, 3 p. 300; Newton p. 114, 77) qui haec adnotat: *it is one of those inscriptions, that are usually found in the face of the wall; but it has this particular curiosity in it, that the century seems to have belonged to the guards, or to a pretorian cohort.* Fueruntne *coh(ortis) IIII pr(incipes) pos(teriores) o (centuria) Iul(ii) Vitalis?*

919 *Found in the wall of the parish church of Stanwix, and sent to Col. Senhouse* ROOKE. Servatur in *Netherhall* BRUCE. Cippus fastigio ornatus.

luna
eques
armatus
d. lanceam, s.
scutum tenens.
Infra iacet hostis
caesus
MC MANN . . . .

H. Rooke Archaeologia 10, 1792 p. 139 tab. 14 fig. 6; Bruce *wall* ed. II p. 342, ed. III p. 292. MI:MANLIV Rooke, C·M MANII Bruce ed. II.

Elementum primum et tertium aut fortuita esse puto aut puncta ornata; ut nomen equitis fuerit aut *M. Manlius* aut *M. Manneius.*

Anaglyphum simile Camden vidit una cum titulo n. 920, nam ed. V (1600) p. 706 haec habet: *adiungitur effigies equitis armati cum lancea;* quod periit.

---

920 *Carlile, where I found this inscription in a stone fond in Stanwigges field nere unto the Pictes wall; this stone was caryed thence by one Mr. Agliombie to Carelile.* Inscriptio sic se habet BAINBR. Carleoli, non inelegans GERIC. S. l. COTT. *Carlile,* in aedib. T. Aglionbaei prope citadellam CAMD. *At Drawdikes* GORD. *Now built up in the back wall of the house at Drawdikes, though I was assured it was originally brought from Stanwicks . . . .; from Carlisle no doubt it has been removed to Drawdikes, which still belongs to the Aglionby family* HORSL. Ibidem extat, *built into the back of the house* BRUCE. Est lapis supra fastigio ornatus, cui insidet utrimque leo hominem, ut videtur, devorans.

protome
D I S M A N I B V
S·MARCI TROIANI
AVGVSTINI II TVM·FA
CIENDVM·CVRAVI
T·AEK·AMMILVSIMA
CONIVX KARISS

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 320 vv. male divisis; Gericius ibid. f. 306; Cotton ibid. f. 311*; Camden ed. V (1600) p. 706 (Grut. 805, 10 'a Camdeno'); Gordon it. sept. p. 96 tab. 44 fig. 3; Horsley p. 265 *Cumberl.* 39 (inde Warburton vallum p. 102, 39; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 578 in tab. fig. 6; Brand *Newcastle* 1 p. 615; Nicholson et Burn 2 p. 453; Goughs Camden 3 p. 448 tab. 24 fig. 1; Lysons *Cumberl.* p. 160, 137); Hodgson 2, 3 p. 221; Bruce *wall* p. 291.

Lectio in universum certa est, unde non omnes descriptorum errores recenseo.

3 AVGVSTINII Bainbr., AVGVSTINI·II Ger., AVGVSTIA:I Gord., AVGVSTINNII Hodgs. (errore typothetae puto). In II latere puto FI vel FL, pro *filii;* vix enim de *itu* cogitandum. H (pro *hunc*) latere coniecit Bruce, sine probabilitate. 5 TAEL·AMMIKKVSIMA Bainbr., TAEKAMMIKKVSSIMA Geric., T·AEK·AAA·MIKKVSEMA Cott., TAFEL AMMILLVSIMA Camd., TAEKAMMILLVSIMP Gord., AEL·MALMILLVSIMA Hodgs.

Dis Manibus Marci(i) Troiani, Augustini fi(lii). Tum(ulum) faciendum curavit Ael(ia) Ammilusima? coniux kariss(ima)

921 *On a protuberant eminence of the rock over Shawk, of exceeding difficult access, about 7 or 8 yards above the stream . . . .; the inscription was accidently discovered by one of the workmen, from the opposite site of the rivulet, and relating his discovery to some clergymen, I heard of it* cet. SMITH. *On a rock, situated at a place called Shawk quarries, near Rose Castle, in Cumberland, . . . within the manor of Dalston* LYTT. *The brook on the west side of the manor of Dalston is variously named, Shalk-beck, Shawk-beck, Chalkbeck; the traditional name of the rock at Chokebeck, whereon the Roman inscription is cut, has, beyond the memory of man, been that of Tom Smith's Leap . . . .; the antiquaries of the present age are indebted to a Mr. Isaac Stockdale of Lough for the preservation of its original Roman inscription, he having twice prevented the quarrymen from cutting it down* HUTCH. *Chalkborough* (ita certe mihi visum est scriptum esse), *Cumberland* GOUGH. Postea periit.

a

Smith:	*Lytt.:*	*Hutch.:*	*Gough:*
LEG II AVG	LEG II AVG	LEG II AVG II	LEG II AVG
MILITES PE///////	MILITES PEI⌣	MIITES PERCIV	MILIES P E
	//////////////////	////////////// rVI	
	COH III COH IIII	//////////////////	
	//////////////////		

b

Hutch.:

S
A :IA:
ᵓRVSIMV DEE////E

c

Gough:

PVPI
LABIRIC · NA
IANVARIVS LVCANV

Georgius Smith in epist. ad Rog. Gale scripta d. 24 Feb. 1740 apud Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 440; Lyttelton, *bishop of Carlisle*, Archaeologia 1, 1770 (1779) p. 228; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 442 ab amico anonymo (*a gentleman in that neighbourhood*) delineatam diligenter (inde Lysons *Cumberl.* p. 158, 106; Bruce *wall* ed. II p. 64 cf. p. 258; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 162); R. Gough in schedis Oxoniensibus. De titulo *a* G. Smith addit haec: *there is some faint resemblance of a tree on one side, and a human figure below, with extended arms; but they are most wretchedly done.* Etiam Lyttelton et Hutchinsonis amicus figuras hominum rudes, v. 1 quattuor unamque in fine infra dextrorsum, exhibent, quales pueri solent delineare, neque vero absimiles eorum, qui in parietibus Pompeianis reperti sunt eius generis lusus. Tamen illas antiquas fuisse non spoponderim. Multitudo hastarum simplicium fortasse computandi causa adscripta erat, ut observavit Hutchinsonis amicus.

G. Smith praeterea adnotat: *on a nich in this rock there seems to be a great variety of letters, much lower than what we have given, and facing the south; whereas the aforesaid inscription faces west; but I take them, after due examination, to be nothing but some strokes of a pick made on the rock, for I could not, after all possible care, observe any but perpendicular strokes, and no reconcileable shape of any letter in any one of them, unless perhaps an I or an O sometimes, and even these very uncertain.*

Tamen quaedam praeterea ab aliis ibidem lecta sunt. Hutchinsonis amicus anonymus haec dicit: *the Roman characters, the upright strokes, and the various scawls, have all the same singular indent, and appear as if they had all been punctured with a point of a quarry pick not very sharp,* atque deinde addit: *the severities of the last winter detached a piece of stone from the rock, adjoining the right hand side of the present remaining inscription, which also contained characters, but much mutilated; they had remained covered with ivy time out of mind, unperceived.* Exemplum eius imitatur titulus *b.* Non dico eundem observatum esse, sed similem fortasse probabile est, ab eo qui Ricardo Gough titulum *c* misit.

---

922 *There are no inscriptions to be found in the Cells* (sunt cava tria in viva rupe) *at Wetheral, Cumberland, or on the wall, but upon the same rock, out of which the cells are hewn, a little higher up the river, and about 10 or 12 feet from the summer level of the water, you meet with this inscription; . . . what the . . . awkward figure of a buck or stag may mean, I am at a loss to find out* MILB. *Nearly due south of Bleatarn, in the vicinity of Wetheral, and on the south bank of the river Eden, is a rock inscription . . . on the face of a lofty cliff . . .; a few yards lower down the water . . three cavern-like appartments, popularly called "The Cells", have been formed in the cliff . . . . The figure of a stag will be noticed at one extremity.*

Milb.:	*Bruce:*
MAXIMVS SCRIPSIT	MAXIMVS SCRISIT
LE XXVV COND · CASↃSIVS	
	LEG XXVV CONDRAVS·SIVS *cervus* II

W. Milborne Archaeologia 1, 1770 (1779) p. 86 (inde Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 162; Goughs Camden 3 p. 446); Pennant *tour in Scotland* [1772] 2 p. 70 qui frustra quaesivit; Bruce *wall* p. 290, in cuius tabula nomen ultimum etiam ita fortasse *Condraussius* legi potest.

LV. LVGVVALLIVM

(Carlisle).

Eius viae, quam ab Eburaco per Isurium, Cataractonium, Lavatras (v. supra capp. XXII—XXV) et deinde per Westmorelandiam et Cumbriam versus septentriones directam fuisse scimus duplici itinerarii Antoniniani testimonio (p. 467—472 et p. 474—476), quod adscripsi supra (p. 73), mansio vel ultima vel paenultima Luguvallium est (*luguvallo* codd. itin. meliores p. 467, 2; *luguvalio* p. 474, 1 et 476, 6; *lugo vallio* Riccardianus p. 474, 1; unde cum Wesselingio eam, quam supra proposui, nominis formam veram esse existimo). Eiusdem autem viae apud Ravennatem superest memoria quamvis confusa, ut consentaneum in tali scriptore; apud eum enim post *Valteris* et *Bereda*, quae sunt itinerarii Antoniniani mansiones *Voreda* (p. 467, 3) et *Verteris* (p. 467, 5 = 476, 4), sequitur *Lagubalium* (5, 31 p. 431, 8). Quod nomen non dixerim ab Hadriani vallo derivatum esse, ut coniecit Camdenus (ed. VI p. 641), potest enim sine dubio vetustate illud superare; sed valli vocabulum Latinum ei inesse, ut vici fortasse vocabulum inesse vidimus Longovicio et Borcovicio, non negaverim. Constans autem apud Britannos opinio est iam media aetate (ut Guilelmi Malmesburiensis, cf. infra n. 926), *Caer Luell* Saxonum et recentiorum Carleolum (*Cairluell* Lelandi itin. 7 p. 61), unde hodiernum nomen *Carlisle* factum est, Luguvallio veteri respondere; neque videtur ea falsa esse, quanquam argumenta eius omni dubitatione maiora equidem certe non novi. Oppidum autem eo loco fuisse Romanum non exiguum vestigia docent ibi detegi solita atque iam a Lelando (itin. vol. 7 p. 57 ed. Hearne) descripta, aedificiorum parietinae, operis tectonici fragmenta, signa lapidea (ut Herculis a Brucio *wall* p. 294 repraesentatum) et aenea, tituli hic collecti (cf. Goughs Camden 3 p. 427. 447; Maclauchlan *memoir* p. 76; H. Rooke Archaeologia 9, 1789 tab. 17; Bruce *wall* p. 293), supellex varia (Archaeol. Ael. 2, 1832 p. 312; *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 306 ss.). Illud tantum dubium est, utrum ad stationes per lineam valli, inter quas in notitia sane non nominatur, sit referendum necne. Non magis sane remota est a vallo quam Magnae et *Castlesteads;* tituli militares autem duo tantum prodierunt alae Petrianae ille, de quo dixi capite praecedente (n. 929) et Herculi dedicatus pro salute *commilitonum Barbarorum* numeri incerti; qui tamen facile huc delati esse possunt ex vicina *Stanwix.* Sed fortasse non casu tantum accidit, quod nulli Luguvallii reperti sunt lapides eius generis, quod centuriale dicunt antiquarii Britanni; quod quam frequens sit in plerisque valli stationibus vidimus, in nulla alia vero prorsus deest. Cum testimonium certum desit, non rettuli inter stationes per lineam valli, neque vero loco suo movere volui, ne separaretur a *Stanwix.*

Praeter titulum unum imperfecte servatum a Guilelmo Malmesburiensi indeque a CAMDENO prolatum (n. 926) reliqui Luguvallienses omnes nuperrime demum prodierunt editique sunt ab HODGSONE (n. 932. 932) et BRUCIO aliisque nonnullis antiquariis recentioribus.

De *Carlisle* urbe praeter Cumbriae historiographos seorsum commentatus est, qui nomen suum taceri voluit, S. Jefferson (*the history and antiquities of Carlisle.* Carlisle 1838 8.); adscripsit titulos tres aliunde satis notos.


Ipse adii urbem, sed titulos aliquot servari in Athenaeo ibi postea demum comperi. Titulum unum (n. 12*) inter falsos referendum esse manifestum est.

923 Rep. a. 1783 in *Carlisle* in *Scotch Street;* servata in *Lazonby Hall.* Ara alta ped. 3 dig. 3. lata ped. 1 dig. $5^1/_2$.

Matrona sedens GENIO IC CI *Genius cum cornu copiae*

H. Rooke Archaeologia 9, 1789 p. 220; Hutchinson *Cumb.* 2 tab. ad p. 577; Lysons *Cumb.* p. 171, 59; Bruce in schedis.
Fortasse *Genio loci.* Reliqui praeter Brucium titulum neglexerunt.

924 *Carlisle*, rep. a. 1860 *in English street, when the foundations of the 'Journal' newspaper office were being dug.* Est dimidia pars tabellae supra fastigatae, altae ped. 1 dig. 11, latae ped. 1 dig. 3.



Bruce Archaeol. Ael. 5, 1860 p. 109, *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 159, *gent. mag.* 8, 1860 p. 346, *wall* p. 295, qui supplementa praeivit et pristinam tituli formam rete definivit. Apparet igitur in parte dextra alterum titulum inscriptum fuisse.

Bruce comparat titulum Orellianum n. 1031 (= 1535), in quo Hercules consors imperatoris Aureliani dicitur putatque hic fortasse indicari Commodum; nam eius aetati convenire litteraturam. C. R. Smith Diocletianum et Maximianum intellegi voluit; sed titulus est sine dubio saeculi secundi. Dei Herculis invicti consortes vel comites (ut Smith proposuit; sed N v. 2 in fine superest, non M) dei quilibet alii esse possunt una cum Hercule culti, quorum nomina fortasse conscripta erant in alio lapide ei, qui superest dimidiatus, olim super imposito. Sextantius cognomen potius quam gentile esse crediderim (praesertim cum cognomini alii alicui addendo spatium deficiat) ab oppido Gallico fortasse derivatum. Collato titulo Orell. 2003, quem iam McCaul comparavit, in quo nominantur *cives Traianenses,* non de Traianopoli videtur cogitandum esse. sed de civitate Traiana, quae nunc est *Xanten.*

Dei Herc[ulis in]victi con[sor]tibus pro s[alute] commiliton[um] Barbaroru[m] ob virtu[tem] P(ompeius) Sextantiu[s ex civi]tate Traia[nensi]

[Commilitones barbari ii sunt qui carent civitate Romana; nam cum homo Sassinas in titulo Aquileiensi vol. V n. 923 ([*s*]*eptimae qui cohortis centuriam reguit praetoriae fidus non barbarica*[*e*] *legionis*) commilitones non ex Italia oriundos barbaros dicat, non nimis mirabimur Traianensem hominem similiter appellare milites auxiliarios. TH. M.]

925 *Carlisle*, rep. ante paucos annos (a. 1861?), *when the sewers of that city were formed.* Arula parva.

M · BAR
RECI · IA
NVAR/
VS · RR/
5 RECPAV
VSLM

A. W. Franks et Bruce descripserunt; hic etiam ectypum misit vix utile (mentionem fecit tituli *Ianuarius* inscripti Archaeol. Ael. 6, 1861 p. 52 et *gent. mag.* 11, 1861 p. 529, fortasse huius).

1 BAR veri esse simillimum affirmat Bruce, sed legi etiam posse M·BAB et M·B·B; M·B legit Franks. 2 Elementum tertium etiam G esse posse, 4 aut RF aut RP legi posse, 5 certum esse excepto elemento tertio, quod item G esse possit, Bruce affirmat. 4—6 ita legit Franks: VS·RI// | REC///V| VS///A.

M(arti) Barreci Ianuarius . . . . . v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

926 In aliquibus .... parietum ruinis, qui semiruti remansere, videas mira Romanorum artificia; velut est in Lugabalia civitate triclinium lapidum fornicibus concameratum, quod nulla unquam tempestatum contumelia, quin etiam nec appositis ex industria lignis et succensis valuit labefactari: *Cumberland* vocatur regio et Cumbri vocantur homines, scripturaque legitur in fronte triclinii:

MARII VICTORIAE

Quod quid sit haesito, nisi forte pars Cimbrorum olim his locis insederit, cum fuissent a Mario Italia pulsi GUILELMUS Malmesburiensis de gestis pontificum Anglorum l. III prol. (ed. Lond. 1596 fol. p. 147).

Luguvallium . . . regis Guilelmi Rufi auspiciis denuo reflorescere coepit ..... 'Tunc', ut habet Malmesburiensis, 'visum erat triclinium Romanum ex lapidibus, fornicibus concameratum, quod nulla unquam tempestatum contumelia, aut ignium flamma labefactari potuit, in cuius fronte inscriptum erat MARII VICTORIAE'. Hunc Marium aliqui Arviragum Britannum esse voluerunt, alii Marium illum fuisse contendunt . . imperatorem . . . Accepi tamen in nonnullis exemplaribus concipi non *Marii Victoriae*, sed, quod fortasse nonnullis magis arrideat et ad veritatem propius accedere videatur,

MARTI VICTORI

Camden ed. V (1600) p. 641 (inde reliqui Burton *Anton. itin.* p. 118; Donat. 11, 25 'ex schedis Petri Gnocchi'; Hodgson 2, 3 p. 222; Jefferson *Cumberl.* p. 329; Gilpin Gorst *assoc. journ.* 7, 1852 p. 159, qui male collocat in *Rere Cross* prope *Stainmoor* Westmorelandiae).

Quod Camdenus in nonnullis Guilelmi exemplaribus concipi dicit, fortasse sua ipsius tantum coniectura protulit, sed quam maxime probabili.

927 *Carlisle*, rep. a. 1861 in *English Street* una cum n. 928. Basis oblonga, longa ped. 2 dig. 6, alta ped. 1.

MATRIB ◊ PARC · PRO SALVT
SANCTIAE ◊ GEMINAE

Bruce Archaeol. Ael. 6, 1861 p. 52, *gent. mag.* 11, 1 1861 p. 529, *wall* p. 406; *the Reliquary* 2, 1861, 12 p. 54; C. R. Smith *gent. mag.* 2, 1866 p. 470; descripsit etiam A. W. Franks.

928 *Carlisle*, rep. a. 1861 *on the premises of Mr. Thomas Blair, English Street.*

PARCIS ◊
PROBO
DONATALIS
PATER · VS
L · M

Bruce Archaeol. Ael. 6, 1861 p. 52, *gent. mag.* 11, 1861 p. 521, *wall* p. 406; *the Reliquary* 2, 1861/2 p. 54; C. R. Smith *gent. mag.* 2, 1866 p. 470. Accepi etiam descriptam ab A. W. Franks et delineatam a F. W. Scotby (per Forsterum Carleolensem).

2 *pro bo(no)* legit Bruce, fortasse recte, nisi *Probo* nomen est patris Donatalis. Usui magis convenit pro filio patrem, qui nomen gentilicium suum tacere potuit, votum fecisse.

929 *Carlisle*, rep. a. 1860 in *English Street*. Est lapis oblongus, longus ped. 5 dig. 3, altus ped. 1 dig. 5, litteris elegantibus.

LVCA
PRAEF ALAE AVGVSTAE
PETRIANAE TORQ ∞ C R
D D

Hugh McKie *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 74; Bruce *gent. mag.* 8, 1860 p. 346, *wall* p. 271; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* append. p. VI.

V. 2 initio unius tantum litterae spatium extat; unde Luca patria hominis est, non cognominis Lucani initium.

.... *Luca, praef(ectus) alae Augustae Petrianae torq(uatae) (miliariae) c(ivium) R(omanorum), d(onum) d(at)*

930 Rep. in agro prope *Carlisle*. Servatur apud Robertum Ferguson, *Merton*. Fragmentum latum ped. 3 dig. 5, altum ped. 2.

feminae stantis pars inferior
D M
ANI · LVCILIE VIX · AN · LV

Ferguson *assoc. journ.* 21, 1864 p. 84; *Gent. mag.* 14, 1864 p. 341. 2 LVCILIE traditur.

931 *Carlisle*, cippus rep. a. 1829 *in cutting down Gallowhill, a mile south of this city;* altus ped. 5 dig. 4, latus ped. 2 dig. 9. Servatur in *Newcastle* in museo.

Mulier tunicata
et lacerna tecta
stans, d. volumen
(aut lacernae partem?), s. florem tenens
D · M · AVR · AVRELIA · VIXSIT
ANNOS · XXXXI ◊ VLPIVS
APOLINARIS CONVGI CARISSIMÆ
POSVIT

C. Hodgson Archaeol. Ael. 2, 1832 p. 419 (inde Jefferson *Cumberl.* p. 323); Hodgson 2, 3 p. 222; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 252; *catal.* p. 32, 106; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 140.

V. 1 *Aur(elia) Aurelia* traditur; sed voluit fortasse quadratarius *Aureliana.*

932 *Carlisle*, *found* (a. 1828) *in a part of the west wall of the city, near the Black Friars, which fell down when Mr. John Taylor was deepening a vault close to it, which he had purchased of the Corporation of Carlisle; on two fragments of the upper part of a headstone, . . much injured, and the lower part of it wanting; . . . in the possession of Mr. C. Hodgson, architect, Carlisle.*

lunula
d. M·
AVR SENECITA
V·AN··N·MEN·I
FORTVN.....

Hodgson 2, 3 p. 221.

3 l. *v(ixit) an(no) [u]n(o) men(se) I.*

933 *Carlisle*, rep. in *Grey Street.*

... M
.... RIVS

Ferguson *archaeol. journ.* 21, 1864 p. 88.

LVI. GABROSENTVM?,
STATIO PER LINEAM VALLI DECIMA QVINTA
(Burgh-upon-Sands).

Accedunt *Beaumont, Cross, Dykesfield, Kirkandrews, Kirkbampton, Longburgh.*

Stationum valli maxime versus occidentem sitarum collocationem certam vel paene certam, nomina autem incerta esse supra exposui (p. 104). Ita dubitanter tantum hic Gabrosenti nomine uti licet; certa autem sunt castrorum vestigia in *Burgh-* (sive *Brough* aut *Brugh*) *upon-* (sive *on-the-*, sive *on-*) *Sands* (cf. Goughs Camden p. 425. 441; Hodgson 2, 3 p. 221; Maclauchlan *memoir* p. 81; Bruce *wall* p. 299). Titulus militaris ibi unus tantum prodiit *alae Tungrorum* memoriam referens (n. 941), nam *cohortis I Nervanae Germanorum* (n. 937) in vicino *Beaumont* repertus est. Praeterea legionis sextae saepius (n. 939. 940. 942) mentio facta est, cuius etiam legatus memoratur (n. 940); vicesimae semel (n. 943). Contribui cum titulis in ipso *Burgh* repertis non multis (n. 934. 935. 941. 944) locorum vicinorum et ad vallum sitorum item paucos. Nam a *Kirkandrews* per *Beaumont* ad *Burgh-upon-Sands* et deinde versus occidentem usque ad *Dykesfield* valli vestigia certa sunt; loci reliqui, quos supra enumeravi, *Cross, Kirkbampton, Longburgh* a vallo versus meridiem siti sunt.

Tituli hi omnes uno excepto (n. 941) post HORSLEIUM demum, qui unum tantum novit eumque inutilem (n. 945), innotuerunt; plurimi auctoribus recentissimis, HODGSONI et BRUCIO, debentur. Ipse nullum eorum vidi.

934 *Brough-on-Sands*, rep. *in the vicars garden* LYTT. Ara litteris rudibus.

D E O
B E L A
T V C A

Lyttleton Archaeologia 1, 1779 p. 310 (inde reliqui Hutchinson *Durham* p. 8, *Cumberland* 2 p. 501; Nicholson et Burn 2 p. 222; Brand *Newcastle* 1 p. 615 adn. x; Goughs Camden 3 p. 441 cf. p. 452 ubi Pennant dicitur vidisse in *Netherby*, errore puto; Hodgson 2, 3 p. 223).

---

935 *Burgh on the Sands*, rep. a. 1803 *between Burgh Castle and Wormelby* LYS. *Burgh on the Sands*, rep. a. 1803, a. 1804 *in the possession of Mr. Hodgson, of that place* DICKSON. Rep. a. 1792 *in cutting a drain at a place called the Haw, or Hall-stones, and in 1834 was in the possession of Mr. Mayson Hodgson, of Longburgh, in this parish* HODGS. *At Longburgh, to the south of Dykesfield, kept in the farm-house* BRUCE. Arula alta dig. 6, lata dig. 4.

D E O B E H T V
C A D R O A N T R
A V F P O S V I T A R
A M P R O S E E T S
5 V I S

Hutchinson *Cumberl.* 2 in tab. ad p. 410 fig. 24 (in textu vero non reperio); Lysons *Cumberl.* p. 153, 44; Dickson *first report* (1814) *of the society of antiquaries of Newcastle-upon-Tyne* p. 40 (Archaeol. Ael. 1, 1828 append. p. 4); Hodgson 2, 3 p. 223; Bruce *wall* p. 301.

1 DEO BEHTC Hutch., DEO BEHTI Dicks., Hodgs. Qui insculpsit voluit puto BEATV, scilicet L et A litteris nexu minus solito iunctis. 3 AIIT Hutch., YVI Dicks., initium omisit Hodgs., AVT Bruce.

Deo Belatucadro Antr(onius) Auf(idianus) posuit aram pro se et suis

---

936 *Cross*, prope *Burgh-upon-Sands, in the stable wall of Mr. John Hodgson; found in a small enclosure, called the Kiln Garth, which lies in the line of the wall, which swept westward from the Monk-Croft along the north-side of the station; it is the upper half of an altar* HODGS. Ibi nuper repperit BRUCE.

H E R C V L I E T
N V M I N I
A V G C O I≋
. . . . . .

Hodgson 2, 3 p. 223 qui cohortis alicuius nomen putat excidisse in fine, probabiliter; Bruce in schedis. Cf. n. 937.

937 *Beaumont, in a garden*, ara rep. a. 1825 *in the river Eden about half-a-mile below Beaumont, . . . white-washed, and used for the double purpose of a seat and braying sand upon* HODGS.

I O M
C O H N R V A N
G E R M A N O R V M
M I L E Q
5 C V I P R A E E S T
P I V S C L C L N D
A I I N I A N V
I R H V

C. Hodgson Archaeol. Ael. 2, 1832 p. 420 (inde I. Hodgson 2, 3 p. 301; Bruce *wall* p. 299 qui citat tantum, sed non adscripsit).

Cognomen cohortis ab imperatore Nerva derivandum esse recte statuit is qui titulum hunc primus edidit; de Nerviis cogitari non posse docui mus. Rhen. 14, 1859 p. 353 (cf. 12, 1857 p. 37). Ceterum cohors eadem redit in *Netherby* (infra n. 953) et in *Birrens* (n. 1063. 1066); in hoc titulo tribus tantum litteris *Ner* indicatur, in illo similiter atque hic scribitur *Nervana*; unde nolui utroque loco corrigere *Nerviana*. Nam ut a Nervae nomine *Nervius* (I. N. 68; Henzen 6857 *a*), ita etiam *Nervanus* potuit derivari.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) coh(ors) [I] N[e]rvana Germanorum mil(iaria) eq(uitata) cui praeest P. [T]usc[ilie]n[us]? A[n]nianu[s t]r[ib]u[n(us)]

938 Arula perparva (alta circiter 0,09 m., lata 0,06) rep. a. 1843 *near the ruins of a fort at Kirkbampton, or Bampton great (to the south of Burgh-on-the-Sands)* WHELL., BRUCE. Litteris bonis.

D E A E
L A T I
L V C I V S
V R S E I

Bruce ectypum misit, ex quo descripsi. Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 173.

4 VES Whell., VRSITI Bruce.

Cf. Dea Ratis Cilurni supra n. 580.

---

939 Rep. *in digging up the foundations of the wall at Dykesfield, north-west of Burgh-upon-Sands, on the property of Mr. John Hodgson, of that place, in whose possession it now is* HODGS. Ibidem servatur BRUCE. Arula alta dig. 10, lata 6, litteris bonis.



Hodgson 2, 3 p. 223; C. R. Smith *gent. mag.* 36, 1851 p. 507 *'communicated by Mr. Rooke of Wigton'*; Bruce *wall* p. 300.

4 . . VI Smith. 5 Hodgson servavit solus legitque › (*centurio*) *f(ecit)*; erat potius P·F.

Matri(bus) dom(esticis) vex(illatio) [l]eg(ionis) VI [vic(tricis) p(iae)] f(idelis)

---

940 Rep. c. a. 1800 *at Kirksteads near Kirk-Andrews moor, about a mile south of the village of Kirk-Andrews upon Eden* LYS. Similiter HODGS., qui servari ait *at the house of Joseph Norman, Esq., at Kirkandrews. In a garden in the village of Kirkandrews* BRUCE. Ara alta ped. 3, lata ped. 2, litteris saeculi secundi.

L I V N I V S V I C
T O R I N V S ƒL
C A E L I A N V S L E G
A V G · L E G V I V I C
5 P F O B R E S T R N S
V A L L V M P R O
S P E R E G E S T A S

Lysons *Cumberl.* p. 158, 95 et p. 163 aeri incisam (inde Newton p. 111, 49; Henzen 6744); Hodgson 2, 3 p. 300; Bruce *wall* p. 297.

2 EL traditur; ET, quod Bruce proposuerat dubitanter, omnino non posse legi patet; unus enim aperte legatus nominatur. Nuper ipse in lapide esse detexit FL litterarum vestigia, antequam monueram necessario eas flagitari.

Homo aliunde mihi non notus. Propter litterarum formam editores Britanni titulum tribuerunt aevo aut Hadriani aut Pii, recte puto.

L. Iunius Victorinus [F]l(avius) Caelianus leg(atus) Aug(usti) leg(ionis) VI vic(tricis) p(iae) f(idelis) ob res trans vallum prospere gestas

941 In *Burgh-on-the-Sands, in the house of one John Hodgson.* Videtur periisse.

A L A T V P · P O
S · C E N I O R N V S
S A L V E S V A
E S T P O S

Gent. mag. 19, 1749 p. 367 (inde Goughs Camden 3 p. 441; Lysons *Cumberl.* p. 158, 101; Hodgson 2, 3 p. 223).

Supra fractam esse indicavi ego.

Alam I Tungrorum in Britannia meruisse docet diploma a. 106; redit praeterea semel tantum in titulo reperto ad vallum Antonini (infra n. 1090).

[I. o. m. C. Titius . . . . . eques] ala Tun[g(rorum)]. P. Pos(tumius) Cen[s]orinus [pro] salute sua [et s(uorum)?] pos(uit)

---

942 *Kirkbampton*, rep. a. 1870 *in making some alterations in the church.* Tabula parva, longa ped. 1 dig. 2, alta dig. 11. Litterae in tabella ansata.

V E X
L E G V I
V I C P F
F E C

Bruce misit a se descriptam.


943 *Beaumont*, prope vicum reperta ante annos circiter triginta in fluvio *Eden*; servatur in *Carlisle*, in horto Ioh. Hodgson, *of Beaumont, built into a garden wall.* Lapis altus est ped. 1 dig. 4, longus ped. 1.



Bruce *wall* p. 298.

Leg(ionis) XX Val(eriae) vi(ctricis) [c]oh(ors) V


944 *Burgh-upon-Sands;* fragmenta rep. a. 1855 *in a gravel pit to the south of the station.*



Bruce *wall* p. 299 cui delineavit *the Rev. I. B. Norman.*

Iul(ius) Pi . . . tinus cives Dacus . . .

945 *Brugh*, . . . fragmentum; *from its shape it seems to be erected by some of the legions. It was lying under the spout of a pump, where by the frequent fall of the water it was worn very much in the middle.*



Horsley p. 266 *Cumberl.* 43 (Brand *Newcastle* 1 p. 615 frustra quaesivit). Memoravi quia Horsleius nullum praeterea novit titulum ibi repertum.

LVII. TVNNOCELVM?,

STATIO PER LINEAM VALLI DECIMA SEXTA

(Drumburgh).

Accedit *Glasson.*

Quanquam a *Dykesfield* (v. cap. LVI) ad *Drumburgh* (sive *Drumbugh*, ut voluit Hodgson 2, 3 p. 223 ss.) valli vestigia incerta sunt propter littoris plani et arenosi naturam (videtur autem per *Bousteadhill* et *Easton* vicos eo pervenisse), tamen dubitari nequit quin hoc loco castra ad vallum fuerint (cf. Goughs Camden 3 p. 425. 440; Maclauchlan *memoir* p. 85; Bruce *wall* p. 301), quibus secundum notitiae seriem fortasse tribuere licet nomen Tunnoceli. Tituli vero perpauci iique exilis argumenti inde prodierunt a BRANDIO descripti partim (n. 946. 947), partim ab A. W. FRANKS et BRUCIO (n. 948. 948*a*); servantur hi cum aliis aliunde collectis (unde alterius origo incerta est) in *Lowther castle.*

Addidi titulum singularem, qui repertus est in *Glasson* vico a *Drumburgh* versus occidentum sito (n. 946); sed servatur in *Bowness.*

946 *A centurial stone was found, not long ago, at Glassen* [s. *Glasson*], *a mile west of Drumburgh. I saw it at Boulness Oct. 4th, 1783* BRAND. *Bowness, built upside down into the wall of a lane, leading to the church* BRUCE.

LEG II AVG
COH III

Brand *Newcastle* 1 p. 616 adn. y (inde Hodgson 2, 3 p. 303); Bruce *wall* p. 304.


1 AVG Bruce.

947 *From Drumburgh I brought away a curious lettered stone found there, and which the owner of the house, where it was built up, with great politeness suffered to be taken out of the wall of it; it is of red colour* BRAND. Illud exemplum extare in *Newcastle* in museo falsoque tribui Conderco (supra n. 524) opinio est Brucii. Alterum servatur in *Lowther castle* FRANKS.

COH · VIII

Brand *Newcastle* 1 p. 616; ectypum alterius exempli misit A. W. Franks, unde descripsi.

948 *Drumburgh,* rep. a. 1859; *in the possession of Mr. Thomas Ashbridge, Boustead Hill House* BRUCE. Nuper venit in museum archaeologicum Carleolense. Lapis longus ped. 1 dig. 5, altus ped. 1 dig. 1. Litterae sunt rudes et singulis punctis inter se iunctis constant, ut lapicidinarum supra n. 912. 913.



Ectypum misit A. W. Franks, unde descripsi. Bruce *wall* p. 301.

Indicatur pedatura hominis alicuius privati, cui nomen erat *Vindomorucius*, a Vindomora (*Ebchester*, supra cap. XXXVIII) fortasse derivatum.

948*a* Fragmentum originis incertae, servatur in *Lowther Castle.* Litteris bonis.



Ectypum misit A. W Franks, unde descripsi..

Drumburgh. I saw (Oct. 6, 1783) a Roman altar, but without any inscription remaining, built up in the garden wall of Sir James Lowther's castle there. — I was informed that a remarkable lettered stone had been found there, in the garden of Sir James Lowther (now Lord Lonsdale) and removed to Lowther Hall.

Brand *Newcastle* 1 p. 616.

LVIII. GLANNIBANTA?,

STATIO PER LINEAM VALLI DECIMA SEPTIMA

(Bowness).

Accedit *Port Carlisle.*

A *Bowness* (olim *Boulness*), quam ultimam valli stationem esse dudum intellectum est (cf. Goughs Camden p. 425. 441; Hodgson 2, 3 p. 225 ss.; Maclauchlan *memoir* p. 87; Bruce *wall* p. 303), Ricardus BAINBRIGG iter suum vallense incepit (cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 300: *I began mi iorney the XVth daie of August 1601 at the towne of Bulnes*) ibique descripsit miliarium infra proponendum. Tituli reliqui ibi reperti non multi partim per editores HUTCHINSONIS innotuerunt (n. 949. 951. 952), a CLERK Scoto descripti, partim per BRANDIUM et LYSONS (n. 949) et per HODGSONEM et BRUCIUM (n. 949. 939 *a.* 950). Cohortem incertam (n. 949) et legionem sextam memorant (n. 951). Reliqui sunt argumenti privati; alter eorum servatur hodie in *Port Carlisle*, qui vicus est ad portum situs hodie non infrequens; sed potest repertus esse in ipso *Bowness.*

De rationibus, quibus adducimur ut seriem stationum per lineam valli dispositarum, quam notitia exhibet, desinere existimemus in Glannibanta, videatur praefatio ad vallum (supra p. 104).

949 *Boulness, .. an altar which is built up in a house belonging to one Mr. Lawson, about 16 feet from the ground* CLERK apud HUTCH. *At Boulness I saw a very curious Roman altar that some time ago was found in a field a little to south-east of the Roman station there, at present built up over the arched entrance to a barn in the village* BRAND. Rep. a. 1739; *Mr. Lawson placed it over a barn door fronting the street* ROUTH apud GOUGH. *Over the door of the barn of John Hodgson* HODGS. *Over a stable door in the middle of the town* BRUCE. Est arula alta ped. 1 dig. 3, lata dig. 10.

I O M
PRo SALVTE
Ḋ Ḋ Ṅ Ṅ GALLI
ET VOLVSIANI
AVGG SVLPICIVS p. C. 252
SECVNDIAN
VS TRIB COH
POSVIT

Baron Clerk epist. ad Rog. Gale apud Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 490 in tab. ad p. 410 fig. 22; Brand *Newcastle* 1 p. 617; Goughs Camden 3 p. 440 ex epistula *of Mr. Routh to Gale,* Nov. 1, 1741 (additur: *Mr. Gilpin gave the society of antiquaries, 1740, an account of this altar*); Lysons *Cumberl.* p. 152, 29 (inde Newton p. 109, 26); Hodgson 2, 3 p. 227; Bruce *wall* p. 304.

Nomina imperatorum videntur in litura reposita esse; Brand certe puncta collocat supra litteras versus 3; infra v. 5 Gough, Lysons, Bruce. 6. 7 SECVNDINVS | VS Gough, SECVNDINV | VS Lys.

949 *a* Nuper in *Bowness* tituli similis fragmentum hoc prodiit.

. . . . . .
DD NN *Galli et*
VOLVSIAN*i augg.*
SVLPICIVS S*ecun*
DIANVS TRIB*unus*
COH POSVIT

Bruce misit m. Sept. a. 1871 ab amicis acceptam.

950 *Built over the door at the Steamer Tavern near Bowness* HODGS. *In front of the Steam Packet Hotel, Port Carlisle* BRUCE. Ara parva.

MATRI
BVS SVIS
MIIT

Hodgson 2, 3 p. 227 qui v. 3 omisit; Bruce *wall* p. 303.

De *matribus Suessionum* (?) cogitabat Bruce; puto simpliciter eum, qui posuit, locutum esse de *matribus suis*, id est patriis.

951 *Some days before I came to Boulness* [a. 1739], *there was a stone found about 10 inches square; ... the stone being of no great weight, I gave my landlord a shilling for it, who had it in his dyke, and took it away with me* CLERK apud HUTCH. Numerus VI intra sertum positus est.

LEGIO
V VI P
F F

Baron Clerk apud Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 490 in tab. ad p. 410 fig. 21 (inde Hodgson 2, 3 p. 227). *Legio VI v(ictrix) p(ia) f(idelis) f(ecit)*

952 *There was lately dug up at Bowness, in Cumberland, very near the western extremity of the Picts wall, and the most western station thereon, a red freestone, about 3 feet long, 16 inches broad, and 2 inches and a half in thickness, with the inscription following, in Roman capitals:*

. . . . . .
. . . . ONIANVS DEPIC
SED DATE VITE IVRA QVARTVS
SVPPLEAT VOTIS FIDEM
AVREIS SACRABO CARMEN
MOX VIRITIM LITTORIS
VENVSI

There are fragments of another line at the top and probably there may have been several more, as it is impossible to ascertain what length it may have been when entire.

Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 486 (inde Hodgson 2, 3 p. 227 qui addit: *of which I could find no trace nor recollection among the people of Bowness*) ex ephemeridibus *the Cumberland Packet;* editores adnotant: *we cannot vouch for the accuracy of the above inscription, as we have not had an opportunity of examining the original.*

Ficta non est, sed tam corrupte descripta ut restitui nequeat; unde inter suspectas relegare nolui.

LIX. *NETHERBY.*

A Luguvallio (cap. LV) viam Romanam eam, quae ex regionibus Brigantum versus septentriones ducebat cuiusque mansiones itinerarium servavit (p. 467, 1 ss.), trans valli lineam magis etiam extensam fuisse indeque stationes, quae post Luguvallium sequuntur, Castra exploratorum, quae inde distabant m. p. XII, et Blatum Bulgium (sive burgium) totidem m. p. ab hoc remotum, quaerendas esse in Cumbriae regione maxime septentrionali et in Scotiae partibus finitimis consentaneum est videturque ipsis viae vestigiis confirmari. Horsleius sane (p. 409) vestigia satis certa esse affirmat itemque m. p. fere XII a Luguvallio, ubi Castra exploratorum quaerenda sint, eius viae lineam incidere in castrorum reliquias conspicuas ad *Netherby* sitas, quas Camdenus (ed. VI p. 643) propter *Esk* fluvium nomine Aesicae (supra cap. L) fuisse suspicatus erat perperam. Horsleium secuti sunt antiquarii Britanni quod sciam omnes (Stukeley it. bor. p. 58; Goughs Camden 3 p. 449; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 533 ss.; Hodgson 2, 3 p. 249; Bruce *wall* p. 355 ss.). *Netherby* vicus sedesque est gentis Grahamorum, a *Longtown* versus septentriones, versus orientem a *Kirkandrews* in ipsis castrorum Romanorum vestigiis sita Lelando (itin. 7 p. 69) iam notis; post a. 1725, quo Stukeleius locum adiit, variis temporibus variae aedificiorum, ut balnei, parietinarum, anaglyphorum et operis tectonici reliquiae (inter alia signum Genii alicuius corona turrita ornati, fortasse castrorum, cf. Gordon it. sept. p. 77. 97 tab. 38; Horsley p. 272 *Cumberl.* 49; Hutchinson 2 p. 537 tab. 3 fig. 9; Lysons *Cumberl.* p. 154, 71; Bruce *wall* p. 358) lapidesque inscripti non pauci reperti sunt, quorum permultos ab interitu servaverunt loci domini inde a Roberto Graham ad eum, qui nunc vivit, Fridericum Ulricum (cf. Lysons *Cumberl.* p. 162; Bruce *wall* p. 426). Servantur ibi etiam lapides aliquot aliunde petiti, veluti Amboglannenses (supra cap. LII; item n. 934) et Corstopitenses (supra cap. XXXIX); distinguuntur autem tituli illi externi a reliquis nullo negotio. Sed tituli numeri exploratorum ibi collocati mentionem nullam faciunt; faciunt cohortis I Aeliae Hispanorum, quam supra iam Uxelloduni (cap. XXXIII) habuimus, itemque cohortis I Nervanae Germanorum (n. 953). Illam saeculo sane tertio in *Netherby* castra habuisse docent aedificia ab ipsa extructa (n. 964 cf. n. 954. 963? 965. 966. 967?). Hadriano imperante legionem secundam ibi quoque in castris muniendis fuisse occupatam ex titulo n. 961 discitur; praeterea etiam sextae legionis vexillationem (n. 968) et cohortes centuriasque incertas (n. 968. 971) simili operi intentas ibi fuisse apparet. Itaque cum exploratores non in ea sola statione, sed fortasse per castra limitanea alia complura dispositos fuisse probabile sit, nomen castrorum Netherbiensium prudentius erit in incerto adhuc relinquere. Castra vero exploratorum videntur quaerenda esse ad oram *Esk* fluvii prope *Longtown* et ad paludem *the Solway moss* (unde fortasse prorsus evanuerunt) ibi, ubi via Romana Luguvallio Blatum Bulgium fines Scotiae hodiernae tangit (cf. Roy *milit. antiq.* p. 118). Tituli in universum docent castra exigua non fuisse atque inde ab imperatore Commodo fortasse ad Alexandrum (n. 962—965) maxime floruisse; praeterea commemoratione digna non multa referunt. Continent enim deorum tam peregrinorum quam Romanorum dedicationes; tituli sepulcrales rari sunt (n. 672); classis Britannica ibi ut Amboglannae pedaturam videtur habuisse (n. 970).

1. Primus hic quoque BAINBRIGG titulos vidit ac descripsit (n. 961); praeterea ab ANONYMO (fortasse Sibbaldo) titulus unus (n. 963) communicatus est cum CAMDENO sive COTTONE, qui in schedis mansit ineditus.

2. Paucos addidit GIBSON Camdeni editor (n. 957. 962).

3. Saeculi XVIII antiquarii GALE (n. 954. 961), GORDON et HORSLEY (n. 958. 961), POCOCKE (n. 954. 958), G. SMITH et I. TAYLOR (n. 954. 965), H. ROOKE (n. 972), PENNANT (n. 953. 960. 970), a quo discimus titulos aliquot Netherbienses delatos esse ad *Hoddam Castle* in Scotia, non multos inde noverunt.

4. Plures hoc saeculo et proximo exeunte innotuerunt per scriptores patrios HUTCHINSONEM (n. 953—956. 958—960. 964—967. 972), LYSONS (n. 953. 959. 960. 964—967. 972), HODGSONEM (n. 954. 965. 967. 972), WHELLAN (n. 961).

5. Nuper plurimos BRUCE congessit (n. 953. 955. 956. 958. 961. 964—966. 968—973); quorum ego, cum locum non adierim, nullum vidi. Sed ectypis aliquot eorum usus sum (n. 955. 960. 964. 966) a *Bruce* et *Franks* subministratis.

953 *Netherby* PENN. et RELIQUI. Est ara alta ped. 2 dig. 11, lata ped. 1 dig. 2; litteris non bonis.

D E O
SANCTO
COCIDIO
PATERNIVS
MATERNVS
TRIBVNVS CoH
I NERVANE
EX EVOCATO
PALATINO
V S L M

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 1 p. 70 (inde Goughs Camden 3 p. 452); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 535 tab. 2 fig. 2; Lysons *Cumberl.* p. 153, 46 (inde Hodgson 2, 3 p. 250; Newton p. 116, 96; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 241; Henzen 5888); Bruce *wall* p. 357.

4 PATERNVS Lysons male. Tabulae Hutchinsonianae errores non recenseo.

De cohorte I Nervana (ab imperatore Nerva ita cognominata, ut perspexit Bennet apud Lysons) Germanorum dixi supra ad n. 937; unde patet non cogitandum esse cum Henzeno de cohorte I Nerviorum Augusta. *Evocati palatini* recte dicuntur qui solent evocati Augusti appellari aut evocati simpliciter (ut infra n. 974).

Deo sancto Cocidio Paternius Maternus tribunus coh(ortis) I Nervane, ex evocato Palatino v. s. l. m.

954 *Netherby*, rep. a. 1732 in parietinis balinei GALE et RELIQUI. Ibidem extat.

DEAE SANCT
AE FORTVNAE
CONSERVATRICI
MRCVS AVREL
SALVIVS TRIBVN
VS COH·I·AEL·HI
SPANORVM
∞·E·Q·
V·S·L·M

Goodman et Cay, item Baron Clerk miserunt Rog. Gale (huius epistulam edidit Hutchinson, v. infra), is et Gilpins Iosepho Ward cod. mus. Brit. *add. ms.* 6210 f. 84. 85, eodem exemplo omnes (nisi quod Gale exemplum acceptum hic illic immutavit), quod primus edidit Gough in ed. sua Camdeni 3 p. 449 tab. 25 (inde Nicholson et Burn 2 p. 471); *gent. mag.* 10, 1740 p. 171; Pococke cod. mus. Brit. 15800 f. 39*b*; G. Smith *gent. mag.* 20, 1750 p. 27; I. Taylor *philos. transact.* 53, 1763 p. 133 tab. 11 fig. 2 (inde Lysons *Cumberl.* p. 154, 62); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 536. 538 tab. 3 fig. 4; Roy *milit. antiq.* p. 198; Hodgson 2, 3 p. 249.

4 MRCVS Gilpins solus. 8 ∞II-IEQ Pococke solus.

Deae sanctae Fortunae conservatrici Marcus Aurel(ius) Salvius tribunus coh(ortis) I Ael(iae) Hispanorum m(iliariae) eq(uitatae) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

955 *Netherby*, arula alta dig. 16, lata 5. Litteris evanidis.

D·S·E
IAVOIEN/
MONIME
PIICIVNoCI
VERI ///////
/ICV//////
ƆIDICAVIT

Descripsi ex ectypo, quod misit Bruce, sed praeter v. 1 reliqua omnia perquam incerta esse intellexi. Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 3 fig. 32; Bruce in schedis, qui nihil intellexit.

D(eae) s(anctae) [F(ortunae)] Iavolena Monime?
. . . . . dedicavit?

956 *Netherby;* arula alta dig. 15, lata 5, litteris evanidis.

Hutch.:	*Bruce:*
I O M	I O M
DSIVII	D IV CT
FASANC≋	ER SANCTI
ORXMS	ORIVNA
	M

Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 3 fig. 33; Bruce in schedis.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) D(olicheno), Iu[n(oni) r(eginae)?, M]er(curio) Sanct[o, F]ortuna[e v(otum)] m(erito)? aut *Fortunatus v. s. l. m.?*

957 *Netherby* GIBS. Periit.

DEO MARTI
BELATVCADRO
VR·RP·CAII·OR
V S I I M

Gibsons Camden ed. I (1695) p. 843 vv. non divisis (inde reliqui Gale it. Anton. p. 34; ex Galio Mur. 43, 1; ex Mur. Orell. 1966; Horsley p. 271; Archaeologia 1, 1773 p. 312; Nicholson et Burn 2 p. 470; Goughs Camden 3 p. 452 una cum n. 962; Hodgson 2, 3 p. 250).

Nomina eius qui dedicavit restitui exempli causa; neque enim facile cum Horsleio de cohorte quadam *Gallor(um)* cogitari potest.

Deo Marti Belatucadro [A]ur(elius) [Ni]ca[n]or v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)

958 *Netherby* GORD. et RELIQUI. Ara alta ped. 2, lata ped. 1 dig. 1, litteris ex parte evanidis.

D E O
MOGONTI
VITIRE SRN
Æ · SECVND
V S L M

Gordon it. sept. p. 97 tab. 44 fig. 4 (inde Hodgson 2, 3 p. 250); Horsley p. 271 *Cumberl.* 47 (inde Warburton vallum p. 112, 47; Nicholson et Burn 2 p. 470; Goughs Camden 3 p. 452 tab. 2 4fig. 7); Pococke cod. mus. Brit. 15800 f. 39*b*; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 536 tab. 1 fig. 6; Bruce *wall* p. 408.

3 VITIRES FLAV Gord., VITIRES FIAV Horsl., VITIRE VLA Poc., VITI/////// Hutch.; ut dedi Bruce. Latet fortasse VITIRE SANC. 4 Æ SECVND Gord., Horsl., om. Poc. Hutch., ut dedi Bruce. 4. 5 om. Poc. 5 om. Hutch.

Deo Mogonti Vitire [sanc(to)?] Ae[l(ius)]? Secund(us) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

959 *Netherby*, arula alta ped. 1 dig. 3, lata ped. 1.

DEO
SILV

Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 2 fig. 29 (inde Hodgson 2, 3 p. 250); Lysons *Cumberl.* p. 154, 61.

960 *Netherby* PENN. et RELIQUI. Arula alta dig. 10, lata 7; litteris bonis.

DEO VE
TERI·SAN
CTO · AN
DIATIS
V·S·L·M·F

Descripsi ex ectypo quod misit A. W. Franks. Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 1 p. 70 (inde Goughs Camden 3 p. 452); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 3 fig. 34 (inde Hodgson 2, 3 p. 250); Lysons *Cumberl.* p. 154, 56 (inde Newton p. 118, 120; ex hoc Henzen 5920; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243).

5 V·S·L·M·F Lys.; foliolum sane a forma F litterae non multum differt, sed certum est.

'*Andiatis* aliquis pro *Andiates* lectum et de incolis *Andii* insulae (it. Anton. p. 509, 3) in mari Oceano, quod Gallias et Britannias interluit, sermonem esse credere possit, nisi pro nomine potius hominis habendum est' HENZENUS.

961 *I fond this inscription at Netherbie at Walter Grames house in a fare square stone set in the wall of his house*, XV aug. 1601; *undoutedlie this* legio Augusta secunda *have laid here to defend the frontiers, here are sene mightie great ruynes of huge buyldinges* BAINBR., qui exemplum novicium Applebeiam asportavit, ubi servabatur (*at* Aesica, *Netherby on Usk* HAYTON). Postea periit (*stolen* HAYTON). Netherbiae GRUT. 'eruta a. 1503' additur in ed. II. In *Hoddam Castle* PENN. *This inscription is in a house of Lockie Grahams in Eskdale, fixed in a wall* MORT.

IMP · CÆS · TRA
HADRIANO
AVG
LEG·II·AVG·FEC

R. Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 302; Grut. 1178, 11 'describebat Rob. Cottonus'; Camden ed. VI (1607) p. 643 (inde Donat. 139, 4 'ex schedis P. Gnocchi'; Gale it. Anton. p. 32; Gordon it. sept. p. 84 et 98; Horsley p. 271; Goughs Camden 3 p. 451; Hodgson 2, 3 p. 249; Bruce *wall* ed. II p. 330; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 628); Pennant *tour in Scotland* vol. 2 append. p. 409 litteris minoribus et suppletam (inde Goughs Camden 4 p. 62; Hodgson 2, 3 p. 253; Stuart Caledonia p. 130; Bruce *wall* ed· II p. 333); Mortonis schedae Edinburgenses n. 8 (inde Wilson *prehistoric annals of Scotland* p. 396); Hayton n. 6 exemplum novicium.

1 CAE Bainbr., Camd. 4 LEG·IIAVC FEC Bainbriggii ex. ms. contra ipsius explicationem. Exemplum novicium cum Camdeni consentit.

962 *Netherby* GIBS. Periit.

IMP·COMM·COS

Gibsons Camden ed. I (1695) p. 843 (inde reliqui Horsley p. 271; Goughs Camden 3 p. 452 qui cum n. 957 coniunxit).

Fragmentum fortasse anni tantum indicationem continens.

963 Ad *Atherith* (puto indicari *Arthuret*, cf. Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 1 p. 63 et Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 528 ss.) in Cumbria, cum ecclesia restaurata haec ara inventa 1609.

IVLIAE AV
M MATRI AV
ELII ANTON
ET CASTR . .
SENATVS ET
PATRIAE PRO
DEVOTIONE
NVM EIVS
MARCELLO
R R COH AELIA
POSVIT

Anonymus (Sibbald?) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 293. Mansit inedita. Dedi ita ut exhibetur; v. 6—8, qui ita scripti sunt punctis infra adiectis, fortasse suppleti sunt ab eo qui descripsit. Inter v. 8 et 9 versus unus aut plures videntur excidisse. Ita fere emendanda:

Iuliae Au[g(ustae) | *[n(ostrae?)], matri Au[r]*|*elii Anton[ini Aug(usti)]* | *et castr[or(um) et]* | *senatus et patriae pro* | *devotione* | *num(inis) eius?* | *[cur(ante) ....]* | *Marcello* | *[leg(ato) Aug(ustorum)* | *pr(o) pr(aetore)] coh(ors) [I] Ael(ia) [Hisp(anorum)]* | *posuit*

Marcellus hic legatus Severi et filiorum, ut videtur, fortasse diversus est ab Ulpio Marcello viro claro legato Commodi in Britannia c. a. 182 (cf. Dio 72, 8 et Grut. 100, 4 = C. I. L 3, 3307). Cf. n. 962.

964 *Netherby*, tabula lapidea longa ped. 3 dig. 4, alta ped. 2 dig. 5. Litterae nuper instauratae sunt imperite.

IM!!!!!!!!!! ANTONM
PI AVG BS COS VEXIL
LEG II AVG ET XX V·V
ITEM COH I AEL·HISP
∞ EQ SVB CVRA MO
D IVLI IEG · AVG ·
R·R·INSTANTE AELM
N V/ /////// II/I///

Descripsi ex ectypo a Brucio misso. Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 2 fig. 27; Lysons *Cumberl.* p. 157, 85 (inde Hodgson 2, 3 p. 251; Newton p. 110, 40); Bruce *wall* p. 412.

Quanquam litterae foede corruptae sunt instauratione imperita, tamen de lectione in universum constat, unde variam lectionem priorum selectam tantum adscripsi. Elagabali, ut videntur, nomina v. 1 erasa sunt.

2 VOXIL Lys., ita enim corrector voluit, sed E parvula subest. 5. 6 M|DIVVIS IEG Hutch., MIDIVNII IEG Lys., Hodgs., ut dedi fere etiam Bruce, qui recte comparavit Modium Iulium legatum Augusti incerti tituli Amboglannensis n. 838.

imp(eratore) [Caes(are) M. Aur(elio)] Anton[ino] p(io) f(elice) Aug(usto) bis co(n)s(ule) vexil(lationes) leg(ionis) II Aug(ustae) et XX V(aleriae) v(ictricis), item coh(ors) I Ael(ia) Hisp(anorum) (miliaria) eq(uitata) sub cura M[o]di Iuli leg(ati) Aug(usti) pr(o) pr(aetore), instante Ael... .....

965 *Netherby*, rep. a. 1762 *serving to a cover of a drain, which did not seem of any considerable age;* tabula marmorea lata ped. 2 dig. 10, alta ped. 2 dig. 8, litteris bonis Servatur ibi.


IMP CAES M AVRELIO
SEVERO ALEXANDRO PIO FEL AVG
PONT MAXIMO TRB POT COS P P COH I AEL
HISPANORVM ∞ EQ DEVOTA NVMN
MAIESTATIQVE EIVS BASELICAM
EQVESTREM EXERCITATORIAM
IAM PRIDEM A SOLO COEPTAM
AEDIFICAVIT CONSVMMAVITQVE
SVB CVRA MARI VALERIANI LEG
AVG PR PR INSTANTE M AVRELO
SALVIO TRIB COH IMP D N
SEVERO ALEXANDRO PIO FEL
AVG COS p. C. 222

I. Taylor *philos. trans.* 53, 1763 p. 133 tab. 11 fig. 1 (inde *hist. de l'acad. des inscriptions* 35 p. 253; Goughs Camden 3 p. 451; Henzen 6736); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 1 fig. 1; Lysons p. 156 n. 70, rel. Brit. Rom. 4 p. 157, 84; Hodgson 2, 3 p. 250; Bruce *wall* p. 356 cuius exemplum accuratum sequor; nam v. 13 tantum errore ab eo datur CIOS. 11 SLAVIO Hodgson male. Cf. supra n. 954.

Severum solum consulem indicari propterea quod Elagabalus antea occisus erat recte observaverunt Henzenus et Bruce. Marius Valerianus legatus provinciae redit in titulo Cilurnensi supra n. 585.

imp(eratore) Caes(are) M. Aurelio Severo Alexandro pio fel(ice) Aug(usto) pont(ifice) maximo tr[i]b(unicia) pot(estate) co(n)s(ule) p(atre) p(atriae) coh(ors) I Ael(ia) Hispanorum (miliaria) eq(uitata) devota numini maiestatique eius baselicam equestrem exercitatoriam iam pridem a solo coeptam aedificavit consummavitque sub cura Mari Valeriani leg(ati) Aug(usti) pr(o) pr(aetore), instante M. Aurelio Salvio trib(uno) coh(ortis). Imp(eratore) d(omino) n(ostro) Severo Alexandro pio fel(ice) Aug(usto) co(n)s(ule)


966 *Netherby*, fragmentum tabulae lapideae.



Descripsi ex ectypo, quod Bruce misit; in quo tamen vv. 1. 2 vix distinguo. Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 3 fig. 35; Lysons *Cumberl.* p. 156, 78 (inde Hodgson 2, 3 p. 251); Bruce in schedis.

1 om Hutch., . . SCOPI . . . Lys, SCOI . . Bruce. 2 om. Hutch., . . . IAI . . . Lys., IATIMI Bruce. 7 om. Hutch., R . . . . . V Lys., RIPVSVM V Bruce. Versus est aperte erasus consulto.

967 *Netherby*, fragmentum tabulae lapideae, longum dig. 22.



Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 3, 39; Lysons *Cumberl.* p. 156, 79; Hodgson 2, 3 p. 251; Bruce in schedis.

1 ANIO Lys., Hodgs. 2 HASOLO Hutch., ASOLO reliquis omissis Lys., Hodgs. 3 SVB OR G IVL Hutch., SVB CVR · C · IVL Lys. 5 IXXIXIMO TRIT Hutch.

.... *Anto*[*nino*? ..... *fecit* aut *restituit*] *a solo* .... *sub cur*(*a*) *G. Iul*(*ii*) ..... [*leg*(*ati*)] *Aug*(*usti*) *pr*(*o*) *pr*(*aetore*), *instante* ..... *Maximo trib*(*uno*)

---

968 *From Netherby.*



Bruce in schedis.

Vexillatio leg(*ionis*) *VI vi*(*ctricis*). *Leg*(*io*) *VI v*(*ictrix*)

---

969 *Netherby*, tabella alta ped. 1 dig. 6, lata dig. 9.

VII
caper marinus
Pegasus

Bruce *wall* p. 359. Animalia illa signa fuisse videntur legionis secundae; unde fortasse cogitandum de [*coh*(*orte*)] *VII* eius legionis.

---

970 *Netherby*, lapis longus dig. 11, altus 6. In *Hoddam Castle* PENN.

PED · CLA
B R I

Pennant *tour in Scotland* vol. 2 append. p. 408 (inde Hodgson 2, 3 p. 253); Bruce *wall* p. 416. Diversus ab Amboglannensi, qui eadem verba continet, supra n. 864.

Pennant male ita exhibet C.L. | BED.BR.P. peiusque etiam explicat. Sed indicatur sine dubio idem titulus.

Ped(*atura*) *cla*(*ssis*) *Bri*(*tannicae*)

---

971 *Netherby*, lapis centurialis; litterae intra tabellam ansatam.

ASXIM
AVAN(

Bruce in schedis. Fortasse non diversa a. n. 1077.

---

972 *Netherby*, rep. a. 1788, cippus fastigio ornatus, altus ped. 3 dig. 11, latus ped. 2 dig. 1, litteris malis.

luna
D M
TITVLLINIA
PVSSITTA
CIS RAETA
VIXSIT
ANNOS XXXV
MENSES VIII
DIES XV
TV . . . . . .

H. Rooke Archaeologia 9, 1789 p. 222 tab. 17 fig. *l*; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 3 fig. 20; Lysons *Cumberl.* p. 160, 136; Hodgson 2, 3 p. 251; Bruce *wall* p. 414.

2 TITVLIANA Hodgs. male. 4 GIS plerique; ut dedi Hodgson et Bruce. V. 9 in margine inferiore additus fortasse post reliquum titulum incisum. TX . . . ↃↃↃ Rooke, . . X . . . . . Hutch., om. Lys.

D(*is*) *M*(*anibus*) *Titullinia Pussita, cis* (i. e. *civis*) *Raeta, vixsit annos XXXV menses VIII dies XV. Tu* . . .?

---

973 *Netherby*, fragmentum.



Bruce in schedis.

LX. *BEWCASTLE.*

A *Netherby* versus orientem atque prope lineam viae Romanae *the Maidenway* a vulgo dictae, quam ab Alione (supra cap. XXIX) versus vallum tetendisse et prope Amboglannam (cap. LII) illud transgressam esse vidimus, *Bewcastle* (Camdeno ed. VI a. 1607 p. 643 *Beucastle*, qui olim *Buethcastle* scribi solitum tradit; recentioribus etiam *Beaucastle*) situm est, castellum limitaneum hodie dirutum in ipso castrorum olim Romanorum loco natura munito collocatum (cf. Horsley p. 270; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 92 s.; Goughs Camden 3 p. 454; Hodgson 2, 3 p. 206; I. Maughan apud Whellan *Cumberl.* p. 632; Bruce *wall* p. 354). Prodierunt ibi cum lapidibus nonnullis non scriptis (Horsley praef. p. XXI) tituli pauci quidem, sed qui probent iam inde ab Hadriani tempore (cf. n. 978) legionem secundam et cohortem incertam (fortasse I Aeliam Dacorum Amboglannensem, supra cap. LII) castra ibi aut munivisse aut defendisse. De nomine vero castrorum antiquo sciri nihil potest; Horsleius titulos A. Platorii Nepotis nomen referentes (n. 660—663) male interpretatus Apiatorii nomen iis dederat, Hodgson de Banna cogitavit, de qua diximus in praefatione cap. LIII, non sine quadam probabilitate. Nam iter sane Romanum fuisse Amboglanna Bannam vas Rudgense indicat situmque est *Bewcastle*, ut dixi, ad viam *the Maidenway* ab Amboglanna eo ducentem. Tamen coniectura tantum est, quamvis probabilis.

Ex titulis eius loci BAINBRIGGIO aliisque CAMDENI amicis unus (n. 979), postea ad *Naworth castle* translatus, alter HORSLEIO (n. 978), reliqui scriptoribus historiae Cumbricae HUTCHINSONI et LYSONS (n. 974. 975) et antiquariis Cumbricis CARLISLE et MAUGHAN (n. 974. 976. 977) debentur. Ego locum non adii.

974 *Bewcastle*, ara rep. a. 1792 *in the bed of the rivulet Leven.* Servabat D. Carlisle.

SNCTO CO
CIDEO AVRWC
FELICISSI
MVS · TRIBW
EX EVOCATO
V · S · L · M

D. Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 69 tab. 6 fig. 23 (inde Orell. 1983; Hodgson 2, 3 p. 206); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 94; Lysons *Cumberl.* p. 153, 47.

2 AVRWC Hutch. *T. Auruncus* legunt Carlisle et Lysons.

Sancto Cocid[*i*]*o T. Aurunc*(*ius*)? *Felicissimus tribun*(*us*) *ex evocato v*(*otum*) *s*(*olvit*) *l*(*ibens*) *m*(*erito*)

975 *Bewcastle, over the channel of the gate of the public house yard.*

I O M
COH I DAC.!////
›ATLE///T CENTVR
› FECIT ›//

Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 93 (inde Lysons *Cumberl.* p. 151, 14).

---

976 *Beaucastle. I was told of another stone found at this place, with* templum *distinctly upon it, but it was then broken and destroyed* HORSL. *In the spring of 1852 I found the upper part of a Roman altar, which is probably the one to which Horsley alludes* MAUGH.

I O M
DOLICHENO
TEMPLVM ASC
PROS

Horsley p. 271; Bruce *wall* ed. II p. 378 cui misit I. Maughan; ab eodem habuit Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 633.

977 *On a slip of paper in Mr. Howard's copy of Hutchinson's history of Cumberland is the representation of an altar with the following note: 'found at Bewcastle near the place where two others were found last Martinmas and now (1812) in the possession of the curate'* MAUGH. Videtur periisse.

DEO MARTI
COCIDIO SANCTO
AEL · VITALIANVS
D D L M

I. Maughan apud Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 632 qui textum tantum a se suppletum ita exhibet: *deo Marti et Cocideo sancto Aelius Vitalianus dat dedicat lubens merito.* Unde nec versuum dispositio nec singula verba certo modo restitui possunt. Copulam ante Cocidii nomen puto errore insertam esse.

978 *Bewcastle.* Rep. *in the bottom of a grave,* servata *in the churchyard at the head of a grave, set upright on the edge.*

CAES TRA . . . .
. . . . . .
G II AVGET XXV . .
IICNC IR
V . . . PR PR

Horsley p. 270 *Cumberl.* 46 (inde Warburton vallum p. 111, 46; Nicholson et Burn 2 p. 477; Goughs Camden 3 p. 448. 515; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 92; Hoare Gyrald. Cambr. 1 tab. 6. 36 p. 129. 138; Hodgson 2, 3 p. 206; Bruce *wall* ed. II p. 322. 361).

Horsleius memor tituli urbani Statii Prisci apud Grut. 493, 1, qui iam per Camdenum (ed. VI [1607] p. 46) in Britannia notus erat (Speed eum adeo affirmaverat inventum esse ad vallum Picticum), ita fere supplendum proposuit, ut infra feci. Fatendum tamen est apices litterarum earum, quibus constat nomen legati, non satis certas esse ad nomen probabiliter supplendum. M. Statius vero ille Priscus Licinius Italicus, cuius ne nomen quidem huc quadrat, ut iam constat, divorum fratrum annis p. C. 161 et 162 in Britannia legatus erat, non Hadriani. Itaque nomen legati incertum manet.

[*imp(eratori)*] *Caes(ari) Tra*[*iano* | *Hadriano Aug(usto)* | *le*]*g(iones) II Aug(usta) et XX V(aleria)* [*v(ictrix) sub*] *Lic*[*i*]*n*[*i*]*o* [*P*]*r*[*isco?* | *leg(ato) A*]*u*[*g(usti)*] *pr(o) pr(aetore)* [*fecerunt*]

979 *I had this inscription at Beawcastle; the stone lyes in the church,* haec secunda legio a Claudio imperatore traducta plurimos annos Iscae Silurum in Wallia consederat, hanc traductam huc esse multae testantur hic Romanae inscriptiones BAINBR. (una cum n. 910). *From Bucastle church* ANON. *Beucastle,* in ecclesia vice saxi sepulchralis iacet haec vetusta inscriptio aliunde translata CAMD. *Just such a sort of stone with the very same inscription upon it did I find in Naworth garden, not unlike half a gravestone, which I conclude to be the same, and suppose it to have been removed from Beaucastle to Naworth by the gentleman who made the collection. Camden intimates that it had been brought from some other place to Beaucastle; but for what reason he should suppose this I cannot imagine, since it is certain this has been a station and that it is not the only inscription which has been found here* HORSL. In *Naworth* frustra quaesita est a reliquis.

LEG · II · AVG ·
FECIT

Bainbrigg in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 304; Anonymus ibid. f. 328; Camden ed. VI (1607) p. 644 (Grut. 1178, 15; 'Cottonus' additur in ed. II); Horsley p. 270 *Cumberl.* 45 (inde Warburton vallum p. 110, 45; Nicholson et Burn 2 p. 477; Goughs Camden 3 p. 454. 459 tab. 27 fig. 7; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 126. 133 tab. 3. 19; Hodgson 2, 3 p. 206; Bruce *wall* ed. II p. 322).

LXI. HABITANCIVM

(Risingham).

Accedunt *Cramlington, Chesterhope, Elsdon, Low Gosforth House, Parkhead, Throughend, Wark.*

Ut in ora insulae occidentali viae publicae trans vallum tendebant ad *Netherby* et *Bewcastle*, ita in orientali viae *Watlingstreet* a Britannis dictae, cuius inde a stationibus in comitatu Eburacensi sitis (capp. XXIII—XXV) vestigia saepius iam attigimus, a Corstopito (cap. XXXIX) inter Hunnum et Cilurnum valli stationes ulterius versus septentriones conspicuum esse tramitem dudum observatum est nuperque demonstratum descriptione Maclauchlani accuratissima. Apparet igitur viam inde a vallo processisse ad *Little Whittington, Bewclay, Bingfield, Beaumont, Cowden, Tone Inn, Fourlaws, Chesterhope* vicos vel aedificia singularia ita dicta; a *Chesterhope* (ubi reperti sunt tituli aliquot n. 1009. 1013. 1018) ad *Risingham* ducit, ubi castrorum vestigia supersunt non exigua (cf. Goughs Camden 3 p. 506; Horsley p. 234. 396; Hodgson 2, 1 p. 175 ss.; Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 150 ss.; Maclauchlan *Watlingstreet* p. 27 ss.; Bruce *wall* p. 331 ss.). Camdenus (ed. VI p. 661) nomen novicium 'antiqua Anglorum et Germanorum lingua', ut ait, Gigantum habitationem significare adnotat, ut *Risingberg* in Germania (cogitat autem de montibus *Riesengebirge* dictis puto) montem Gigantum; deinde fabellam addit de Soldano quodam qui contra deum Mogontem pugnasset, quam infra Anonymi verbis adscripsi ad titulum n. 996; idemque recte perspexit nomen loci antiquum, quod Habitancum Britanni putant fuisse, mihi Habitancium magis visum est (apud scriptores enim veteres nulla eius mentio facta est, nisi forte latet in *Evidensca* Ravennatis 5, 31 p. 434, 17), in titulo illo servatum esse, quanquam finem eius tituli non recte interpretatus est. Docere autem videtur titulus ille primam aliquando Habitancii fuisse stationem viae eius, quae a limite provinciae, qui tum erat, versus meridiem ad Eburacum et deinde Londinium ducebat; vix enim cum Hodgsone a vallo primam eam computatam esse stationem putaverim. Tituli tam in ipso oppidi situ quam in locis vicinis reperti castra non exigua fuisse demonstrant; praeter anaglypha enim nonnulla (apud Horsleium *Northumb.* 92. 94. 94ε) dedicationes extant dis Romanis non paucis (inter quos dea Tertiana est n. 999 fortasse ipsius loci salubritatem minus prosperam illustrans) itemque peregrinis nonnullis (deo Matuno n. 995 et deo Mogonti sive Mouno Cad . . . n. 996. 997) positae atque nominantur in iis imperatores (Severus et Caracalla n. 1003. 1004. 1005), legati Augusti (n. 995. 1003) et procurator (n. 1003), item numeri militares hi: cohors I Vangionum (n. 986. 987. 988 cf. n. 980. 994; n. 1002. 1003. 1007), cuius videntur fuisse etiam tribuni non pauci indicati omisso cohortis nomine (n. 982. 984. 985. 991. 992. 993. 995? 1000? 1005. 1008? 1009), et cohors IV Gallorum equitata (n. 1001), praeterea Raeti gaesati et exploratores fortasse Habitancienses (n. 1002. 1010); milites deinde varii numerorum incertorum (n. 981? 1011), item beneficiarii consularis (n. 996. 997?). Signi cohortis alicuius incertae aenei titulum dabimus infra inter instrumenti inscriptiones. Etiam sepulcrales tituli solito frequentiores ibi prodierunt (n. 1013—1026).

Titulorum auctores fere omnes ii sunt, qui huius regionis monumenta descripserunt saeculo XVI BAINBRIGG (n. 981. 985. 1001? 1007. 1008. 1017), Anonymus (n. 996. 1001?), COTTON aliique amici CAMDENI (n. 985. 986. 991. 996. 997. 999. 1001. 1005. 1007. 1008. 1009. 1017), deinde saeculo XVII Chr. HUNTER (n. 983. 991. 992), GORDON (n. 995), STUKELEY (n. 1001), WARBURTON (n. 983. 991. 992. 993. 1001. 1006), qui titulos duos servavit solus (n. 993. 1006). HORSLEIUS quattuordecim inde titulos novit (n. 985. 986. 989. 991. 992. 995. 996. 1001. 1005. 1007. 1009. 1017. 1024. 1025); paucos deinde praebuerunt BRAND (n. 994), HUTCHINSON (n. 991. 1013. 1018), CARTER (n. 995. 1001), CHARLTON

(n. 987. 988), GOUGH (n. 981). Hoc saeculo Thomas (n. 1003) et Iohannes HODGSON (n. 980. 998. 1010. 1011. 1013. 1014. 1015. 1019. 1020), BELL (n. 980. 982. 984. 989. 1004. 1011. 1014. 1015. 1019), SURRIDGE (n. 1003) aliquot, omnium plurimos hic quoque BRUCE congessit (scilicet numero duodetriginta), quorum ego eos vidi, qui per Cottonem ad *Conington* et deinde Cantabrigiam, item qui in musea Aelianense delati sunt non pauci per Ricardum Shanks, loci quondam dominum, et Alnvicense. Ibi enim in splendida *Percy* gentis sede is Northumbriae dux, cuius saepe iam de antiquitatibus Britannicis merita praedicavimus, praeter antiquitates ex variis regionibus longinquis collectas, veluti Aegyptiacas, etiam ex vicinia res Romanas conquisivit atque in turri quadam castelli collocavit titulos non paucos tam Habitancienses et Bremenienses quam ex variis valli Hadriani stationibus oriundos. Catalogus eius syllogae iustus quantum scio nondum prodiit; antiquiores certe castelli Alnvicensis descriptiones, quas vidi (impressas illas a. 1800 et 1822) eius meminisse non potuerunt, quoniam tum nondum extabat. Sed titulos ibi servatos et a SMITHIO et BRUCIO iam editos plerosque examinare mihi licuit summa cum libertate, cum per diem unum inter castelli hospites frequentes hospitalitatem consolitam expertus sum autumno a. 1866.

Addidi, cum alius locus ubi recenserentur aptus non in promptu esset, lapides duos (n. 1027. 1028) aut ad vallum Hadriani pertinentes aut ad castra quaedam prope viam *Watlingstreet* sita nobisque ignota, utpote detectos in locis quibusdam ab vallo versus septentriones sitis inter *Newcastle* fere et *Morpeth*.

980 *Risingham*, rep. a. 1838. Ara alta ped. 2 dig. 4, lata ped. 1 dig. 2. Servatur in *Newcastle* in museo, litteris bonis.

DIS · CVLTO
RIBVS · HVIVS
LOCI ⌀ IVL ⌀
VICTOR · TRB

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 439 cui dedit A. Trevelyan; I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1848 p. 155 in tab. fig. 6; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 260, *caial.* p. 40, 129, *wall* p. 409.

1. 2 CVSTODIBVS Hodgs. errore; nam clare legitur quod dedi, quanquam mirum est. 2 HVN Bell, HVIVC Brucii tabula. S non integra apparet in lapide, sed certa est.

Iulius Victor redit infra n. 988. 994.

Dis cultoribus huius loci Iul(ius) Victor trib(unus)

981 Inter Risinghamenses BAINBR. Effossa Risinghamiae GRUT. Iscae (*Caerleon*) WOODF. male.

DEAE
DIANAE SA
CRV · AEL ·
TIMO · P ·
5 V·S·*l*·L·M

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 311 (Grut. 1179, 7 'a Cottono'); Goughs Camden 3 p. 118 ex schedis Woodfordi.

5 V·S·T·L·M traditur.

V. 4 in fine nisi infra *voto soluto* aut *votum solvens* explicas, P *praefecti* nota est; si aliquid excidit poterit etiam cogitari de P·P, *p(rimi) p(ilaris)*. Cf. n. 983.

Deae Dianae sacru Ael(ius) Timo p(osuit)? v(otum) s(olvens) [l(ibens)] l(aetus) m(erito)

Cf. *Ael(ia?) Timothea . . . p .* n. 999.

982 *Risingham*, ara cum basi rep. a. 1843 intra parietinas stationis (*in the south east corner*). Servatur in *Newcastle* in museo; ara alta est ped. 3 dig. 3, lata ped. 1 dig. 8. Basis lata ped. 3, alta dig. 8 imposita erat structurae e lapidibus quadratis factae, ita ut ara cum basi a solo altae fuerint ped. 6. In superficie basis anteriore media focus est, alter in arae capite.

in ara:

FORTVNAE
SACRVM ⌀ C ⌀
urceus VALERIVS *patera*
LONGINVS
5 ⌀ TRIB ⌀

in basi:

FORTVN*ae* SACRVM G
VAL ⌀ LONGINVS TRB

Contuli. I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 153 in tab. fig. 4*a*; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 245, *catal.* p. 25, *wall* p. 391.

In basis v. 1 in fine ego Q illud non vidi, sed puto recte Brucium exhibere, cum Bell C habeat.

983 *Risingham*, ara non integra. Videtur periisse, nam Horsleius frustra eam quaesivit.

FORTVNAE
AVG
AEL
PROCVLINA
5 V · S

Chr. Hunter *philos. transact.* 43, 1744 p. 159 tab. 2 fig. 4 (inde Donat. 45, 5; Saxius miss. 2 p. 244; Orell. 1741) qui ipse repperit in loco; Warburton *map of Northumberland* (inde Horsley p. 240; ex hoc Goughs Camden 3 p. 507).

1 FORTVN Warb. 3 AET Hunt., qui solvit *aet(ernae)*, vix probabiliter. 4 PROCVLIN Warb.

Cf. n. 981.

984 *Risingham*, rep. una cum n. 982 et servata in *Newcastle* in museo. Ara alta ped. 2 dig. 11, lata ped. 1 dig. 7.

FORTVNAE · REDVC
securis culter IVLIVS · SEVERINVS *patera praefericulum*
TRIB · EXPLICITO ⌀
BALINEO ⌀ V · S · L · M

Contuli. I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 153 in tab. fig. 2; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 258, *catal.* p. 38, 126, *wall* p. 335.

985 Inter Risinghamenses BAINBR. Effossa a. 1603 GRUT. *Now standing instead of a gatepost in the side of what was once the south gate of the station, but is now used as a gate for the field, . . . turned upside down, so that the capital was hid in the ground;* litteris paene evanidis HORSL.

HERCV
LI · IVL
PAVLLVS
TRIB
5 V · S

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 311 (Grut. 1179, 6 'a Cottoon'); Camden ed. VI (1607) p. 662 qui descriptam accepit a Cottone; Horsley p. 236 *Northumb.* 83 (inde Warburton vallum p. 139, 83; Goughs Camden 3 p. 506; Hodgson 2, 1 p. 178).

4 excidit apud Gruterum. Cf. n. 1007.

986 *Risingham;* ara magna litteris bonis, a Cottone ad *Conington* et deinde Cantabrigiam asportata, ubi servatur.

DEO · INVICTo
bos taeniis ornatus HERCVLI · SACR *patera vitta*
L · AEMIL · SALVANVS
TRB · CoH · I · VANGI
5 V · S · L · M

Contuli. Camden Brit. ed. VI p. 663 cui descripsit Cotton; Horsley p. 235 *Northumb.* 81 (inde Goughs Camden 3 p. 506; Hodgson 2, 1 p. 178; Newton p. 116, 102; Henzen 6765); Henzen *Bonn. Jahrb.* 13, 1848 p. 86 ex schedis Lesleii; Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 221 ss.; *wall* p. 338.

5 V·S·P·M Camd., Horsl., quod is solvit *votum solvens posuit merito.* Sed L Brucio et mihi certa visa est.

Deo invicto Herculi sacr(um). L. Aemil(ius) Salvianus trib(unus) coh(ortis) I Vangi(onum) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Tribunus idem redit infra n. 1003.

987. 988 *Risingham*, arae duae, '*the country people told they were found about two years ago* (1753), *standing upon pedestals.* Videntur periisse.

a

I O M
VIXII G · R
Q · C · A ·
AEMII·AEMIIANVS
TRIB·CoH·I VANG

b

. . . . .
VIXII : G · R
Q·C·A
IVL · VICTOR
TRB · CoH · IV
ANGIONVM

Lionel Charlton *gent. mag.* 23, 1753 p. 224 q. v. (inde Hodgson 2, 1 p. 183).

Cum in *b* arae caput desit, conieci deesse versum primum eundem, quem in *a* habemus. Apparet deinde vv. 2. 3 arae utriusque aut eadem indicari numina, quibus una cum Iove arae dedicatae erant, aut numerum militum eundem, qui dedicavit. Hoc eo commendatur, quod C·A litterae singulares v. 3 curam tantum actam esse a tribunis illis videntur indicare, alios autem dedicasse. Quibus perpensis et collatis titulis n. 212. 303 explicationem hanc propono quamvis dubitanter:

a I(ovi) o(ptimo) m(aximo) v[e]xil(larii) G(ermani) R(aeti) q(uorum) c(uram) a(gebat) Aemi[l(ius)] Aemi[l]ianus trib(unus) coh(ortis) I Vang(ionum)

b . . . . . .

Iul(ius) Victor tr[i]b(unus) coh(ortis) I Vangionum

Cf. n. 980. 994.

989. 990 *At the Park-head, about half a mile from Risingham, lies the upper part of an imperfect altar; the letters are rude and unevenly cut, and possibly the inscription never was finished, if one may conjecture from the vacant space below the second line* HORSL. In *Newcastle* in museo, *part of an altar* BRUCE. Fragmentum Aelianense idem esse atque Horsleianum probabile est, non certum.

Horsley:	*Bruce et ego:*
IOVIO	I O M
IOVIO M	I M P P

Contuli. Horsley p. 239 *Northumb.* 93 (inde Warburton vallum p. 142, 93; Goughs Camden 3 p. 507 tab. 34 fig. 5; Hodgson 2, 1 p. 181); I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 155 in tab. fig. 9; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 246, *catal.* p. 26, 86.

1 IQMI Bell.

991 *About a mile south from Risingham in a wall on the inside of a house,.* HUNT., qui effodi iussit una cum n. 992. *Now in the door-way of an out-house twined upside down* HORSL. *Walled up in a house* HUTCH. Videtur periisse.

. . . . . .
DOLOCHENO
C·IVL·PVBL
PIVS · TRIB
V S L M

Chr. Hunter *philos. transact.* 23, 1702 p. 1129 (inde Mur. 9. 10); Warburton *map of Northumberland* male; Horsley p. 236 *Northumb.* 85 (inde Warburton vallum p. 139, 85; Goughs Camden 3 p. 507; Hodgson 2, 1 p. 180; Seidl *Dolichenuscult* p. 46, 15); Hutchinson *Northumb.* 1 p. 185.

Exempla Hunteri, Horsleii, Hutchinsonis consentiunt, unde Warburtonis errores omisi.

[I(ovi) o(ptimo) m(aximo)] Dólocheno C. Iul(ius) Publ(ilius) Pius trib(unus)) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

V. 3 tribum Publiliam indicari, ut Horsleius voluit, non est probabile, sed uomen gentile potest etiam fuisse Publius; ceterum cf. titulus eiusdem hominis qui sequitur n. 992.

992 *Risingham* HUNT., WARB. *Lying among the ruins of an old house, which has no doubt been built with Roman stones* HORSL. Videtur periisse.

Mars galeatus stans, d. hastam, s. scutum tenens — *Victoria alata stans, d. globum ('sic' HORSL.), s. palmam tenens*

M A R T I
VICTORI
c. iVL · PVBLI
*p*IVS · TRIB
V · S · L · M
caput bovis

Chr. Hunter *philos. transact.* 43, 1744 p. 159 tab. 2 fig. 3 (inde Donat. 24, 8); Warburton *map of Northumberland;* Horsley p. 236 *Northumb.* 84 (inde Warburton vallum p. 139, 64; Goughs Camden 3 p. 507 tab. 34 fig. 1; Hodgson 2, 1 p. 180).

3 .... VLIVS LI Hunt., ut dedi reliqui.

Marti Victori [C. I]ul(ius Publi(us) [P]ius trib(unus) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

V. 2 non Victoriam indicari, quanquam signum eius supra in anaglypho est, sed Martem Victorem puto. 3 in fine nihil videtur deesse, secundum reliquorum versuum analogiam. Cf. n. 991.

993 *Risingham* WARB. Frustra quaesivit HORSL.

M A R T I
VICTOR
. . R R O N . . .
AV . . . EINV . . .
TRIB · AG . . .

Warburton *map of Northumberland* (inde Horsley p. 240; Goughs Camden 3 p. 507; Hodgson 2, 1 p. 181) qui servavit solus.

5 in AG latere V·S· *l. m.* perspexit Horsleius.

Marti Victor(i) [Va]rron[ius] Au[gust]inu[s] trib(unus) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)]

Varronius nomen gentile habuimus supra n. 305.

994 *Risingham, lately* (a. 1788) *found* BRAND. Servatur in *Alnwick castle;* est ara alta ped. 2 dig. 3, lata ped. 1 dig. 2.

pinea
M A T R I B V
S T R A M A
patera RINIS · I V L *patera*
VICToR·V·S·L·M

Contuli. Brand *Newcastle* 1 p. 618 cui delineavit *Mr. Saint of Newcastle* (inde Hodgson 2, 1 p. 185); Bruce *Wall* p. 404.

Iulius Victor redit n. 980. 988.

995 S. l. GORD. *Elsdon* WARB. Tabulae lapideae partes duae rep. *about seventeen years ago* (a. 1728) *at Elsdon, near two miles east of Watlingstreet, in the place called the Mote; . . . they were afterwards carried off by Mr. Warburton; this* (i. e. pars altera) *was removed from Hexham to Durham, where it now is. The other* (i. e. partem priorem) *I retrieved with some difficulty and have it at present in my possession* HORSL. Postea etiam pars prior Dunelmum delata est, ubi nunc servantur ambae in bibliotheca capitulari. Apparet partes esse tabulae unius, quod Horsleii amici (cf. praef. eius p. XVI) dudum perspexerunt, ipse vero agnoscere non audebat. Litterae sunt bonae saeculi secundi puto exeuntis tertiive ineuntis. Fragmenta duo coniuncta altitudinem efficiunt non plenam pedum 2 dig. 10; lata sunt ambo ped. 1 dig. 4.

a
DEO · MATVNO
RO · SALVTE
imp. caes. . . . . .
. . . . . .
b 5 BONO GENERIS
HVMAN · IMPE
RANT · C / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / *teg.*
AVG · PR · PR · POSVIT
10 AC · DEDICAVIT
C·A·CÆCIL·PAC/////

Contuli. Gordon it. sept. p. 94. 95 tab. 32 fig. 3 et tab. 41 fig. 4; Warburton *map of Northumberland a* tantum; Horsley p. 244/5 *Northumb.* 99 et 98 (inde Warburton vallum p. 150, 98. 99; Goughs Camden 3 p. 507 tab. 34 fig. 6. 7; Hodgson 2, 1 p. 98; Wright *the Celt* p. 280 *b* tantum; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 242 *a* tantum) qui etiam descriptas habuit a doctore *Harle of Alnwick;* Carter *ancient architecture* tab. 11 fig. *B a* tantum; Bruce *wall* p. 331.

7 C·IMP //// Bruce. 11 C·A·ACIL . . . . Horsl., C·A·CÆCIL·CI///////// ego; ut dedi Bruce.

Cuius imperatoris nomen in litura perierit incertum est; probabile autem memoriam eius damnatam fuisse (id quod fortasse causa fuit liturae), cum legati quoque eius nomen erasum sit consulto, ut iam observavit Harle.

Deo Matuno pro salute [*imp(eratoris) Caes(aris)* . . . . . *bono generis humani imperant[is] C* . . . . . [*leg(atus)*] *Aug(usti) pr(o) pr(aetore) posuit ac dedicavit, c(uram) a(gente) Caecil(io) Pac*[*ato? tribuno?*]

Legatum Augusti posuisse et dedicasse, curam egisse tribunum sive alium militem apparet; itaque aut errasse lapicidam existimo, cum *imperante* scriberet pro *imperantis*, aut plura excidisse, veluti: *pro salute* [*domus divinae, imperatore Caesare* . . . . .] . . . . *imperante.*

996 *Risingham lieth uppon Read fl., ther are great ruines. The people ther say that the Soldan of Risingham did defend the God Magon. Wherby they seeme to allude to the God mentioned in theis stones* ANON. *Risingham*, . . magna et multa ibi vetustatis indicia, ferunt incolae contra Soldanum quendam, i. e. Paganum principem, Deum Magon hoc diu propugnasse; nec omnino vane. Eiusmodi enim Deum hic cultum fuisse comprobant hae duae ibidem e flumine nuper extractae arae sic inscriptae CAMD. *The altar .... was first discovered, and the inscription copied and published by the famous Cambden, or by Sir Robert Cotton, with whom he travelled, and by whom I suppose the altar was removed to Conington, where it still continues* HORSL. Ex *Conington* Cantabrigiam delata est, ubi extat; litterae integrae servatae sunt, quales Camdenus vel Cotton legerunt, non instauratae, et quamvis evanidae ex parte tamen in universum facile leguntur. Secundum formam mihi visae sunt saeculi alterius exeuntis esse.

D E O
MOGONTI CAD
ET · N · D · N · AVG
M · G · SECVNDINVS
5 BF · COS · HABITA
NCI PRIMA · STAT
PRO·SE·ET· SVIS·POS

Contuli. Anonymus cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 309. Camden ed. VI (1607) p. 662 (Donat. p. 60, 3 'ex schedis P. Gnocchi'; Walter Scott *Rokeby* adn. 9; Orell. 2026) cui descripsit Rob. Cotton; Horsley p. 234 *Northumb.* 80 cf. praef. p. XV (inde Warburton vallum p. 137, 80; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 9 qui etiam schedis Woodfordi usus est; Hodgson 2, 1 p. 176; Newton p. 119, 130); Lamborne in tabula (inde Gough tabulam repetivit); Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 221 ss., *wall* p. 332.

1 '*Cambden . . . puts the word* DEO *at the top of the inscription. It might probably be added at first by way of explication and through a mistake of the transcriber or printer inserted into the body of the inscription. There is no room for it on the plane of the altar, and not the least vestige of a letter appears on the capital* HORSL. Extat in Anonymi scheda; Lamborne et Bruce vestigia nulla indicant. Contra mihi in capite arae apparere visi sunt apices litterarum tales fere //////IC; unde non dubitavi de Anonymi et Cottonis lectione. Accedit quod nominibus numinum peregrinis addi solet dei vocabulum, raro vero omittitur. Cf. n. 995. 997. 2 MOGONT·CAD Anon., MOGONTI CAD Cott., MOGONT CAD Horsl., Lamb., Bruce. A minoris in CAD vestigium vix ullum Horsleius distinxit; sed certa est. 6 ICI PRIMAS TA Anon., NCI PRIMAS TA ... Cott., NCI PRIMASTA .. Lamb., NCI PRIMASTAT Bruce. *Habitanci primas, tam pro se et suis* cet. Camdenus legit, verum primus vidit Ward apud Horsleium. 7 in fine POSVIT Anon., Cott., PS Lamb., BS Brucii tabula.

Deo Mogonti Cad(eno?) t n(umini) d(omini) n(ostri) Aug(usti) M. G(avius?) Secundinus b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) Habitanci prima stat(ione) pro se et suis pos(uit)

Gadenos, qui a Ptolemaco (2, 3, 10) iuxta Otadenos ponuntur, Mogontem deum praecipue coluisse, ut Camdenus eumque secuti antiquarii Britanni omnes existimaverunt, aliunde non constat. Unde v. 2 interpretatio prorsus incerta est. Cf. n. 997.

---

997 Ara rep. una cum praecedente CAMD. *Subsequent to Camden's days a 'hemmel' or shed for cattle was erected within the station, and the altar used in the construction of it;* inde ara nuper denuo prodiit litteris adeo evanidis, ut Camdenum recte in universum legisse inde appareret, singula vero certo distingui nequirent BRUCE.

D E O
MOVNO CAD
INVENTVS DO
V S

Camden ed. VI (1607) p. 662 (inde Donat. p. 60, 4 'ex schedis P. Gnocchi'; Wesseling ad itin. p. 356; ex hoc Bimard proleg. ad Murat. thes. 1 p. 59; ex Bimardo Orell. 2027; Horsley p. 234; Goughs Camden 3 p. 506; Hodgson 2, 1 p. 176); Bruce *wall* ed. II p. 400 (in ed. III om.).

3 in DO latet fortasse BCo[S], *beneficiarius consularis.*

998 *Mr. Singleton has in his garden at Elsdon a funereal altar, 5 feet high and 11 inches bread, which he procured from Risingham, and which the parish clerk of Corsenside showed to Mr. Walter C. Trevelyan and myself, in the beginning of 1825, in the back of a hedge, near a spring, and close to the east side of Watling street, where that ancient way is crossed by a bridle road* HODGS. *Now in the garden of Spencer W. Trevelyan, Esq., of Long Witton,* BRUCE ED. II. Postea pervenit ad *Alnwick Castle*, ubi servatur (BRUCE ED. III). Est ara rudis litteris non bonis.

SOMNIO PRAE
MONITVS
MILES HANC
PONERE IVS
SIT
ARAM QVAE
FABIO NVP
TA EST NYM
PHIS VENE
RANDIS

Contuli. Hodgson 2, 1 p. 91 et 177; Bruce *wall* p. 402 (Wright *the Celt* p. 273); Macaulay *proceedings of the soc. of antiquaries* ser. II 3, 1865 p. 110.

Somnio praemonitus miles hanc ponere iussit
Aram quae Fabio nupta est Nymphis venerandis.

Bruce ita explicat: *miles, somnio praemonitus, hanc aram Nymphis venerandis ponere iussit (eam), quae Fabio nupta est (sive uxorem Fabii)*. Macaulay duas sententias esse voluit: *miles somnio praemonitus hanc aram ponere iussit. (Illa) quae Fabio nupta est Nymphis venerandis (posuit)*; vix probabiliter. Quod alter somnio praemonetur, altera aram ponit non offendit; sed fortasse poeta rudis haec voluit: *(Fabius) miles somnio praemonitus est (ut aram Nymphis poneret); (ideo) hanc aram ponere iussit uxor eius (quae Fabio nupta est) Nymphis venerandis (ne numen earum irasceretur)*. Videtur enim titulus omnino plenus esse neque facile in altera ara carmen continuari putaverim. Sed deest ipsius dedicationis fortasse titulus, qui nomina plena referebat. Omisisse poetam metri vinculis impeditum vocabulum quod est *eam* ante verba *quae Fabio nupta est* etiam Mommsenus existimat; ceterum omnia recte procedere ubi sic explices: *miles Fabii uxorem aram hanc Nymphisponere iussit*. Ipsum autem militem Fabium vocatum esse inde non recte colligi.

About half a mile north from Risingham, close by Watlingstreet and the high way (which is near to or upon it), lies an altar much of the same size and shape with that at Risingham [supra n. 985]. *It has a* praefericulum *and a* patera *on one side, and a garland on the other. There has no doubt been an inscription upon it, tho' now not the least sign of a letter appears.*

Horsley p. 240 qui quamvis dubitanter coniecit aram eam non diversam esse a titulo Bremeniensi n. 1057; sed obstat loci diversitas.

999 Inter Risinghamenses. Videtur periisse.

DEAE TER
TIANAE SA
CRVM AEL
TIMOTHEA ...P
V S L L M

Camden ed. VI (1607) p. 662 (inde Horsley p. 235; Goughs Camden 3 p. 506; Hodgson 2, 1 p. 178) cui descripsit Cotton.

4 TIMOTHEA·P correxit Horsley, ut sit *p(osuit) v(oto) s(oluta)* cet. Fortasse quae P littera Cottoni visa est, foliolum tantum erat hederaceum; vix enim quidquam quod eo loco apte suppleatur in promptu est. Sed cf. n. 981.

1000 *From Risingham.* Servatur in *Newcastle* in museo dono Guilelmi Shanks; est basis quadrata superne fracta, litteris bonis.

PRO SALVTE
ARR ✠ PAVLINI
THEODOTVS
L I P

Contuli. Bruce *catal.* p. 14, 30. 4 L I P Bruce.

. . . . *pro salute Arr(ii) Paulini Theodotus lib(ertus)*


1001 *Risingham; this inscription was worth the sight for fyne and cunning workmanshipp;* Numinius (scilicet Mars Victor) *was engraven in stone in his cote armure with his sheild and target, an heron and libard head* (sic) BAINBR. S. ANON. Tabula longa affabre insculpta reliquas operis elegantia longe praecellens CAMD. *At Conington, placed above the summerhouse door* HORSL. Postea pervenit Cantabrigiam in collegium Trinitatis, ubi servatur. Tabula lapidea longa ped. 4 dig. 8, alta ped. 3. Titulus intra sertum octagonum, quod ex variarum arborum foliis compositum est, pertinebat fortasse ad portam occidentalem (BRUCE).

In aedicula arcuata:				*In aedicula arcuata:*
Victoria alata globo insistens p. dextro, d. sertum, l. palmam tenens	*persona viri*	NVMINIB AVGVSTOR	*persona viri*	*Mars Victor stans galeatus, d. hastam, s. scutum tenens*
	pelta	COH · IIII · GAL EQ FEC	*pelta*	
infra:				*infra:*
piscis, ciconia				*grus, amphora* (gallus? CAMD.)

Contuli. Bainbrigg aut Anonymus (nam incertus haesi cuinam scripturam tribuerem) cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 309 (Grut. 1179, 2 'a Cottone'); Camden ed. VI (1607) p. 664; Warburton *map of Northumberland;* Horsley p. 237 *Northumb.* 88 cf. praef. p. XV (inde Warburton vallum p. 140, 88; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 16; Hodgson 2, 1 p. 178; Newton p. 113, 70 *a*); Stukeley itin. curios. 2 tab. 68 2 *b*; Carter *ancient architect.* p. 12 tab. 11 fig. *k; antiquarian itinerary* 1, 1815 tab. 1; Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 219; *wall* p. 233.

Lectio omnino certa est.

1002 In *Newcastle* in museo extant fragmenta inter se similia decem, quae postea demum perspexi coniungenda esse; id quod feci adiutus a Brucio et a Carolo R. Smith Londiniensi. Reperta sunt fragmenta haec omnia in effossionibus Habitanciensibus atque dono data museo a Guilelmo Shanks. Numeri uncis inclusi, quos adieci, sunt catalogi Bruciani. Litterae in universum bonae sunt, quanquam non nimis elegantes neque plane aequabiliter incisae.



Descripsi contuleruntque mea causa denuo accurate Smith et Bruce, qui edidit Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 236 (n. 35 et 37), *catal.* p. 15 (n. 31—37); *h i k* omisit Bruce, *i* nuper periit.

Fragmenta *a e f* unius eiusdemque lapidis esse manifestum est, cum litterarum formae et mensurae omnino eaedem sint atque, ut Bruce testatur, *e* et *f* hodie quoque apte conveniant in fractura. Inter *a* et *e* margines refecti sunt et laevigati, ut lapides denuo adhiberentur in aedificio aliquo recentiore, sed tamen nihil in lacuna ea videtur interiisse. Bruce praeterea affirmat in *a* supra et in fragmentis tribus *a e f* infra lapidem servatum esse integrum, ita ut nihil ibi scripturae interierit.

Fragmentum *b* Bruce putat probabiliter referri posse ad eundem titulum, quanquam non eadem id confidentia pronuntiat, qua de fragmentis *a e f;* mensura autem litterae O versus 2 cum O versus 3 in fragmento *a* convenit.

De *c* haec rescripsit: *I thought it may be part of the same stone, but on measuring the letters* ABENIC *I found they were not so large as the top lines of the other stones. The letters of the top line of* c *are a trifle bigger than those of the top line of* a; *the letters of the top line of* d *are a trifle bigger as those of the top line of* c. Tam exiguam mensurae differentiam in titulo a quadratario provinciali non nimis eleganter sculpto et qui extendatur super lapides complures tuto licebit neglegere. Consequens autem est praeterea ex Brucii observationibus fragmentum *c* superiorem marginem lapidis attingere, quanquam id non diserte adnotat.

Fragmentum *d* Bruce ait facile eiusdem lapidis esse posse atque *g*, additque praeterea: d *has formed part of the upper margin of the slab to which il belonged.*

Fragmentum *g* Brucio primum non visum est eiusdem lapidis esse atque *a*; putabat enim lapidem ita nimis longum fieri pro altitudine, nam *a e f* coniuncta iam longa esse pedes circiter septem (Anglicos). Neque vero perspicio cur cogitari non possit de epistylio aedificii alicuius aliquanto longiore. Mensurae litterarum conveniunt; altae enim sunt litterae versuum 1 et 2 tam in *a* quam in *g* (et in *b* versu 2) digitos (Anglicos) plus minus 4; reliquorum versuum in iisdem fragmentis atque similiter etiam in *e f* aliquanto minores. Addit Bruce in epistula: *I have marked a slip of paper with the exact position of the lines of the inscription on* a *and another with the position of those on* g, *and I am rather surprised to find how nearly they agree; this makes for your view.* Mensurae et dispositio versuum re vera paene ad amussim conveniunt. Itaque si addimus tam in *f* quam in *g* versum eundem apparere consulto erasum, *g* eiusdem lapidis partem esse iam confidenter pronuntiabimus. Tam in fine fragmenti *g* quam initio fragmenti *a* non multa possunt deesse; scilicet lapides qui utrumque marginem lateralem efficiebant, dimidia tantum parte videntur inscripti fuisse. Itaque si epistylium universum longum fuisse ponamus pedes circiter duodecim ad sedecim, mensuram aedificii cogitatione efficere possumus satis convenientem.

Fragmenta *h i k* quanquam nullo negotio collocari possunt variis locis in titulo eius generis, qualem infra suppleturus sum, tamen praetermisi ne hariolationi indulgerem.

Lectio fragmentorum omnium in universum satis certa est; in singulis haec observanda.

a 1 Ante I primam vestigia V litterae distingui posse Bruce adnotat. 4 RIE Bruce olim, RIT ego; sed RII probabilius esse Bruce nunc ipse concedit. 5 HAC certum est.

b 1 supra aut VIK aut NIR legerat Bruce, neutrum vero ait certum esse. 4 Nihil aliud legi posse quam OTIONC affirmat Bruce.

c et *d* certae lectionis sunt.

e 5 PATRIE certum esse Bruce affirmat, reliqua incerta; sed apices litterarum similiter depinxit atque ego feci.

f 5 Similiter conveniunt quae vidimus Bruce et ego; sed litterarum reliquiae confusae sunt et incertae, '*the latter part of the line is completely worn out as if by the treading of feet*' Bruce. Interrogavi num legi posset GETAE NOB CAES; respondit '*your conjecture will I fear scarcely hold*'.

f 3 in fine putabam initium X litterae superesse; Bruce respondit A potius esse, '*we have here the upper portion of an* A, *though the lower portion of it is gone and the right limb cut off*'.

Haec omnia considerans talem fere totius tituli restitutionem propono, in qua versuum dispositionem, qualis in archetypo est, retineo.

Imp. Caes. div]i Septi[mi Severi Pii Arabici Adi]abenic[i Parthici maxi]mi Bri[tannici maxi]mi filio, di[vi Marci Antonini Pii
Germanici] Sarmat[ici nepoti, divi Anto]nini Pii pro[nep., divi H]adriani a[bnep., divi Traian]i Partichi et [divi Nervae adnep.
M. Aurelio] Anton[ino Pio felici Aug. Parth]ico maxim[o Britannico maximo Germanico maxim]o trib. potesta[te ... imp. ... cos ...
propagatori impe]rii proconsuli pro . . . . . et Iuliae Domnae Aug. m]atri August[i nostri et
castroru]m senatus hac patrie . . . . . ,
coh. I Van]gionum item Raeti gae[s]ati et expl[oratores . . . . .] posuerun[t . . . . . .


Supplementa vv. 1—5 explicationem excusationemve non requirunt.

4 Post Caracallae titulos fortasse talia sequebantur *pro[pter dev]otion(em) o[ptimi et in]com[parabilis principis]* vel similia; cf. n. 963.

5 Post Iuliae Domnae nomina videtur secutum esse, interposita formula veluti *pro [pi]etate no[bilissimae domus divinae]*, cf. n. 319. 322, secundum titulorum Britannicorum consuetudinem constantem, nomen legati provinciae, fortasse etiam legati legionis aut procuratoris provinciae atque praefecti tribunive, sub cuius quorumve cura opus, de quo agitur, factum est; nomina legatorum non raro postea erasa sunt consulto propter causas nobis ignotas.

6 De gaesatis Mommsenus egit, cum titulum Saldis in Africa repertum explicuit (*archäol. Zeitung* 28, 1870 p. 7 s.); apparet hic quoque Raetos gaesatos, i. e. levis armaturae, una cum exploratoribus nescio quibus opponi legionariis. Exploratores fortasse Habitancienses erant ibi in praesidio collocati, velut Bremenienses (n. 1030. 1037) et equites Sarmatae Bremetennacenses (n. 218) aliique in notitia enumerati. Cf. n. 1010. Post *posuerunt* potest positum fuisse nomen centurionis aliusve militis, qui operi institit.

1003 Rep. 1844 *among the debris of the South gateway of the station.* Servatur in *Newcastle* in museo dono Ricardi Shanks; est tabula lapidea magna, longa ped. 5 dig. 11, alta ped. 3 dig. 7, litteris bonis. Titulus intra sertum magnum ex variis arborum ramis compositum et taeniis cinctum.



Contuli non sine difficultate in loco obscuro ad lucernae lucem. Thomas Hodgson Archaeol. Ael. 4, 1848 p. 20 (inde Newton p. 116, 102*a*; Maclauchlan *Watlingstreet* p. 27; Henzen 6701); Surridge *notices* p. 24 tab. 3; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 230, *catal.* p. 10, 20, *wall* p. 336.


Cum lectio paene ubique certa sit, variam lectionem priorum non repeto integram. 3—4 Severus III et Caracalla fasces gesserunt a. 202, Caracalla iterum cum Geta a. 205. Illum autem annum puto indicari, ut quadratarius provincialis Augustum alterum uno tantum consulatus numero alteri Augusto cessisse putaverit errore. 7 COL·ANITIO Hodgs., O IANI Bruce *catal.* 8 in fine VANGON OPFS Hodgs., VANCoN o F s Surr., VANCoN o E o Bruce *catal.*, VANGoNo Eo Bruce *wall.* Ego dubitavi in re praesenti utrum elementum, quod post N legitur, o sit an N; reliqua mihi visa sunt certa esse. Unde non videtur cogitandum esse de *p(iae) f(idelis) S(everianae)* cognominibus cohortis Vangionum, quae proposuit Henzenus, quamvis per se probabilibus. 10 REST reliqui, fortasse recte.

De L. Alfenio Senecione Severi et filiorum legato dixi supra ad n. 269. 270. 514. Oclatinius Adventus procurator postea praefectus praetorio, consul a. 218, praefectus urbi (Marini Arv. p. 525. 649; Borghesi *memorie dell' Inst. archeol.* 1 p. 183 ss.), homo infimae originis ex milite gregario Elagabalo imperante ad summos honores pervenit (cf. Dio 78, 14). Procuratorem eum fuisse Britanniae hoc demum titulo innotuit. Aemilius Salvianus tribunus redit supra n. 986.

Lectionem, quam coniectura olim restitueram (*Rhein. Mus.* 14, 1859 p. 68; cf. 11, 1857 p. 44), in lapide ipso postea repperi confirmatam hanc:


[*Imp(eratore) Caes(are) L. Sept(imio) Severo Pio Pertinace Arabico Adiabenico Parth*]*ico Maxi(mo) co(n)s(ule) III et M. Aurel(io) Antonino Pio co(n)s(ule) II Aug(ustis)* [*et P. Sept(imio) Geta nob(ilissimo) Caes(are)*] *portam cum muris vetustate dilapsis iussu Alfeni Senecionis v(iri) c(larissimi) co(n)s(ularis) curante Oclatinio Advento proc(uratore) Aug(ustorum) nostrorum coh(ors) I Vangion(um)* [*(miliaria)*] *eq(uitata) cum Aem(ilio) Salviano trib(uno) suo a solo rest(ituit)*

1004 *From Risingham.* Servatur in *Newcastle* in museo, dono Ricardi Shanks. Fragmentum tabulae lapideae altum dig. 11, latum ped. 1.



Contuli. I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 155 in tab. fig. 8; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 258, *catal.* p. 38, 122.

1005 Inter Risinghamenses CAMD. *Removed to Conington,* ubi vidit HORSL. Postea Cantabrigiam pervenit in collegium Trinitatis, ubi servatur.






Contuli. Camden ed. VI (1607) p. 663 cui descripsit Cotton; Horsley p. 237 *Northumb.* 87 (inde Warburton vallum p. 140, 87; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 13; Hodgson 2, 1 p. 179); Lamborne in tabula (inde Gough in tabula).

1 *Iovi optimo maximo pro salute* supplevit Horsl., *Saluti* Hodgs., neuter sine probabilitate. Propter litterarum formas puto indicari Caracallam antequam Felicis nomen assumpsit, non Pium, ut Horsleius voluit.


1006 *Found in the ruins of an old tower belonging to Gabriel Read Esq., at Troughen (Through-end* HORSL.) WARB.



Warburton *map of Northumberland* (inde memoravit Horsley p. 241, sed non adscripsit; Goughs Camden 3 p. 507).

Restitui nequit, sed videtur fuisse titulus imperatorius saeculi tertii in formulam *devotissimus numini eius* vel similem desinens.

1007 *Risingham* BAINBR., CAMD. Postea in *Conington* HORSL. Nunc Cantabrigiae in collegio Trinitatis.




Contuli. Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 310 (Grut. 1179, 4 'a Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 662; Horsley p. 236 *Northumb.* 82 (inde Warburton vallum p. 139, 82; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 12; Hodgson 2, 3 p. 177); Henzen *Bonner Jahrb.* 12, 1848 p. 85 ex schedis Lesleii; Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 221.

1 COH·TVANG Bainbr. Cott. (inde TVNGR correxit Cardinali *memorie Romane* 3, 255), COH. I.VANG Camd. 3 PAVLO Bainbr. Cott. Camd.

Iulius Paullus tribunus supra iam repertus est in titulo n. 985.

1008 *Risingham* BAINBR. CAMD. Videtur periisse.



Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 310 (inde pendet Grut. 1179, 5 'a Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 663 (inde reliqui Horsley p. 238 *Northumb.* 89; Warburton vallum p. 141, 89; Hutchinson *Northumb.* 1 p. 190; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 15; Hodgson 2, 1 p. 180) cui descripsit Cotton.

1 COS·CVI·PRE· Bainbr. (Grut.) 2 N·AVREL·SAST Grut. 3 ÆTVS: TATE Bainbr. (AETVS . TI . TE . CO. NABS Grut.)

1009 Inter Risinghamenses CAMD. *Placed for a seat at the back door of Mr. Forster's house at Chesterhope* HORSL. Videtur periisse.

Camden:

. . . . . .
CVI · PRAEEST · M
PEREGRINIVS
SVPER TRIB

Horsley:

MIL C
PRAEEST · M
PEREGRINIV
SVPER · TRIB

Camden ed. VI (1607) p. 662 cui descripsit Cotton; Horsley p. 237 *Northumb.* 86 (inde Warburton vallum p. 140, 86; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 33 fig. 11; Hodgson 2, 1 p. 177).

1010 Rep. *in making a drain in a field, between West Woodburn and Risingham;* servatur in *Elsdon Castle.*

. . . COH I V . . .
. . . VME . . .
. . /PLOR . .
. . SOLoRE . .

Hodgson 2, 1 p. 185 qui cohortem IV Gallorum supplevit sine probabilitate.

. . . . *coh(ors) I V[angionum et n]ume[rus ex]plor[atorum . . . a] sol(o) re[stituit]*

Cf. n. 1002.

1011 *From Risingham*; servatur in *Newcastle* in museo dono Guilelmi Shanks. Fragmentum cippi altum ped. 1 dig. 9, latum ped. 2 dig. 2.

IVLVICIOR
SIG·VIX·AN
LV

Contuli. I. Hodgson *gent. mag.* 17, 1842 p. 536; I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 155 in tab. fig. 7; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 256, *catal.* p. 36, 116.

Iulius Victor signifer fortasse diversus erat a Iulio Victore tribuno n. 980. 988. 994.

1012 *From Risingham;* servatur in *Newcastle* in museo dono Guilelmi Shanks.

D·S·AVG·C·E·H
ANNIS · I · C
XXIII· IVL

Contuli. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 257, *catal.* p. 37, 119.

Lectio certa est.

1013 Rep. *at Chesterhope near Risingham* HUTCH. *At Campville* prope *Elsdon* HODGS. Servatur in *Alnwick castle*, cippus fastigio ornatus. Habitancio tribui cum n. 1018 propter locum ubi repertae sunt, non Bremenio, ut fecit HODGSON.

rosa
rosa *rosa*
D M
AEMILIANVS
ANNORVM
X

Contuli. Hutchinson *Northumb.* 1 p. 185 (inde Goughs Camden 3 p. 507); Hodgson 2, 1 p. 144.

2 AMELIANVS Hutch. male.

1014 From *Risingham;* servatur in *Newcastle* in museo dono Ricardi Shanks. Cippus altus ped. 2 dig. 7, latus ped. 1 dig. 8.

D M S
AVRoLVPV
LE MATRI
PIISSIME
DIOY SIvS
FORTVNA
TVS FILIVS
S T
TL

Contuli. I. Hodgson *gent. mag.* 17, 1842 p. 536; I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 154 in tab. fig. 3, Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 254, *catal.* p. 34, 111, *wall* p. 334.

Vv. 8. 9 intra circulum.

1015 *From Risingham;* servatur in *Newcastle* in museo dono Ricardi Shanks. Cippus altus ped. 2 dig. 7, latus ped. 1 dig. 10.

D · M · S
AVR · QVARTL
LA · VIX · AN
NIS · XIII · M · V *sic*
D · XX II · AVR
QVARTINVS
POSVIT · FILI
AE · SVAE

Contuli. I. Hodgson *gent. mag.* 17, 1842 p. 536; I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 153 in tab. fig. 1; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 255, *catal.* p. 35, 114.

1016 *From Risingham;* servatur in *Newcastle* in museo dono Ric. Shanks.

AV
MEM
FILIAE
NICONI
M·AVRELIO
VICXIT A
XXXVII

Contuli. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 253; *catal.* p. 33, 108.

2 MENI Bruce in schedis, fortasse recte.

1017 In *Risingham* BAINBR., COTT. Postea in *Conington* (HORSL.), nunc Cantabrigiae in collegio Trinitatis. Cippus fastigio ornatus.

protome
puellae
D o M
BLESCIVS
DIOVICVS
FILIAE
SVAE
VIXSIT
A N V M
o I o ET DIE
XXI

Contuli. Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 309 (Grut. 1179, 3 'a Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 662; Horsley p. 238 *Northumb.* 90 (inde Warburton vallum p. 141, 90; Goughs Camden 3 p. 506 tab. 32 fig. 10; Hodgson 2, 1 p. 177); Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 221 s.

7 A o N·V·M· Bainbr. (Grut.).

1018 Rep. *at Chesterhope near Risingham.* Cf. n. 1013.

D
IVLIONA
NI FILIA VIXIT
ANN-S XVI M·XI
DI- XIIII

Hutchinson *Northumb.* 1 p. 185 (inde Goughs Camden 3 p. 507; Hodgson 2, 1 p. 182).

1019 *From Risingham;* servatur in *Newcastle* in museo dono Ric. Shanks. Cippus altus ped. 3 dig. 3, latus ped. 1 dig. 10. Litterae intra tabellam ansatam.

rosa
D · M
SATRIVS
HONORATVS
VIXIT AN
NIS V ME
SIBVS VIII

Contuli. I. Hodgson *gent. mag.* 17, 1842 p. 536; I. Bell Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 155 in tab. fig. 5; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 253, *catal.* p. 33, 107.

1020 *Half of an altar, in 1826 . . used as a post to the wicket of the garden of the farm-house immediately east of the Hall Yards, . . its upper part is so much worn with sharpening metallic implements upon it, or eaten with the weather, as to make it of no further use than in showing that the whole inscription had consisted of 14 lines* HODGS. Iac. Forster dedit Hodgsoni, is museo in *Newcastle*, ubi servatur. Ara alta est ped. 4.

Hodgson:	*Bruce:*	*ego:*
. . IN	INH II	INHC ı ı ı AE
. . . ED	E ıı IMR	E · CIF IMP
. . . RGEL·	IPERGEL	M PERGEL
. . . . VINE	FERVINI	T ~ RVINI ///
. . . . .	I IN	IRIL
. . . . .	D	M IS //
. . . . FICIN	EFICINE	FICIN ///
. , . . EF · PAG	AIEF PAG	C /EF PAG
. . . IBI PRO	IIBI · PRO	I TIBI · PRO
. . . LVCE PPo//	K G E P R S	RCE PRC///
. . . FLAMINIVS	E M I N I V S \	FLAMINIVS C
. E PROFVNE	E PROFVN P	E PROFVND
. XCEM VOLV≋	V GEMVO EV	\CEM VOLV//
. DE RE VITAE	DERE VITAE	DERE VITAE

Descripsi ut potui in loco subobscuro. Hodgson 2, 1 p. 186; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 244, *catal.* p. 24, 31.


Videtur fuisse carmen sepulcrale versibus herois scriptum.

1021 *From Risingham.* Servatur in *Newcastle* in museo dono Ric. Shanks.

Bruce:	*ego:*
SDECEF	SDECLI
ANN XXII	ANN XXII
FALIVN	VAIIVN
REHITIA	REFE TIA
SIT COSC	SIT COSC
F	F
VP FIV VICT	/PEI VVICT
VINCVLV	V // INCVIV

Descripsi ut potui. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 257, *catal.* p. 37, 121.


1022 *From Risingham.* Servatur in *Newcastle* in museo.



Contuli. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 257, *catal.* p. 37, 117.

1 . . FRAVEO . . . . Bruce.

1023 *From Risingham.* Servatur in *Newcastle* in museo.



Contuli. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 255, *catal.* p. 35, 113.

2 ANNOS Bruce.

1024 *Risingham; upon a broken stone lying for a seat at the fore door at the dwelling house, that is within the station* HORSL. Videtur periisse.



Horsley p. 238 *Northumb.* 91 (inde Warburton vallum p. 141, 91; Goughs Camden 3 p. 507 tab. 34 fig. 3; Hodgson 2, 1 p. 181).

1025 *At a cottage called Broadgate, about* $^1/_4$ *mile of Risingham.*



Horsley p. 238 *Northumb.* 91*a* (inde Warburton vallum p. 141, 91*a*; Goughs Camden 3 p. 507 tab. 34 fig. 4; Hodgson 2, 1 p. 181).

1026 Fragmentum litteris bonis servatum in *Alnwick castle*, '*probably from Risingham or Rochester*' BRUCE.




Contuli. Bruce in schedis, qui v. 2 ita LIPIE legit.

Ara servata olim in *Wark* (*on the North Tyne, about 8 miles north of the Wall*), *for a long time used as a step in the stile at the foot of the Moot Hill*, deinde in *Newcastle* in museo, dono Ioh. Fenwick, ubi vidi. In lateribus patera et praefericulum apparent, litterae omnino evanidae sunt.

Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 258, *catal.* p. 38, 123. Memini arae quamvis iam non scriptae, cum testis fortasse sit stationis ibi sitae, ut recte observavit Bruce.

1027 *Centurial stone from Cramlington* LAWSON. Servatur in *Newcastle* in museo.



Contuli. Lawson de Cardonnell *first report of the soc. of antiq. of Newcastle* 1814 p. 43 qui tegulam simul repertam edidit infra proponendam; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 247, *catal.* p. 27, 89.

1 O : TAVI ego, CFAVI Bruce. 2 SEBANI reliqui, mihi potius SERANI visum est in lapide esse.

1028 Fragmentum arae(?) in muro aediculae dirutae prope *Low Gosforth House* (in via a *Newcastle* ad *Morpeth*).



I. Bell Archaeol. Ael. 2, 1832 p. 243.

1028*a* Fragmentum repertum et servatum una cum n. 1002; sed lapidis diversi.



Descripsi. Bruce omisit.

LXII. BREMENIVM


(High Rochester sive *Riechester).*

Accedunt *Campville, Gloster Hill* prope *Warkworth.*

Qui viae *Watlingstreet* vestigia ab Habitancio prosequitur versus septentriones, ut omnium accuratissime fecit Maclauchlan, per *Woodhouse, Corsenside, Throughend* (ubi prodiit titulus n. 1006 ad Habitancium, ut videtur, pertinens), *Dunshouses, Dargues, Blakehope, Brownrig, Birkhill, Bagraw, Redesdale Cottage* vicos locos collesve ad situm castrorum accedit, quem ita descripsit testis antiquissimus Ricardus Bainbrigg (cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 308): '*Rochester in Rhedesdaile haith bene some strong fort against the enimie; it stands upon an hye mountaine, it is some fyve miles frome Rheadsquire, & so manie myle frome Gamblespath eastward* (*Gammel Path* nunc scribitur); *this Gamblespath was the Brytaines bound in the Romaines tyme, but now it is the Scottishe.*' Titulo deinde usus n. 1037, in quo nominatur *numerus exploratorum Bremen(iensium)*, cui nuper alter accessit n. 1030 eundem numerum nominans, iam Camdenus (ed. VI p. 661) recte statuit castris illis nomen Bremenii fuisse, cuius mentionem faciunt Ptolemaeus (2, 3, 10) inter Otadenorum oppida et itinerarium (p. 464, 3) cum Ravennate (5, 31 p. 434, 13). Effossiones in situ castrorum institutae, quae *Riechester* Horsleius appellat (p. 243. 395; cf. Hodgson 2, 1 p. 138 ss.), *High Rochester* hodie fere dicunt, ut distinguant ab *Low Rochester* vico novicio ad *Rede* fluvium (sive *Red Water*) sito, praesertim a. 1852 et 1853 (cf. Bruce *Newcastle meeting of the archaeological institute* vol. 1, 1858 p. 135 ss., Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 69 ss., *wall* p. 315 ss.; Maclauchlan *Watlingstreet* p. 33 ss.) formam eorum plenissime detexerunt. Tituli satis frequentes, qui prodierunt ibi inde a saeculo XVI, castra extructa esse indicant a vexillationibus fortasse legionum VI (cuius etiam tegula ibi prodiit infra edenda) et XX (n. 1049. 1050 cf. n. 1053) et a cohorte I fida Vardullorum miliaria equitata (n. 1051). Eandem cohortem una cum I Lingonum supra iam deprehendimus in castris fuisse in *Lanchester* (cap. XXXVI), quod item situm est ad viam *Watlingstreet.* Itaque cum praeter numerum exploratorum (n. 1030. 1037) ambas postea Bremenii tetendisse ex titulis appareat (n. 1030. 1031. 1039. 1043. 1044. 1045. 1046; deinde n. 1041), ex *Lanchester* videntur provenisse ad castra Bremeniensia vel extruenda vel tutanda. Tituli tribunorum non pauci, quorum cohors non indicatur (n. 1034. 1035. 1038. 1052. 1056), ad cohortem Vardullorum videntur referendi esse, quae *ballistarium* ibi aedificavit (n. 1045. 1046) imperante Elagabalo. Eius fortasse etiam est pars signi aenei inscripta, quae ibi reperta est, atque infra suo loco proponenda. Quae praeterea nominari videtur cohors I Dalmatarum (n. 1055) Uxellodunensis (supra cap. XXXIII), incerta est. Memorantur praeterea singularis et librarius consularis (n. 1033. 1038), decurio (n. 1036), miles legionis VI (n. 1057). Deorum dedicationes (n. 1029—1040 cum Graeca infra proponenda); tituli imperatorii a Pio ad Elagabalum (n. 1039—1048), legatorum Augusti aliorumque magistratuum (n. 1030. 1041. 1043. 1045. 1046. 1054) hanc quoque stationem non exiguam fuisse comprobant. Tituli sepulcrales perpauci tantum (n. 1058—1060) innotuerunt.

Ex titulis Bremeniensibus unum (n. 1037) Bainbrigg et Camden noverunt ad *Conington* et Cantabrigiam postea delatum, Horsleius sex (n. 1032. 1037. 1038. 1039. 1052. 1056), qui plerique Dunelmum pervenerunt in bibliothecam capitularem. Paucos illis addiderunt saeculo XVIII Hunter et Taylor (n. 1043. 1057), Dutens (n. 1031), Hutchinson (n. 1031. 1050). Multo iam plures Hodgson edidit, scilicet numero omnino septendecim; singulos aut ediderunt aut tractaverunt Bell (n. 1043), C. R. Smith (n. 1046), Surridge (n. 1030. 1031. 1041); plurimi autem ex effossionibus nuperrimis prodierunt servanturque tam a ducibus Northumbriae in castello *Alnwick*, unde Bruce eos edidit diligenter delineatos, quam in Museo Aelianensi (n. 1036. 1043. 1047). Ipse Bremenium non adii, sed cum Cantabrigiae, Dunelmi, in *Newcastle* musea excutere, in *Alnwick* autem ducis Northumbriae eiusque filii liberalitate adiuto titulos ibi servatos omnes conferre mihi licuisset, non erat quod nimis aegre ferrem me castra ipsa non vidisse.

A small altar lately found at Riechester; it has had, in all probability, an inscription, tho' now not legible. There are several strokes on the face of the stone, that appear like letters, but I rather believe most of them to be accidental cuts of the plough HORSL. Servatur nunc in bibliotheca Dunelmensi; litteras olim fuisse Graecas mihi certum visum est, sed lectio praeter v. 1 incerta.



Descripsi. Horsley p. 241 *Northumb.* 94γ (inde Warburton vallum p. 146, 94 γ; Goughs Camden 3 p. 505 tab. 33 fig. 4).
Cf. titulus Graecus Eburacensis supra p. 62.

1029 Caput arae rep. 1856 *at Gloster Hill* prope *Warkworth;* servatur in *Alnwick castle* dono Roberti Dand, *of Field House.* Fragmentum est altum et latum ped. 1 dig. 5.



Contuli. Bruce *wall* p. 404. 2 OH Ī Bruce, fortasse recte; ut fuerit *coh(ors) I . . .*

1030 *High Rochester;* ara rep. a. 1852 in effossionibus intra stationem institutis; servatur in *Alnwick castle.* Alta est ped. 3 dig. 2, lata ped. 1 dig. 6.

G ⊘ D ⊘ N ⊘ ET
SIGNORVM
COH·I·VARDVLL
ET N EXPLORA
TOR·BREM·GOR
EGNAT · LVCILI
ANVS·LEGAVGVR
CVRANTE CASSIO
SABINIANO TRḂ

Contuli; Bruce *Newcastle meeting of the archaeological institute* 1 p. 135 ss., *wall* p. 315 (C. R. Smith collect. ant. 4, 1862 p. 166; McCaul *Brit. Rom. inscr.* p. 139); Surridge *notices* p. 4 tab. 1 fig. 1.

7 Mihi in lapide visum est esse AVG, AVG reliquis; sed fortasse erravi, cum Egnatium Lucilianum legatum Gordiani fuisse tam ex hoc ipso titulo constet quam ex titulo in *Lanchester* reperto supra n. 445.

G(enio) d(omini) n(ostri) et signorum coh(ortis) I Vardull(orum) et n(umeri) explorator(um) Brem(eniensium) Gor(dianorum) Egnat(ius) Lucilianus leg(atus) Aug(usti) curante Cassio Sabiniano trib(uno)

1031 *Trouvée dans un camp Romain situé à Riechester, paroisse de Elsdon, au centre de la province de Northumberland; pierre de 3 pieds de haut sur dix-huit pouces de large; une médaille de l'empereur Antonin le pieux fut trouvée avec cette pierre* DUT. *Preserved at Elsden* HUTCH., HODGS. *Now in the possession of Mr. Augustus Caesar Foster, of Campville* BRUCE ed. II. Servatur nunc in *Alnwick castle*. Rep. una cum n. 1035.

卐 *luna* 卐
GENIO ET SIGNIS
COH·Ī·F·VARDVL
C·R·EQ· ⋈
T·LICINIVS·VALERI
ANVS TRIB

Contuli. Dutens *explication de quelques médailles* [Lond. 1776] p. 112 (inde Goughs Camden 3 p. 505; Henzen *Bonner Jahrb.* 13, 1848 p. 89 cui dedit Borghesius); Hutchinson *Northumb.* 1 p. 195; Hodgson 2, 1 p. 142 (inde Newton p. 114, 76 *b*; Henzen 5785); Surridge *notices* tab. 2 fig. 2; Bruce *wall* p. 395.

Genio et signis coh(ortis) I f(idae) Vardul(orum) c(ivium) R(omanorum) eq(uitatae) (miliariae) T. Licinius Valerianus trib(unus)

De signo 卐 cf. supra n. 825.

1032 Rep. in *Riechester*, servata Dunelmi in bibliotheca capitulari; ara parva litteris rudibus.

DEO
HERCV
LENTI

Contuli. Horsley p. 241 *Northumb.* 94 β (inde Warburton vallum p. 145, 94 β; Goughs Camden 3 p. 505 tab. 33 fig. 3; Hodgson 2, 1 p. 145).

Deo Herculenti

Recte interpretatus est Gale; de *L(ucio) Entio* male cogitavit Ward apud Horsleium.

1033 Rep. in *High Rochester in the ruins of a large building on the west side of the south gate of the station* HODGS.; servabatur in *Campville*, nunc est in *Alnwick castle*. Ara alta dig. 37.

DEAE MI
NERVE IVL
CARANTVS
ꝺ S ꝺ C ꝺ

Contuli. Hodgson 2, 1 p. 142; Bruce *wall* ed. II p. 384 (Wright *the Celt* p. 263).

4 S·C *sententia collegii* Hodgs., cum de *senatus consulto* cogitari non posse sentiret recte; sed est *s(ingularis) c(onsularis)*, v. supra n. 229.

1034 Rep. in *High Rochester*, una cum n. 1033 et 1035; servabatur a. 1810 *at Campville* (HODGS.), nunc est in *Alnwick castle*. Ara alta ped. 3 dig. 9, lata ped. 1 dig. 9; litteris optimis.

DEÆ SANCTÆ
MINERVÆ
FLAVIVS SE
VERINVS
TRIB ARAM
DEDIT

Contuli. Hodgson 2, 1 p. 141; Bruce *wall* p. 396.

1035 Rep. in *High Rochester*, una cum n. 1033. 1034; servabatur in *Campville* a. 1810 (HODGS.), nunc est in *Alnwick castle*. Ara alta ped. 3 dig. 10, lata ped. 1 dig. 10, litteris bonis.

卐 X 卍
DEAE · MI
NERVAE · ET
GENIO · COL
LEGI · CÆCIL
OPTATVS · ꝺ
V · S · L · M

Contuli. Hodgson 2, 1 p. 141; Bruce *wall* p. 319. Collegium fortasse indicatur cultorum Minervae; cf. *consecranei* n. 1039.

1036 Rep. in *High Rochester* a. 1832; servatur in *Newcastle* in museo. Arula alta dig. 12, lata 8.

DIS
MOVNTI
BVS IVL
FIRMIN ·
DEC · F

Contuli. *Gent. mag.* 35, 1851 p. 2 et 226; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 267, *catal.* p. 47, 160, *wall* p. 409. 5 DECE Brucii tabula.

Dis Mountibus Iul(ius) Firmin(us) dec(urio) f(ecit)

Cf. *deus Mounus Cad* . . . tituli Habitanciensis n. 997.

1037 *I found this inscription at Rochester in Rhedesdaile* BAINBR. (GRUT., CAMD.). Inde ad *Coniington* translata per Rob. Cotton et postea Cantabrigiam in collegium Trinitatis, ubi extat. Est ara alta ped. 3 dig. 2, lata ped. 1 dig. 6. Litterae instauratae sunt, neque vero immutatae.

D · R · S
DVPL·N·EXPLOR
BREMEN · ARAM
INSTITVERVNT
N·EIVS·C ꝺ CAEP
CHARITINO · TRB
V S L M

Contuli. Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 308 (Grut. 1178, 5 'a Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 661 (inde Burton *Antoninus itiner.* p. 37; Gale it. Ant. p. 6; Reynolds iter Brit. p. 156; Mur. 111, 1 'ex Galeo; misit quoque Bimardus'; ex Mur. Orell. 206); Horsley p. 273 *Northumb.* 95 (inde Warburton vallum p. 147, 95; Goughs Camden 3 p. 505 tab. 33 fig. 1; Newton p. 119, 131); Lamborne in tabula; Hodgson 2, 1 p. 139; Bruce *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 215 (inde I. Becker *Rhein. Mus.* 13, 1859 p. 265), *wall* p. 314.

Lectio certa est; v. 5 in fine CAEP omnes (CAEP· Bainbr.) et ego quoque in re praesenti; atque ita in lapide esse testantur amici Cantabrigienses, quos consului.

D(eae) R(omae) s(acrum). Dupl(arii) n(umeri) explor(atorum) Bremen(iensium) aram instituerunt n(umini) eius, C. Caep(asio?) Charitino trib(uno). V(otum) s(olverunt) l(ibentes) m(erito)

N(omine) eius, i. e. *numeri* legendum proposuit Hagenbuch apud Orellium; sed tum tribuni nomen casu primo positum esse deberet.

1038 *Lately dug up at Riechester, near the northwest corner of the fort* HORSL. Servatur Dunelmi in bibliotheca capitulari.

SILVANO
PANTHEO
PRO SALVTE
RVFINI · TRIB · E
LVCILLAE · EIVS
EVTYCHVS
LIB · COS
V · S · L · M

Contuli; quae in margine laevo perierunt litterae ab Horsleio visae sunt. Horsley p. 243 *Northumb.* 96 (inde Warburton vallum p. 148, 96; Goughs Camden 3 p. 505 tab. 33 fig. 7); Hodgson 2, 1 p. 143; Bruce in schedis.

Silvano Pantheo pro salute Rufini trib(uni) et Lucillae eius Eutychus lib(rarius)? co(n)s(ularis) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

1039 *Lately dug up in Riechester, now in my possession* HORSL. Servatur Dunelmi in bibliotheca capitulari; tabula lapidea magna litteris bonis.

DEO · INVICTO · SOLI · SOC
SACRVM · RO · SALVTE · ET
INCOLVMITATE · IMP · CAES
M·AVREL·ANTONINI·PII·FELIC·
AVG· L·CAECILIVS·OPTATVS p. C. 219—222
TRIB·COH·I·VARDVL·CVM·CON
CRANEIS·VOTVM·LIBES
A · SOLO · EXTRVXI

Contuli. Horsley p. 241 *Northumb.* 94 *b* (inde Warburton vallum p. 146, 94 *c*; Goughs Camden 3 p. 505 tab. 33 fig. 5; Newton p. 117, 103; Henzen *Bonner Jahrb.* 13, 1848 p. 90 'ex schedis Lesleianis' quae cum Horsleio consentiunt, et in sylloge sua 5855); Hodgson 2, 3 p. 140; Bruce *wall* p. 320.

V. 1 post INVICTO· hastam erasam esse observavi in re praesenti.

Deo invicto Soli soc(io) sacrum pro salute et incolumitate imp(eratoris) Caes(aris) M. Aureli Antonini Pii felic(is) Aug(usti) L. Caecilius Optatus trib(unus) coh(ortis) I Vardul(lorum) cum con[se]craneis votum l(i)bes [solvit aedemq(ue)] a solo extrucx[it d(e) s(ua) p(ecunia)?]

1 Mithram Solis socium dici notum est. Unde probabiliter M. Aurelium Antoninum hunc Elagabalum esse statuit Bruce. 5 L. Caecilius Optatus redit supra n. 1035. 6 De cohorte I Vardullorum vide praef. cap. XXXVI. In fine *consecraneos* nominari Thomas Gale (apud Horsleium) primus vidit, collato Capitolino in vita Gordiani c. 14; cui testimonio addendum Tertulliani Apol. c. 16. 7 in fine DEO (ita DEO) post Horsleium omnes; ego dedi quod mihi visus sum deprehendere in lapide. 8 EXTRVCT Horsl. et Hodgs., EXTRVC Bruce. Mihi initium X litterae clare apparuit in lapide. Unde finem tituli supplevi; Horsleius proposuit *votum deo templum a solo extructum* .... (eumque secutus est Bruce), Hodgson *votum deo Mithrae a solo extructum d(ono) d(edit); extruxit* proposuerat etiam Lesleius.

1040 From *High Rochester;* fragmentum servatum in *Alnwick castle.* Litterae intra tabellam ansatam.

DEA
NE · M
I..

Contuli. Bruce in schedis.

1041 In *High Rochester* rep. a. 1852 *in the wall in front of the pretorian buildings.* Servatur in *Alnwick castle;* tabula lapidea litteris bonis.

IMP ⏀ ⏀ CAES · T · AELIO
HD ANTONINO·AVG·PIO·P·P·
⏀ SVB ⏀ Q. LOL · VRBICO ⏀
LEG ⏀ AVG ⏀ PRO ⏀ PRÆ
COH · I · LING
E Q F

Contuli. C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 167; Bruce *Newcastle meeting of the archaeological institute* 1 p. 135 ss., *wall* p. 17; Surridge *notices* p. 16 tab. 2 fig. 6.

2 HD, quod insolenter sane positum est pro Hadriano, videtur a quadratario omissum et postea additum esse. De Q. Lollio Urbico cf. praefatio ad vallum Pii. Cohors I Lingonum in diplomate a. 106 memorata praeterea in *Lanchester* videtur in castris fuisse (v. supra cap. XXXVI); de cohorte Lingonum II v. cap. XIX, de IV cap. LI; III reperta est in diplomate a. 106 solo.

imp(eratori) Caes(ari) T. Aelio H[a]d(riano) Antonino Aug(usto) Pio p(atri) p(atriae) sub Q. Lollio Urbico leg(ato) Aug(usti) pro prae(tore) coh(ors) I Ling(onum) eq(uitata) f(ecit)

1042 *a* Fragmentum rep. in *Rochester,* servatum in *Alnwick castle; b* '*at Rochester*' HODGS.

a
DI
T R
VI · NE
AVRE
O · FEL
AXIM
ONTIF
VI · IMP
V · P

b
VAL
PAR
IMP
INO

a Contuli; Bruce in schedis; *b* Hodgson 2, 1 p. 144 (14e). Coniunxi ego.

Fuit Caracallae, cuius nomina restitui possunt sine negotio, a. fortasse p. C. 213 (scilicet tribuniciae potestatis XVI), ut recte observavit Bruce.

1043 *Rochester,* rep. a. 1743 *in the midst of a heap of rubbish, erected upon two supporters.* Postea apud *Dr. Sharpe in Hartburn* (1782), deinde in *Wallington* apud W. C. Trevelyan (HODGS.), qui postea intulit museo in *Newcastle,* ubi nunc servatur. Tabula marmorea integra, litteris bonis.

IMP · CAES · M · AVRELIO
SEVERO · ANTONINO
PIO · FELICI · VG PARTHIC
MAX · BRIT · MAX · GERM
MAX · PONTIFICI · MAXIMO
TRIB · POTEST · XVIIII · IMP · II
COS · IIII · PROCOS · P · P · COH · I p. C. 215
FIDA·VARDVL·C·R·EQ·∞·ANTO
NIANA · FECIT · SVB CVRA ////
/ / / / / / / / / / / / / / / LEG·VG·PR·PR

Contuli. Chr. Hunter *philos. transact.* 43, 1744 p. 159 tab. 2 fig. 2; I. Taylor ibid. 44, 1744 p. 344 (inde Donat. 143, 6; Goughs Camden 3 p. 505; Orell. 3404); Sharpe Archaeologia 7, 1785 p. 83; Hodgson 2, 1 p. 139 (inde Newton p. 108, 18); I. Bell *gent. mag.* 12, 1839 p. 634; W. C. Trevelyan Archaeol. Ael. 3, 1844 p. 139 (inde Henzen 6700); Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 227, *catal.* p. 7, 12, *wall* p. 320.

8 CREOANO Hunt. 10 LEG·XX·GR Hunt. Reliqua lectio certa est.

6 in fine expectatur IMP·III (cf. Eckhel 7, p. 216); sed II omnibus mihique ipsi ita visum est in lapide esse; immo adnotavi in re praesenti spatium extare tertiae hastae sufficiens, nullum vero eius vestigium deprehendi.

Imp(eratori) Caes(ari) M. Aurelio Severo Antonino Pio Felici Aug(usto) Parthico max(imo) Brit(annico) max(imo) Germ(anico) max(imo), pontific; maximo, trib(unicia) potest(ate) XVIIII, imp(eratori) II, co(n)s(uli) IIII, proco(n)s(uli), p(atri) p(atriae) coh(ors) I fida Vardul(lorum) c(ivium) R(omanorum) eq(uitata) (miliaria) Antoniniana fecit sub cura ..... leg(ati) Aug(usti) pr(o) pr(aetore)

1044 *Rochester*, in parte tabulae lapideae dextra rep. a. 1810 et servata in *Campville*.

. . AELIO
. . EL·[illegible]G
. . ROCoS
. . . CoH·I·F
. . . [illegible] CVRA
. . . G · AVG
. . . . IT · F

Hodgson 2, 1 p. 144 qui v. 1 ipse vidit in lapide potius fuisse RELIO. Idem v. 3 male cogitavit de duobus Aspris consulibus a. 212.

[*imp. Caes(are) M. Aur*]*elio* [*Antonino Pio F*]*el(ice) Aug(usto)* [*trib. pot. . . ., imp. . ., cos., p*]*roco(n)s(ule), p(atre) p(atriae)] coh(ors) I F(ida)* [*Vardul(lorum) s*]*ub cura* [. . . . . *le*]*g(ati) Aug(usti)* [. . . . *fec*]*it? f . . . .?*

1045 *Rochester*, tabula lapidea rep. a. 1855 in effossionibus tum institutis, *outside the west ram part*. Servatur in *Alnwick castle*, longa est ped. 2, alta ped. 1 dig. 7.

IMP · CÆS · M · AVR *e l i o*
[illegible] · PIO · F *el aug.*
RIB · POT · III COS · III P *rocos.* p. C. 220?
P · P · BALLST · ASOL *o coh. i. f.*
VARDVL · AI *toniniana? sub c(ura)*
B · CL · PAVL *i n i l e g. A u g.*
R · R · FE *c i t i n s t a n t e*
P · AEI *i o . . . . . t r i b u n o*

Contuli. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 78, *wall* p. 322.

3 Numerus tribuniciae potestatis erasus videtur III fuisse, idemque etiam consulatus numerus. 6 Legati nomen, quod certum est, aliunde non novi.

Imp(eratore) Caes(are) M. Aurelio [*Antonino*] *Pio F*[*elice Aug(usto)*], *trib(unicia) pot(estate)* [*III*] *co(n)s(ule)* [*III*] *p*[*roco(n)s(ule)*] *p(atre) p(atriae) ballist(arium) a sol*[*o coh(ors) I f(ida)*] *Vardul(lorum)* [*Ant(oniniana) sub c(ura)*] *Tib Cl(audii) Paul*[*ini leg(ati) Aug(usti)*] *pr(o) pr(aetore) fe*[*cit instante*] *P. Ael*[*io . . . . . tribuno?*]

1046 *Rochester*, rep. a. 1852 *lying on the ground near the middle of the station*. Servatur in *Alnwick castle*, tabula lapidea longa ped. 3, alta ped. 1 dig. 9, litteris bonis.

IMP · CAE *s m. aurelio*
[illegible] · PI *o fel. aug.*
[illegible]
. . . . . CoH·I·F · VARD
[illegible] BALLIS ASOLORÆ
SVB C·CL·AP[illegible]LLINI[illegible]
INSANE·AVR·QVINO [illegible] R

p. C. 219/223

Contuli. C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 168; Bruce *Newcastle meeting of the archaeological institute* 1 p. 135 ss., Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 78, *wall* p. 321 (inde Surridge *notices* tab. 2 fig. 5; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 73).

Lectio certa est; v. 3 videntur erasa esse dignitates et munera Elagabali. V. 6 in fine duplex G mihi certa visa est. Bruce Co legit cogitavitque de *leg(ato) Au(gustali) co(nsulari)*, contra usum titulorum constantem. Nisi erravit lapicida, v. 3. 4 fortasse erasa sunt nomina Severi Alexandri sive Caesaris sive Augusti Elagabalo societati (p. C. 221); equidem certe ante CoH vocabulum v. 4. S litterae vestigium e rasura superesse adnotavi in re praesenti de Alexandro non cogitans. Eodem versu in legati cognomine post AP hastae rectae pedem vidi; ceterum homo mihi aliunde non notus est. Mommsenus APVLLINI fortasse positum esse coniecit errore pro PAVLLINI, scilicet propter titulum n. 1045.

Imp(eratore) Cae[*s(are) M. Aurelio Antonino*] *Pi*[*o Fel(ice) Aug(usto) trib(unicia) pot(estate) . . co(n)s(ule) . . proco(n)s(ule), p(atre p(atriae)] coh(ors) I f(ida) Vard(ullorum)* [*Ant(oniniana)*] *ballis(tarium) a solo* [*refecit*] *sub c(ura) Cl(audii) Ap*[*e*]*llini? le*[*g(ati) Aug(ustorum?) instante Aur(elio) Quinto tr(ibuno)*

1047 *At Rochester* HODGS. Servatur in *Newcastle* in museo; litterae v. 1 et 4 evanidae sunt.

[illegible] AR [illegible]
[illegible] B M G
E CASTRO SENA
ACPAT [illegible]

Contuli. Hodgson 2, 1 p. 144 (14 *d*); Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 257, *catal.* p. 37, 120. 1 ANII Bruce; ego paene nihil distinxi. 2 Elementum alterum Hodgson ita exhibet Ꝑ; equidem vidisse mihi visus sum, quod Bruce habet. Sed puto potius fuisse Ꝑ (OPT). 3 in. L Hodgs.

Apparet v. 3 et 4 Iuliam Augustam Severi nominari matrem *castrorum senatus ac patriae*, ut Bruce perspexit; unde titulus fortasse Severi filiorum et uxoris erat. Caracalla v. 2 videtur *optimus Augustus* dici, ut interdum dictus est optimus maximusque princeps.

1048 *At Campville* HODGS. Videtur periisse.

I·VIIII·CIXV III
IT·ÆTAS[illegible]EL
VS·NATAI
[illegible]

Hodgson 2, 1 p. 144 (14 *c*).

1049 *At Campville* HODGS. Servatur iu *Alnwick castle*. Lapis longus ped. 1 dig. 2, altus dig. 10; litteris satis incertis.

VEX ꝺ LEG
VI ꝺ VICT
FECIT

Contuli. Hodgson 2, 1 p. 144 (14 *g*); Bruce *wall* p. 326.

Hodgson ita exhibet VEX .... LEG | VIOVL ... I | IIC .... I. 2 VIC·F Bruce; fortasse recte, nisi fuit VIC·Ꝼ. Solet enim legio *pia fidelis* dici, non *fidelis* simpliciter.

1050 *In Riechester, lately found near the eastern entrance into the station* HUTCH. *At Campville* HODGS. Servatur in *Alnwick castle*, lapis longus ped. 4 dig. 6, altus ped. 2 dig. 6.

VEXILLA†O
Mars Victor LEG XX·V·V *Hercules*
FECIT
arbor aper arbor

Contuli. Hutchinson *Northumb.* 1 p. 210 (inde Goughs Camden 3 p. 505) cui misit Collier; Hodgson 2, 1 p. 142; Bruce *wall* p. 327.

1051 *At Campville* HODGS. Servatur in *Alnwick castle;* litterae intra tabellam ansatam.

COH · I · VA
RDVLLO
RVM · FECIT

Contuli. Hodgson 2, 1 p. 144 (14 *h*); Bruce *wall* p. 324.

1 I·W Bruce. 3 RVMIR)F Hodgs.

1052 *Riechester*, rep. *near the western rampar of the station*, prope titulum n. 1038 HORSL. Servatur Dunelmi in bibliotheca capitulari. Est ex genere lapidum a cohortibus et centuriis in muris valli collocatorum.

P · AEL · ERA
SINVS · RIB

Contuli. Horsley p. 244 *Northumb.* 97 (inde Warburton vallum p. 148, 97; Goughs Camden 3 p. 505 tab. 33 fig. 8).

1053 In *Rochester* rep., servatur in *Alnwick castle*. Lapis integer est, litterae intra tabellam ansatam.

ↄ IVL S

Descripsi. Bruce in schedis.

ↄ (*centuria*) *Iul(ii) S(everi?)*

1054 *Elsdon,* in ecclesia, *in the North wall of the chancel;* cippus magnus ex *Rochester* eo delatus a Singletone; rep. a. 1809 *in a field opposite to the north east corner of the station and on the north side of the rivulet.* Cippus altus ped. 3 dig. 1, latus ped. 2 dig. 6.

S M R T
A LI M S IVI
IIII V V
NRI· \D S G 'I V
IDIS I VIGOR F AVG S
IVSIIANOR ITEM COH II
BREVCOR SVB CVR VIAE
FLAMINIAE ET ALIMENT
SVB CVR OPERVM PVBL
IVLIA LVCILLA C F MARITo
B M VIX AN XLV III
M VI DieB XXV

Hodgson *descr. of Northumberland* p. 153 (inde accepit Borghesi *bull. dell' inst.* 1851 p. 74 qui restituit; ex hoc Henzen 6513), *hist. of Northumb.* 2, 1 p. 90; Bruce *wall* p. 325 (C. R. Smith *Roman London* p. 116, *gent. mag.* 3, 1867 p. 508).

Hodgsonis textum priorem utpote ab ipso postea reprobatum sprevi. Vv. 1—5 dedi, ut Brucii imago repraesentat; 4 I . . . . . , 5 . . . . . C . . . F AVG Hodgs. Restitui nequeunt, nisi forte lapide denuo accurate examinato. 6 IVSMANORITEM COH Hodgs. 7 .RBV COR Hodgs. 11 XLVII Hodgs. 12 M VI D XXV Hodgs.

. . . . . *co[h(ortis) I] Aug(ustae) [L]usi[t]anor(um), item coh(ortis) II Breucor(um), sub cur(atore) viae Flaminiae et aliment(orum), sub cur(atore) operum publ(icorum) Iulia Lucilla c(larissima) f(emina) marito b(ene) m(erenti). Vix(it) an(nis) XLVIII m(ensibus) VI d[ie]b(us) XXV*

Nec cohors I Lusitanorum nec II Breucorum videntur in Britannia tetendisse; munus defuncti militare, quo in Britannia functus est, periit initio tituli.

1055 Rep. in *Rochester*; servatur in *Alnwick castle.*

D N
AVRE\I EX
IM I X COH·T·D/

Descripsi. Bruce in schedis.

D(is) M(anibus) Aureli? Ex[pectati?], im(aginiferi?) [e]x coh(orte) I Da[lmatarum?]

An fuit simpliciter *Aureli Eximi [e]x coh(orte) I Da[lmatarum]?*

1056 *Lately dug up at Riechester* HORSL. Servatur Dunelmi in bibliotheca capitulari.

D ⊙ M
HERMAGOR
A · ALVMNo
HONO
RATVS ⊙
⊙ TRIP/

Contuli. Horsley p. 241 *Northumb.* 94*a* (Warburton vallum p. 145, 94*a*; Goughs Camden 3 p. 505 tab. 33 fig. 2; Hodgson 2, 1 p. 145).

1057 *Near Rochester* HUNT. *About half a mile north of Risingham, close by Watlingstreet and the high way (which is near to or upon it), lies an altar much of the same size and shape as* post n. 1000; *it has a* praefericulum *and a* patera *on one side and a garland on the other. There has no doubt been an inscription upon it, tho' now not the least sign of a letter appears. I think this cannot well be the same altar, which with the inscription upon it Dr. Hunter has described . . .; for the Doctor says he found that near Riechester. However, if this be not the same, I could neither see nor hear any thing of it* HORSL.

D M
C·IVL FL
INGEN

MI LEG
VI V F

Chr. Hunter *philos. transact.* 23, 1702 p. 1132 tab. 2 *f* (inde Horsley p. 240; Mur. 822, 8; Goughs Camden 3 p. 505; Hodgson 2, 1 p. 180).

1058 Rep. in *Rochester*, servatur in *Alnwick castle*; litteris evanidis.

Bruce:	*ego:*
	N . .
F · Co / T C N	AI M I
STP XIIII DEF	TR\IIII E /
SIT · AN II	\IP AN /
XXXXIIII	XXXXIIII

Descripsi ut potui in loco subobscuro collocatam; Bruce in schedis.

1059 *At Campville* HODGS. Servatur in *Alnwick castle.*

Hodgson:	*Bruce:*	*ego:*
D M	D O M	D /// M
RHODVS	ROVI //VS	RC ////VS
MIDVS	M //C MSC	M /////
VIX ANN	VIX ANN	VIX /////
XXXVIII	XXXVIII	XXXVIII

Descripsi ut potui evanidam. Hodgson 2, 1 p. 144 (14 *b*); Bruce in schedis.

1060 Fragmentum rep. in *Rochester*, servatum in *Alnwick caslte.*

F(
EL
ATI

Descripsi.

CALEDONIA.

Britanniae partem maxime septentrionalem Caledoniam dictam esse notum est ex Taciti potissimum testimonio fidissimo, quippe qui a socero terrae eius tum paene incognitae domitore acceperit. Tamen nomen illud fortasse iam a peregrinatoribus vetustis, veluti a Pythea Massiliensi, ad Graecos Romanosque delatum est; eo enim videntur referenda esse quae de *silvae Calidoniae* (ita codices optimi) vicinitate Plinius (n. h. 4 § 102) deque angulo et promunturio Calidonico solitaque ara ab Ulixe inscripta Solinus ex fonte ignoto (22, 1 p. 112, 10 Momms.; appendix additamentorum p. 234, 26) habent (cf. Müllenhoff *deutsche Alterthumskunde* 1 p. 383. 398. 406). In Plinii Solinique codicibus *Calidonia* forma tradita est, eademque etiam in Agricolae duobus, qui supersunt soli, videtur frequentior esse (cf. Wexii adnot. ad c. 11. 25 cet.); formam per η Graeci habent Ptolemaeus (2, 3, 12. 13 cf. 3, 1 Δουηκαληδόνιος, sed apud Ammianum 27, 8, 5 *Dicalydonos* traditur) et Dio (76, 12 ss.). Formata autem est sine dubio a Graecis ad similitudinem Calydonis Aetolicae; ut etiam per *y* scribitur interdum in Plinii et Taciti libris. Unde forma per *i* (vel *u* aut *y*) fortasse vetustior habenda est et omnino praeferenda. Atque partem eam Britanniae tam situ quam incolarum indole ab reliqua insula facile distingui potuisse docent quae de totius insulae forma idem Tacitus profert secutus hic quoque geographos vetustiores (Agric. c. 10 *et est ea facies* — scilicet oblongae scutulae vel bipennis — *citra Caledoniam* e. q. s.; c. 11 *rutilae Caledoniam habitantium comae* cet.). Sed illud quaeritur, ubinam limes fuerit inter Britanniam et Caledoniam. Tertium expeditionum Romanarum annum, post Monam insulam subactam (c. 18) et Brigantes pacatos (c. 20. 21; ii enim soli possunt intellegi, ut dudum observatum est), novas gentes aperuisse Tacitus ait (c. 22), *vastatis usque ad Tanaum* (*aestuario nomen est*) *nationibus; qua formidine territi hostes quanquam conflictatum saevis tempestatibus exercitum lacessere non ausi, ponendisque insuper castellis spatium fuit.* Tanai aestuarium ubi fuerit ignoratur. Scilicet ita *Tanaum*, non *Taum*, ut vulgo edebatur, habere libros Agricolae scriptos duos, qui soli supersunt, nunc iam scimus (cf. Wexii prolegom. p. 191 atque eiusdem et Glückii observationes in annal. philol. 89, 1864 p. 603. 728. 832); unde iam quaeri nequit in Tavo vel Tava (Ταούα εἴσχυσις Ptolemaei 2, 3, 5), quam *the firth of Tay* hodie esse, cui adiacent *Perth* et *Dundee* oppida Scotica, probabiliter statuitur. De *Tyne* autem fluviolo orae Scotiae orientalis inter *Dunbar* et *Leith* oppida ad *Tyningham* influente in mare Germanicum et a Tina Northumbriae diverso, ut Wexius voluit, cogitari non magis potest, quam de *Tweed* fluvio, cuius nomen sane nimis diversum est; omnino quae Ptolemaeus in ora orientali et meridionali (2, 3, 5) enumerat ostia fluviorum Τοῦαισις, Δηούα, Ταούα, Τῖνα (ut subsistamus in sono aliqua ex parte similibus) certo vix poterunt definiri (cf. Ioh. Hill Burton *history of Scotland* 1, 1867 p. 3). Qui apud Ptolemaeum indicantur Caledoniorum limes (2, 3, 12 ἀπὸ τοῦ Λεμαννονίου κόλπου μέχρι τῆς Οὐάραρ εἰσχύσεως) incerti sunt et ipsi neque necessario referendi ad regionis universae nomen. Sed quarta demum aestate utpote *inventus in ipsa Britannia terminus* (cf. Agricolae verba c. 33 *finem Britanniae . . . tenemus; inventa Britannia et subacta*) nominantur a Tacito (c. 23) *Clota et Bodotria* (Κλώτα et Βοδερία εἴσχυσις Ptolemaei 2, 3, 1 et 5) *diversi maris aestibus per immensum revectae, angusto terrarum spatio* diremptae, quod terrarum spatium *tum praesidiis firmabatur atque omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus.* Sequitur quinto anno expeditio in regionem ex adverso Hiberniae sitam (c. 24), sexto in civitates trans Bodotriam sitas simul cum classe ducta (c. 25), pugna cum legione nona (c. 26), ulterior in Caledoniam progressus (c. 27), cohortis Usipiorum fatum (c. 28), denique post victoriam reportatam ad montem Graupium (c. 29—37) frustra adhuc quaesitum (non Grampium, cui pravae lectioni obtemperantes Britanni dudum montes Scotiae hodiernae ad vallem Devae, hodie *Dee*, superiorem *the Grampian hills* vocare consueverunt) exercitus in fines Borestorum deductus, classis in portu Trutulensi collocata (c. 38 quocum conferendum *Ugrulentum* oppidum Ravennatis 5, 31 p. 435, 21). Ex hoc rerum nexu apparet, nisi omnia me fallunt, quanquam Taciti verba non satis dilucida sunt, utpote oratoris, non geographi, novas illas gentes usque ad Tanaum, quas tertius expeditionis annus aperuerit, non Brigantes fuisse, quorum in finibus Agricolam castella disposuisse supra vidimus in narratione de vallo Hadriani (p. 99), sed et ipsas ad Caledoniam pertinuisse atque, etiamsi fines Caledoniae accuratius non indicantur, tamen ab isthmo inter Clotam et Bodotriam versus meridiem eas fuisse; atque video similiter etiam iudicasse Wexium (prolegom. p. 191). Itaque stationes et castella ea, quorum titulos iam recensebimus, non sine quodam iure Caledoniae veteri adscribemus, ut ad hodiernam Scotiam spectant; unde fortasse hic quoque limites servati sunt vetustissimi.

Auctores titulorum in Caledonia repertorum, de quibus commodum visum est hoc loco in universum agere, hi sunt.

1. Cum Hector Boethius (Scotorum historiae. Parisiis 1574 fol.) itemque Georgius Buchanan, historicorum Scotorum princeps (*rerum Scoticarum historia* eius impressa est primum Edinburgi 1582 fol., deinde saepe repetita), titulos inscriptos neglexerint, Camdenus eiusque amici hic quoque auctores epigraphici antiquissimi sunt. Inter amicos primo loco nominandus est Gericius nostras, qui descripsit titulos quattuor (n. 1110. 1126. 1127. 1143); cum eo videtur peregrinatus esse Servatius ille Reichell (sive Rihelius) nominatus a Camdeno (cf. n. 1126. 1143). Eosdem quattuor quos Gericius ponit titulos Camdenus ab alio quodam amico accepit mihi ignoto; Anonymum dixi. Ricardus Bainbrigg unum tantum vidit (n. 1143). Quos Gruterus 'ex Velserianis', ut ait, habet titulos duos (n. 1082. 1143, ubi etiam nominatur 'oculatus testis' aliquis in editione altera 'Lluyd Masson' mihi aliunde non notus), quanquam non prorsus consentiunt cum exemplis Camdenianis impressis, tamen aliqua ratione ex iis suspensa esse probabile est. Nam alter eorum Camdeno innotuit ex libro impresso a. 1593 Iohannis Napier *of Merchiston* (n. 1082); alter etiam a reliquis Camdeni amicis descriptus est (n. 1143). Restat unus (n. 1126), quem ex Camdeni schedis Seldenus primus edidit; postea nusquam comparuit. Iacobus Dalrymple, qui descriptionem Scotiae Camdenianam lingua vernacula denuo edidit (Edinburgi 1595 8., deinde saepius), novi nihil attulit, sed titulos Camdenianos ex parte videtur interpolasse (v. n. 1082).

2. Inter antiquarios Scotos primus, qui quidem titulos collegerit, Robertus Sibbald est medicus et historiographus (vixisse fertur a. 1643 ad 1712). Liber vero eius principalis, qui inscribitur *Scotia illustrata sive prodromus historiae naturalis* cet. (Edinburgi 1684 fol.), titulos non magis continet quam quae servantur Edinburgi in bibliotheca advocatorum quae dicitur schedae eius ad opus illud augendum congestae tam ab ipso (33, 3. 26; 5. 19) quam a Iacobo Balfour, *Lyon king at arms* (33, 3. 27; (inscriptae sunt *collection on the severall shires, originall with considerable additions by Sir Rob. Sibbald under his hand*); praeterquam quod in ultimo schedarum Balfourianarum fasciculo titulos a Camdeno editos repetivit. Deinde impressum est *auctarium musaei Balfouriani e musaeo Sibbaldiano sive enumeratio et descriptio rerum rariorum tam naturalium quam artificialium* cet. (Edinburgi 1697 12.); insunt ei libello tituli sex non satis accurate descripti (n. 1084. 1085. 1094. 1126. 1127. 1141) falsusque vel male omnino lectus et interpolatus unus (n. 15*). Eosdem fere titulos scriptor repetivit in Gibsonis Camdeno. Plures deinde addidit in libro sic inscripto satis verbose: *historical inquiries concerning the Roman monuments and antiquities in the North-part of Britain called Scotland. In which there is an account of the Roman walls, ports, colonies and forts, temples, altars, sepulchres and military ways in that country; and of the Roman forces lodged there, from the vestiges and inscriptions yet remayning; and from the urns, medals, measures and buckles and arms, and such like antiquities found there, with copper-cuts of the most remarkable of them* (Edinburgi 1707 fol.; III et 52 pp. cum tabulis aeri incisis 10; prodiit iterum una cum aliis eius scriptionibus post mortem scriptoris in *collection of several treatises in folio concerning Scotland as it was of old and also in later times* Edinburgi 1739 fol.). Accesserunt praeter titulos iam editos in museo Balfouriano alii novem (n. 1082. 1083. 1125. 1130. 1132. 1140. 1142. 1143. 1145), descripti omnes ab ipso diligenter, quamvis non perite. Postea quoque scriptionibus nonnullis egit de Scotiae

antiquitatibus variis, quae simul deinde editae sunt hoc titulo: *tractatus varii ad Scotiae antiquae et modernae* (sic) *historiam facientes, in unum collecti et iam primum editi* (Edinburgi 1711 fol.); insunt inter alia (vide accuratam libri enarrationem apud Lowndes 4 p. 2391) *introductio ad historiam rerum a Romanis gestarum in ea borealis Britanniae parte, quae ultra murum Picticum est* cet.; *commentarius in Iulii Agricolae expeditiones; series rerum ab aliis praefectis Romanis post Agricolam gestarum; miscellanea quaedam eruditae antiquitatis, quae ad borealem Britanniae maioris partem maxime pertinent; vindiciae Scotiae illustratae contra Prodromomastiges.* Titulos in scriptionibus hisce profert antea ab ipso iam editos tantum, sed hic illic emendatos; unde citavi. In schedis Camdeni et Cottonis Londiniensibus titulos nonnullos ad stationes valli Britannici repertos secundum scripturae similitudinem quamvis fallacem ad Sibbaldum coniectura rettulimus amici Londinienses et ego; putandi sunt illi necessario post mortem demum Camdeni vel Cottonis inter schedas eius locum invenisse (cf. supra p. 142,5). Sed si recte coniecimus, demonstrant hominem etiam ultra patriae fines antiquitatum curiosum fuisse earum certe, quae non procul a Scotiae finibus repertae sunt. Libri libellive eius hodie rari omnes hominem produnt rerum antiquarum gnarum fideique incorruptae; unde qui in eius scriptis produntur tituli vel falsi vel interpolati duo (n. 14* 15*) non fraudi sed credulitati eius adscribendi sunt. Ex Sibbaldi scriptis proveniunt tituli perpauci, qui inscriptionum collectoribus saeculi XVII innotuerunt Fabrettio (n. 1132. 1140) et Sponio (n. 1094); quanquam hic unde habeat auctorem nominat vel potius locum *Fahl* Scotum (puto enim indicari *the faal* aut vallum Scoticum, quod vocabulum cum nostro *Pfahlgraben* dicitur convenire; vide infra praefationem ad vallum Pii), ille vero titulum alterum (n. 1130) etiam novisse potest ex transactionibus philosophicis, in quibus edidit a. 1695 Eduardus Lluyd (de quo dixi supra p. 43); Fabrettii enim sylloge prodiit a. 1699 (novo deinde titulo a. 1702).

3. Ioh. Slezer (*theatrum Scotiae* Lond. 1693 fol.; *a new edition . . by* J. Jamieson Edinburgi 1814 fol., quam vidi solam) titulum unum profert (p. 35) ex Camdeno notum (n. 1143).

4. Guilelmus Stukeley (vide praefationem p. 8, 13) primus descripsit et delineavit aedificium rotundum, fortasse sepulcrum, quod prope *Camelon* (*Stirlingshire*), a vallo Pii paullo magis versus septentriones extabat, hoc autem saeculo ineunte destructum est propter eius qui locum tum possidebat avaritiam (lapides enim inde extrahere voluit suos in usus), *Arthurs Oven* a vulgo dictum (*an account of a Roman temple and other antiquities near Grahams Dike in Scotland* (Lond. 1720 4.). Ei scriptioni inseruit tabulam aeri incisam, quae titulos continet in Scotia ad vallum repertos decem (n. 1083. 1084. 1125. 1127. 1130. 1133. 1136. 1140. 1141. 1142) '*from Mr. Edward Lluyd's manuscript collections*, ut ait, *now in the hands of Sir Thomas Seabright*'; eandem deinde repetivit in itinere boreali (i. e. itineris curiosi parte postrema ed. II ad p. 61) ita signatam 72 2^d et inscriptam sic: *inscriptionum syllogen hanc prope vallum Picticum in Scotia a gente victrici positarum comiti Pembrockiae mentis magnitudine virtutum eiusdem aemulo et antiquitatis fautori egregio d. l. m. Wilh. Stukeley qui fec. aq. for. 1720.* Unde eum delineasse quidem tabulam, neque vero titulos vidisse patet. Qui peccaverit (peccata enim aliquot insunt), utrum describendo Eduardus Lluyd eiusve amici an Stukeleius delineando non magni momenti est; hoc vero puto magis probabile esse.

5. Post Sibbaldum inter indigenas de antiquitatibus patriis bene meritus est Alexander Gordon, quanquam homo fuit mediocris eruditionis (musicae enim artis magister dicitur fuisse; cf. Stuart Caledonia ed. II p. 273; Gualtero Scott in narratione celebri *the Antiquarian* inscripta '*the Sandie Gordon*' est; obiit c. a. 1750 in Carolina Americae). Liber eius inscriptus est itinerarium septentrionale: *or a journey thro' most of the counties of Scotland and those in the North of England; in two parts (part I an account of Roman antiquities found and collected on that journey; part II an account of Danish invasions* cet.), *the whole illustrated with 66 copper-plates* (Lond. 1727 fol.; Latine versum dicitur prodiisse Amstelaedami a. 1731); accedit supplementum hodie rarum *additions and corrections, by way of supplement, to the* itinerarium septentrionale: *containing several dissertations on, and descriptions of Roman antiquities, discovered in Scotland since publishing the said itinerary, together with observations on other ancient monuments found in the North of England, newer before publish'd* (Lond. 1732 fol.). Edidit in opere eo praeter titulos a prioribus iam visos sed ab ipso denuo descriptos quindecim (n. 1083. 1084. 1085. 1094. 1125. 1126. 1127. 1132. 1133. 1136. 1140. 1141. 1142. 1143. 1145) tredecim nondum notos (n. 1086. 1089. 1098. 1101. 1102. 1106. 1107. 1109. 1117. 1118. 1119. 1120. 1137) atque praeterea tres per epistulas Rogerii Gale ad ipsum explicatos in additionibus operis (n. 1062. 1069. 1070). Titulos non perite eum descripsisse mirum non est; sed descripsit modestia usus laudabili, scilicet ea tantum exhibuit, quae re vera in lapidibus vidisse sibi visus est; ab hariolationibus vero abstinuit certe in legendis, minus in illustrandis titulis. Itaque sua laude non est defraudandus.

6. Horsleio, quanquam etiam Scotiam adiit et antiquitates eius Romanas investigavit eadem qua Britanniae propriae diligentia, titulos plures videre non contigit quam Camdeni amicis, Sibbaldo, Gordoni. Sed hic quoque peritia et fide, qua titulos repraesentavit a se ipso visos plus minus triginta, qui ante eum idem fecerant omnes longe superavit. Praeterea eum primum iustam valli Scotici enarrationem exhibuisse videbimus infra. Titulos tres suo tempore in *Birrens* detectos (eosdem, quos Rogerius Gale in appendice operis Gordoniani edidit n. 1062. 1069. 1070) debebat

7. Baroni Clerk, nobili Scoto, qui eosdem paullo post seorsum edidit in *dissertatione de monumentis quibusdam Romanis in boreali Magnae Britanniae parte detectis anno MDCCXXXI* (Edinburghi apud T. et W. Ruddimannos 1750 4.), sine eius nomine publici iuris facta, atque praeterea antiquitates in Scotia repertas varias, titulos, signa, nummos et similia collegit in sede sua *Pennycuick* prope Edinburgum; unde postea in museum Edinburgense pervenerunt pleraque (cf. infra n. 15).

8. Quae Edinburgi servantur in bibliotheca advocatorum (35, 3. 12) collectanea topographica manu scripta (*geographical collections relating to Scotland, containing a particular description of shires, parishes, burroughs* et cet. *in that kingdom.* Vol. 1, 1748 fol.), ea spem meam fefellerunt; titulorum enim nihil in iis repperi. Idem de aliis quibusdam eiusdem bibliothecae schedis topographicis valet (veluti *Lieutnant Hutton's collections*, 29. 4. 2).

9. Richardus Pococke (cf. supra p. 9, 18) titulum unum accepit ex *Birrens* (n. 1077) Horsleio iam notum; Scotiam ipse adiisse titulorum certe describendorum causa non videtur.

10. Alius contra peregrinator Britannus, Thomas pennant, qui Scotiae partem adiit a. 1769 et 1772 (*a tour in Scotland* cet. 2 voll. cum appendice ed. I Lond. 1772, ed. II vol. 1 Chester 1774, vol. 2 Lond. 1776 4., qua utor; cf. *Lowndes* 4 p. 1823) titulos in *Birrens* repertos et tum servatos in *Hoddam Castle, Dumfriesshire,* delineatos accepit a *Sir William Maxwell, Bart., of Springkeld* (cf. vol. 1 p. III et 93) edidit que in appendice p. 406 ss. adiecta tabula. Insunt Netherbienses tres (supra n. 953. 961. 970) et Amboglannensis (n. 837), item miliarium repertum in Cumbria. Reliqui tituli decem (n. 1062. 1063. 1064. 1065. 1069. 1070. 1073. 1076. 1077. 1078) non bene descripti sunt, sed partim a Pennante solo servati (n. 1064. 1065. 1073. 1076. 1078).

11. Guilelmus Roy, vir inter exercitus Britannici duces eruditione excellens (*Major-General of His Majesty's forces, Deputy Quarter-Master General, and Colonel of the 13th regiment of foot*), primum per novem annorum spatium, qui fuerunt 1747 ad 1755, dum tabulis topographicis Britanniae septentrionalis publice conficiendis instat (una cum *General Melvil* eiusque fratribus; cf. Goughs Camden 4 p. 158), atque deinde post finitum bellum septem annorum inde ab anno 1764 Agricolae expeditionem Caledonicam castrorumque tempestivorum ab eius exercitu factorum vestigia quantum fieri posset indagare indeque castrametationis Romanae rationes accuratius quam tum factum erat explorare sibi proposuerat (ut ipse narrat in praefatione operis mox indicandi p. IV—IX). Quas investigavit castrorum viarumque reliquias eae quanquam utrum re vera, ut ipse sibi persuasit, ad Agricolae copias referendae sint necessario necne difficillimum est diiudicare; unde id quod praecipue gloriatus est repperisse sese via ac ratione, scilicet pugnae ad montem Graupium locum (quem non cum Gordone et Horsleio p. 44 ad *Dalgin Ross, in the head of Strathearn* fuisse putat, scilicet a vallo Pii versus septentriones

et a *Perth* urbe versus occidentem non procul ab lacu *Loch Earn*, sed, quanquam castrorum locum accurate definire non potuit, prope *Lawrence Kirk*, *Keir* et *Drumlithy*, in *Strathmore* et *Kinkardine*, non procul ab ora Scotiae orientali et ab *Stonehaven* oppido versus occidentem; v. librum eius p. 87 tab. 20), nondum videtur positum esse extra omnem dubitationem (cf. quae nuperius de eadem re scripserunt Gough in Camdeno suo 4 p. 157 ss; Andr. Small *interesting antiquities recently discovered in Fife, ascertaining* [?] *the site of the great battle fought betwixt Agricola and Galgacus* cet. Edinburgi 1823, 8.; Stuart professor Aberdoniensis in Archaeologia Scotica 2, 1831 p. 289 ss.; Lieutenant Colonel Miller *an inquiry respecting the site of the battle of the mons Grampius* Archaeol. Scot. 11, 1857 p. 19 ss. qui pugnam accidisse putat prope lacum *Loch Leven*, iuxta *Wellfield* et *Lomond Hill*). Accedit quod casu quodam infelici in manus hominis alioquin sani iudicii pervenit Bertrami Ricardus Coriniensis; in cuius itineribus pervestigandis et explicandis operam consumpsit diligentem et laboriosam, sed iusta fruge, ut consentaneum est, omnino carentem. Nihilo autem setius liber eius iure dignus iudicatus est a societate antiquariorum Londiniensi qui impensa eius post mortem scriptoris ederetur splendide adiectis tabulis ab ipso scriptore optime et peritissime delineatis; ex quo non leve auxilium hodie quoque eos puto petere posse, qui in castrorum Romanorum formam secundum Polybii et Hygini rationes denuo inquirere sibi sumpserunt. Praestat sane ea ratione non paullum alteri eius generis libro, quem hoc loco propter argumenti similitudinem memorasse satis erit, scilicet Edwardi King munimentis antiquis (4 voll. Lond. 1799—1805 fol.), quorum alterum volumen huc spectat. Inscriptus autem est liber Guilelmi Roy ita longiuscule: *the military antiquities of the Romans in North Britain and particularly their ancient system of castrametation, illustrated from vestiges of the camps of Agricola existing there, hence his march from South into North Britain is in some degree traced. Comprehending also a treatise, wherein the ancient geography of that part of the island is rectified, chiefly from the lights furnished by Richard of Cirencester. Together with a description of the wall of Antoninus Pius, commonly called Grime's Dyke. To which is added, an Appendix, containing detached pieces. The whole being accompanied with maps of the country, and plans of the camps and stations* &c. (Lond. 1793 fol., insunt tabulae 51). Propter solam valli Scotici descriptionem liber semper summa laude dignus manebit; tituli vero inscripti in appendice tantum aliquot proponuntur a scriptore ipso (vide Netherbiensem supra n. 954) et a Guilelmo Anderson professore Glasgoviensi (n. 1093. 1099. 1111—1115).

12. Eidem Andersoni (mortuo a. 1796), nisi fallor, opus debetur a curatoribus universitatis Glasgoviensis post a. 1771 editum (is enim annus ultimus in eo memoratur) hoc titulo: *monumenta Romani imperii, in Scotia, maxime vero inter vestigia valli, auspiciis Antonini Pii imperatoris, a Fortha usque ad Glottam perducti, reperta, et in academia Glasguensi adservata, iconibus expressa.* Sunt monumenta Romana triginta duo delineata accurate, quanquam non eleganter, atque aeri incisa, quae etiam hodie servantur Glasgoviae in museo Hunteriano universitatis, ubi contuli adiutus W. P. Dicksonis amicitia. Praeter anaglypha aliquot tituli inscripti proponuntur numero viginti quattuor (n. 1093. 1097. 1099. 1103. 1111—1115. 1117—1121. 1126. 1132. 1136. 1137. 1140—1143. 1145). Commentationem Andersonis manu scriptam eam, quae prodiit in libro Guilelmi Roy (p. 200 ss.), servat bibliotheca musei Andersoniani Glasgoviensis, quae collectiones eius ad naturalem historiam pertinentes continet; adhaerent ei observationes aliquot a Ioh. Hart scriptae a. 1836, unde novi nihil didici. Reliquas Andersonis schedas ad antiquitates spectantes, de quibus Stuart loquitur (p. 275), ego non vidi. Tabulis Glasgoviensibus Gough potissimum usus est in editione sua Camdeni.

13. Sir Iohn Sinclair, *Bart.*, *the statistical account of Scotland, drawn up from the communications of the ministers of the different parishes* (voll. 21 Edinburgi 1791—1799 8.) et *the new statistical account of Scotland by the ministers of the different parishes* cet. (voll. 15 Edinburgi 1845 ss.). Libri utilissimi et iure celebrati propter accuratam locorum descriptionem, quae multa quoque Romanorum vestigia recenset, tamen titulos perpaucos tantum referunt aliunde iam satis notos.

14. Iacobus Douglas nenia Britannica, *or sepulchral history of Great Britain from the earliest period to its general conversion to christianity* (Lond. 1793 fol. cum tabulis multis) praeter externae originis titulos aliquot unius tantum amphorae inscriptionem continet.

15. Inde ab a. 1792 prodierunt commentationes Societatis Antiquariorum Scoticae (Archaeologia Scotica, *or transactions of the society of antiquaries of Scotland*, voll. 1—4 Edinburgi 1792. 1831. 1833. 1857 4.), quibus accesserunt inde ab a. 1851 acta minora (*proceedings of the society of antiquaries of Scotland*, voll. 1—6 Edinburgi 1851—1867 4 min.). Ad epigraphiam non multa in iis pertinent; omnia vero me adhibuisse consentaneum est. Debetur eidem societati museum Edinburgense, quod praeter alia permulta etiam titulos aliquot continet ex locis variis eo delatos (cf. catalogus musei, ed. a. 1863, p. 56 ss.; synopsin musei editam a. 1849 8. non vidi). Quos ut commode describere possem effecit eorum, qui museum curant, liberalitas itemque amicorum Edinburgensium officiosa diligentia, Eduardi Woodford iam defuncti, Iohannis Stuart, qui societati ab epistulis est, item Iosephi Anderson, curatoris musei. Optandum sane, ut monumenta quotquot a privatis olim collecta sunt, in loco eo publico ab interitu vindicentur, ut accidit titulis ab Ioh. Clerk (supra p. 7) olim collectis in *Pennycuick* (n. 1062. 1069. 1070. 1086; contra periisse videntur n. 1077. 1101. 1102); adde n. 1080. Sed idem non omnibus videtur contigisse titulis inscriptis, quos olim in praedio suo *Hoddam Castle* in *Dumfriesshire* collegerat Carolus Kirkpatrick Sharp iam defunctus. Scilicet quattuor eorum pervenerunt in bibliothecam universitatis atque deinde in museum (n. 1063. 1068. 1072. 1074); reliqui, qui fuerunt numero quinque (n. 1064. 1065. 1066? 1071. 1073), ubi extent ignoratur; frustra sane mea causa eos indagaverunt Stuart et Anderson. Similiter qui apud privatos servabantur tituli alii non pauci (n. 1067. 1081. 1084. 1089. 1090. 1094 1101. 1102. 1104. 1105. 1109. 1110. 1110*a*. 1116. 1125. 1126. 1129) aut perierunt aut latent. Itaque musea duo Scotiae publica Glasgoviense et Edinburgense nondum omnia, quae debent, collecta et servata tenent. Cum a. 1856 institutum archaeologicum Britannicum Edinburgum convenit, quae tum ibi coacta erant monumenta antiquitatis varia descripta sunt et delineata (*illustrated catalogue of antiquities, works of art and historical Scottish relics exhibited in the museum of the archaeological institute* cet. *during their annual meeting, held in Edinburgh, July 1856.* Edinburgi 1859 8.); sed tituli inscripti non sunt exhibiti. Ceterum servantur in museo Edinburgensi etiam tituli aliquot externi, veluti Cyrenenses (cf. Archaeol. Scot. 4, 1857 p. 344 ss.) et Italici, a Stuarto in editione priore ex parte male tributi Caledoniae; sed errorem correxit qui secundam editionem curavit.

16. Georgius Chalmers libro suo optimo, qui inscribitur Caledonia, *or an account, historical and topographical, of North Britain, from the most ancient to the present times, with a dictionary of places, chronographical and philological* (Lond. 1807—1824 3 voll. 4.; plura non prodierunt) ad titulos inscriptos omnino non respexit.

17. Ioh. Pinkerton (*an inquiry into the history of Scotland; a new edition*, Edinburgi 1814 2 voll. 8.) praeter titulum christianum unum, qui huc non pertinet, titulos item neglexit. Similiter sese habet Iosephi Ritson liber (*annals of the Caledonians*. Edinburgi 1828 2 voll. 8.) extantque sine dubio alii eius generis praeterea, quos non novi; sed a re epigraphica eos alienos esse omnes certum est.

18. Rob. Chambers (*the picture of Scotland*, Edinburgi 1827 2 voll. 8.) monumenta aliquot operis tectonici sive Romana sive quae Romana esse creduntur exhibet depicta (velut 1 p. 362 pontem prope *Bothwellhaugh*, *Orbiston*), titulos vero nullos.

19. Ioh. Hodgson, Northumbriae historiographus, cum de vallo Hadriani ita ageret, ut quaecunque eius generis munimenta extarent diligenter compararet, quasi sponte, ut ipse ait (2, 3 p. 260 ss.) eo delapsus est, ut plenam etiam valli Scotici enarrationem operi suo insereret. Titulos ipse non videtur vidisse (quanquam fortasse adiit loca aliquot Scotiae, velut *Netherby*), sed expressit Camdenum, Gordonem, Horsleium, Thomam Pennant, Ricardum Gough; in vallo enarrando, ut par est, Guilelmum Roy potissimum secutus est; titulos autem aliquot accepit descriptos ab amicis (ut n. 1122).

20. Postquam pauca hoc saeculo addita sunt notitiae rerum in Caledonia

Romanarum a singulis, veluti ab I. SKINNER (n. 1104. 1105. 1116), I. REDDOCK (n. 1090), laudabili sane studio a. 1844 Robertus STUART Glasgoviensis, consilio Iohannis Buchanani potissimum, fautoris studiorum antiquitatis, munus in se suscepit haud facile cuique vires vix sufficiebant colligendi et exponendi quaecunque sciri possent de Romanorum in Scotia imperio. Ita ortus est liber eius inscriptus *Caledonia Romana: a descriptive account of the Roman antiquities in Scotland* (Edinburgi 1845 8 mai.), utilis sane, neque vero satis accuratus nec cum Horsleii, cuius exemplum sequitur, ullo modo comparandus; quem post mortem scriptoris praematuram (scilicet a. 1848 obiit Glasgoviae cholera morbo abreptus) iterum edendum curavit auspiciis Danielis Wilson (infra n. 22) et Iohannis Buchanan (qui verus eius quoque editionis auctor erat) et hic illic auxit (cf. n. 1079. 1123. 1132) David THOMPSON professor Aberdoniensis, Stuarti gener. Eam editionem in hac sylloge citavi ubique. Insunt tituli plus minus quinquaginta ex parte tantum ex lapidibus excepti et iam antea noti plerique (exceptis n. 1095. 1096. 1145); quae ad illustrandos eos protulit scriptor rerum antiquarum parum gnarus magna ex parte falsa sunt (cf. censura Caroli Friderici Hermanni *Götting. gel. Anz.* a. 1846 p. 1417 ss.). Tamen laudandus est propter enarrationem rerum a Romanis in Caledonia gestarum in universum perspicuam et propter dilucidam locorum descriptionem, in qua Guilelmum Roy potissimum secutus est.

21. Patricii CHALMERI opus splendidum (*the ancient sculptured monuments of the county of Angus.* Edinburgi 1848 fol.; cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 105 ss.) a monumentis iis incipit, quae extra huius syllogae terminos cadunt; unde non profuit.

22. Daniel WILSON (*honorary secretary of the society of antiquaries of Scotland*) in libri sui, quamvis et ipse ab Ricardi Coriniensis fraudibus non satis cavit, curiosi et eruditi (*the archaeology and prehistoric annals of Scotland.* Edinburgi 1851 8.) parte tertia (p. 363 ss.) de Romanorum in Scotia vestigiis in universum egit atque titulos inscriptos aliquot protulit antea ineditos. Eorum partem ipse vidit (n. 1063. 1068. 1072. 1074. 1083. 1100. 1132), duos ex libris impressis desumpsit (n. 1125. 1133), reliquos protulit ex schedis servatis apud societatem antiquariorum Edinburgensem, quas mea causa Iosephus Anderson contulit. Sunt autem hae. *The Morton manuscript* (scriptio est quinque paginarum; inscripta *ancient inscriptions on stones found in Scotland;* scriptor creditur esse Iacobus comes de Morton mortuus a. 1786; dono data est societati antiquariorum Edinburgensi a Susanna comitissa vidua *de Morton* a. 1827, cf. Wilson p. 392) continet titulos septem (n. 961. 1082. 1094. 1110. 1126. 1127. 1143) iam notos, sed aut e lapidibus exceptos neque vero accurate, aut fortasse ex schedis antiquioribus (cf. n. 1187 ubi duplex adscripta est indicatio, Latina et vernacula). Duo (n. 1087. 1110*a*) videntur inediti esse; etiam de anaglyphis, ut videtur, ad n. 1087 memoratis liticinum duorum, praeterea nulla, nisi fallor, memoria superest Praeterea idem Wilson usus est epistulis quibusdam epigraphicis a W. S. Irvine a. 1815 scriptis et societati antiquariorum Edinburgensi datis per Davidem Brewster; scriptor in eo erat ut librum ederet inscribendum 'regnum Cambrense', quem titulis illis illustrare voluit (cf. Wilson p. 395). Edidit inde titulos ad *Birrens* pertinentes tres, unum ab anonymo editum in *the gentleman's magazine* (n. 1071), ineditos reliquos (n. 1066. 1067); praeterea falsum n. 13*. Plura in schedis illis non inesse affirmat Anderson. Simile atque Wilsonis argumentum nuper tractatum est fuse a Col. Forbes Leslie in libro picturis ornato elegantibus (*the early races of Scotland* 2 voll. Edinburgi 1866 8.); sed titulos ille aevi Romani inscriptos omnino non respexit.

23. Post Stuartum et Thompsonem tituli Scotici innotuerunt perpauci, editi illi ab Iohanne BUCHANAN (n. 1128), Ioh. Alex. SMITH (n. 1081), C. R. SMITH Londiniensi (n. 1063. 1068. 1072. 1080). Qui aut Scotiae historiam in universum tractaverunt, veluti, ut pro multis unum nominem omnium celeberrimum, Gualterus SCOTT (*provincial antiquities of Scotland* Lond. 1826 2 voll. 8. et *the history of Scotland.* Lond. 1830 2 voll. 8.), aut singulas eius regiones libris illustraverunt, veluti Guilelmus NIMMO (*a general history of Stirlingshire* cet. Edinburgi 1777 8.), Ioh. Phil. WOOD (*ancient and present state of the parish of Cramond* cet. Edinburgi 1794 4.; cf. n. 1083. 1084. 1086), Iosephus IRVING (*the history of Dunbartonshire* ed. II Dumbarton 1860 4.; cf. n. 1111—1114. 1135. 1141), Georgius Vere IRVING et Alexander MURRAY (*the upper ward of Lanarkshire described and delineated* 3 voll. Glasgoviae 1864 4.), Guilelmus CHAMBERS (*history of Peebleshire.* Edinburgi 1864 2 voll. 8), item societates praeter Edinburgensem (supra n. 15) antiquitatis studiosorum, quae extant in *Berwick* (*proceedings of the Berwick Naturalist's Club.* 5 voll. Edinburgi 1831—1863; insunt non pauca quae ad antiquitates spectent), *Glasgow* (*proceedings of the Glasgow philosophical society.* Glasgoviae 1842—1845 8.; *the Glasgow archaeological society,* cf. *gent. mag.* 3, 1857 p. 660), *Perth* (*transactions of the Perth literary and antiquarian society* vol. I Perth 1827 4.) permulta protulerunt ad interiorem notitiam castrorum, viarum, sepulcrorum tam Romanorum quam gentium, quae postea fuerunt, titulos vero aut nullos aut iam notos tantum proposuerunt. Nuper curiose investigari coepta sunt aedificia vetusta, quae Pictorum casulae a vulgo denominantur (cuius generis etiam *Arthurs Oven* videtur fuisse, de quo dixi) atque sepulcra fortasse habenda sunt; egit nuper praeter alios de iis Georgius Petrie (*archaeological journal* 20, 1863 p. 32 ss.). Monumentum eius generis fortasse maxime memorabile inscriptionibus Runicis exornatum in insula *Orkney* detectum est (cf. I. Pettigrew in collectaneis archaeologicis vol. 2, 1863 p. 1 ss.). Praeterea etiam medii aevi ineuntis monumenta Scotiae Cambricis (supra cap. XV) et Hibernicis similia, cruces et pilae anaglyphis et titulis ornatae, quales Chalmers (supra n. 21) collegit, tractari non desinunt (cf. G. Moore *ancient pillar stones of Scotland.* Edinburgi 1865 8.), itemque signa rupibus incisa Northumbricis a Brucio editis (v. supra p. 142 praef. ad cap. LI) similia (*Sir I. Y.* Simpson, *Bart., archaic sculpturings of cups, circles* &c. *upon stones and rocks in Scotland, England and other countries.* Edinburgi 1867 fol. cum tabulis 36; cf. *gent. mag,* 4, 1867 p. 221).

Ego cum Scotiam adii a. 1866 descripsi titulos servatos in museis Edinburgensi et Glasgoviensi atque etiam in *Perth* oppido fui eiusque museum inspexi, quanquam fructu vix ullo; deinde libris impressis et scriptis usus quotquot nancisci potui (atque haud facile quid eius generis extaret resciscere potui auxiliis bibliographicis, quae ad Scotiam proprie illustrandam facerent, paene prorsus destitutus; cf. supra p. 12), neque vero amicorum, inprimis Iohannis STUART Edinburgensis, qui studia a Patricio Chalmer (supra n. 21) incohata ad finem perduxit opere suo splendido de monumentis illis Scoticis aevi medii (*the sculptured stones of Scotland.* Edinburgi 1856 et 1867 2 voll. fol.; cf. n. 1088. 1145), Iohannis BUCHANAN, qui titulorum quos servat ectypa submisit liberalissime, Guilelmi DICKSON Glasgoviensium auxilio unquam destitutus titulos congessi circiter nonaginta, quorum partem fere dimidiam ipse vidi; reliqui aut perierunt latentve aut investigari a me non potuerunt.

LXIII. BLATVM BVLGIVM?

(Birrens prope *Middleby).*

Accedunt *Birrenswark* et *Burnfoot* prope *Ecclesfechan.*

Si viae eius vestigia sequimur, quae, ut supra vidimus (cap. LV) a Luguvallio versus septentriones procedebat per *castra exploratorum*, quae utrum in hodierno *Netherby* quaerenda essent necne in incerto reliquimus (p. 165; sane ne viae quidem vestigia eo ducunt, cf. Roy *milit. antiq.* p. 119), ad viam ferratam, quae a *Springfield* (quod situm est iuxta limitem Britanniae et Scotiae) ad *Ecclesfechan* et *Lockerby* ducit, ab illo loco versus septentriones *Middleby* vicus situs est. Ibi prope ecclesiam vici et ad confluentes rivulos duos, qui vocantur *Mein* (sive *Mean*) *river* et *Haughill burn*, castrorum Romanorum vestigia supersunt conspicua, a vulgo *Birrens* (*Bearnes* Horsley, *Birrans* Hodgson scribunt) dicta. Descripta sunt et delineata accurate ab Guilelmo Roy (p. 118 tab. 24. 25; ex eo pendent Goughs Camden 4 p. 61 et Stuart p. 122 ss. tab. 1), et cum mensurae viaeque vestigia videantur convenire (abest enim locus a Luguvallio m. p. Anglica circiter XXI, Romana XXIV; ut exigit

itinerarium p. 467, 1), cum Horsleio (p. 114) non sine probabilitate ibi collocabimus *Blatum Bulgium* (aut fortasse *burgium*, ut habet codex itinerarii Remensis). In castris ibi fuisse docent tituli in *Birrens* reperti non pauci una cum anaglyphis nonnullis (cf. Pennant append. p. 409) et reliquis vitae Romanae vestigiis consolitis *cohortem II Tungrorum* (n. 1064. 1065. 1068. 1070. 1072. 1073. 1074. 1078), quam supra vidimus etiam Amboglannae tetendisse (cap. LII), et *cohortem I Nervanam Germanorum*, item iam notam ex alia valli Britannici statione, cui nomen fuisse coniecimus Gabrosento (cap. LVI). Neque casu fortasse accidit quod stationes illae valli Britannici ambae sitae sunt in valli eius parte occidentali non nimis procul a *Birrens*. In castris muniendis occupatas fuisse vexillationes legionum sextae et vigesimae videntur indicare tituli n. 1075. 1076.

Paulo ulterius versus *Lockerby* ad eiusdem viae Romanae tramitem, m. p. Anglica $2^3/_4$ a *Birrens*, alia castrorum Romanorum, ut videntur, reliquiae supersunt, *Birrenswork* (vel *Burrenswark*) dictae (Roy p. 72 tab. 16. 25; Stuart p. 132). Qui inde dicuntur oriundi esse tituli duo mutili (n. 1061. 1079), eos cum Birrensibus coniunxi. Etiamsi enim castra illa non temporaria tantum fuerunt, ut Horsley et Roy ex forma eorum concluserunt, id quod equidem vix diiudicaverim, tamen tituli illi duo facile possunt tempore posteriore e vicina *Birrens* eo delati esse nescio qua causa. Idem accidisse certum est titulo n. 1071 in *Burnfoot* prope *Ecclesfechan* detecto, quem ad castra Birrensia pertinere numerus militum docet. Quae praeterea in *Birrens* reperta sunt fragmenta instrumenti ex auro et argilla (etiam cohortis II Tungrorum nomen repertum esse dicitur in dolii, ut videtur, fragmento), ea infra recensebimus. Falsum esse titulum n. 13* male, ut puto, ad *Birrens* relatum demonstratione vix eget

Quae praeterea in ea Scotiae regione dicuntur extare castrorum vestigia, veluti ad *Raeburnfoot*, *Carstairs*, *Paisley*, hic omittenda sunt, cum tituli inde provenerint nulli.

1061 Rep. in *Falkirk* (catal. mus.), empta in *Birrenswark*, a. 1857; in museo Edinburgensi (H. 163). Arula, litteris evanidis, in postica serto, in latere laevo pharetra, in dextro re incerta (fortasse arcu) ornata.

DEO APOLLI
. . CI . .
I . . . C . . . .
C . . . . . ID V
EC I

Descripsi ut potui.

1062 *Birrens* prope *Middleby* GALE. *Lately discovered in the ruins of the Roman station at Middleby, called the Bearnes* HORSL. In *Hoddam Castle* PENN. *Purchased by the late Sir Iohn Clerk of Pennycuick near Edinburgh* GOUGH (PENN.). Edinburgi in museo (H 160). Est cippus in formam aediculae exornatus. Litterae bonae sunt saeculi secundi.

femina alata stans, capite galeam turritam et foliis ornatam, d. hastam s. globum gerens; vestita est tunica talari et paludamento. Ad sinistram scutum in terra adstat

BRIGANTIÆ · S · AMANDVS
ARCITECTVS · EX · IMPERIO · IMP

Contuli et ectypum accepi ab Henrico Stuart. R. Gale apud Gordon it. sept. add. p. 28 tab. 58 fig. 1 (Hutchinson *Durham* 1 p. V ss.); Clerk diss. de monum. quibusdam Rom.; Horsley p. 341 *Scotl.* 34 (inde Goughs Camden 4 p. 61 tab. 1 fig. 1; Hodgson 2, 3 p. 252; *Bullett. archeol. Napol.* 4, 1846 p. 32; Newton p. 119, 125; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 238, 39; Henzen 5881); Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 410; Stuart p. 124 tab. 2 fig. 3.

1 BRIGANTIE Horsleii tabula male. 2 IMP·I Gord., IMP·I Clerk, Horsl., IM Stuart in tabula; equidem in lapide et in ectypo IMP clare vidi, sed utrum aliud praeterea unquam pone P litteram fuerit elementum necne diiudicare nequivi. De *imp(eratore) I(uliano)* cogitavit Gale, inepte; *imp(endit)* simpliciter (omisso ultimo elemento, quod fortasse incertum putabat et ipse) proposuit Horsleius, *ex imp(erio) i[m]p)sius)* Grotefendius, *imp(ensa) [s(ua)]* Henzenus, *ex imp(erio)*. *Imp(eratum) [f[ecit)]* Mommsenus (apud Henzenum), quo nihil invenio probabilius.

Brigantiae s(acrum) Amandus arcitectus ex imperio imp(eratum) [f(ecit)]

1063 *Birrens, a very plain altar addressed to Fortune*, servata in *Hoddam Castle* PENN. Ibidem apud Carolum Kirkpatrick Sharp WILS. Deinde erat Edinburgi in collegio; nunc est ibidem in museo (sine numero?) (STUART ed. II). Litteris bonis.


FORTVNAE
COH · I ·
NERVANA
GERMANOR
ꝏ · EQ ·
V L M

Descripsi. Pennant *tour in Scotland* append. p. 409 (inde Goughs Camden 4 p. 62; Hodgson 2, 3 p. 253; Newton p. 114, 71*a* inde Stuart ed. II p. 128); Wilson *prehistoric annals* p. 399; C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 204 tab. 23 fig. 3 (inde I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 257).

3—5 NERM·GER·EQVI Penn. 5 EQ (omisso ꝏ) Wils. 6 Ego solus vidi.

Fortunae coh(ors) I Nervana Germanor(um) (miliaria) eq(uitata) v(otum) l(ibens) [m(erito)]

1064 *Birrens. The lower half of a small statue of Fortune on a pedestal*, servata in *Hoddam Castle* PENN.



Fortunae stantis pars inferior

FORTVNAE R*ed. pro*
SALVTE P CAM*mii*
ITALICI PRAEF Co*h ii*
TVN · CELER · LIBER *sic*
L L M

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 407 in tab. (inde Goughs Camden 4 p. 62 tab. 1 fig. 7; Hodgson 2, 3 p. 253; Stuart p. 129 TRB. 2 fig. 6), cuius supplementa retinui, cum probabilia sint. Initio v. 5 videtur nihil deesse.

4 CELEP Pennantii tabula, CELER eius transscriptio.

Fortunae r[ed(uci) pro] salute P. Cam[mii] Italici praef(ecti) co[h(ortis) II] Tun(grorum) Celer liber(tus) l(ibens) l(aetus) m(erito)

1065 *From Birrens, preserved at Hoddam Castle* PENN. Ibi videtur periisse; erat ara.

DEAE
HARIMEL
LAE · SAC GA
MIDIAnVS
ARC X VSLLM

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 406 et in tab. (inde Goughs Camden 4 p. 62 tab. 2 fig. 1; Hodgson 2, 3 p. 252; Stuart p. 128 tab. 2 fig. 1; Henzen 5892).

4 MIDIAHVS traditur. 5 Dedi ut traditur; *arc(itectus) [e]x* Henzen, *arcar(ius)*, cohortis videlicet II Tungrorum, videtur praestare. Male C. F. Hermannus (*Götting. gel. Anz.* 1846 p. 1415) triremis nomen in titulo Orelliano n. 3625 allegavit. Praeterea X fortasse nihil est quam punctum ornatum, nisi latet 7 centuriae nota. De ARG*enti* [P(*ondo*)] V cogitabat Mommsenus.

Deae Harimellae sac(rum) Gamidia[n]us arc[ar(ius)] v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)

1066 *Birrens*, a. 1815 desumpta ex muro ecclesiae veteris in *Hoddam*. Ara alta ped. 4, lata ped. 2

I O M
COH · I · NERVANA
GERMANOR · ꝏ · EQ
CVI PRAEEST L FANI
VS FELIX TRIB

Wilson *prehistoric annals* p. 400 ex schedis Irvine. V. 4 scribendum FANNI VS.

1067 *Birrens*, rep. a. 1814 *in a small vicinal camp on the banks of the Kirtle, near Springkell, the elegant mansion of Sir I. H. Maxwell, Bart.*

I O M
. . . NINVS
. . I FECIT
P P

Wilson *prehistoric annals* p. 400 ex schedis Irvine, vv. non divisis.

1068 In *Birrens*, rep. circa a. 1812. Servabatur apud Carolum Kirkpatrick Sharp; deinde erat Edinburgi in collegio, nunc ibidem est in museo (sine numero). Ara litteris bonis, alta dig. $55^1/_2$, lata 30.

MARTI ET VICTo
RIAE·AVG·C·RAE
TI MILIT·IN COH
II · TVNGR · CVI ·
PRAEEST SILVIVs
AVSPEX · PRAEF
V ◔ S ◔ L ◔ M

Contuli. Wilson *prehistoric annals* p. 398 ligno incisam (inde Stuart p. 128); C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 203 (inde I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 261).

Marti et Victoriae Aug(ustae) c(ives) Raeti milit(antes) in coh(orte) II Tungr(orum), cui praeest Silvius Auspex praef(ectus), v(otum) s(olverunt) l(ibentes) m(erito) Cf. n. 1071. 1073.

1069 *Birrens* prope *Middleby* GORD., HORSL. In *Hoddam Castle* PENN. *Purchased by the late Sir Iohn Clerk of Pennycuick near Edinburgh* GOUGH (PENN.). Nunc in museo Edinburgensi (H 159); litteris elegantibus. Colocsae in Pannonia MUR. male (cf. C. I. L. 3, 194*).

DEO ◔ MERC
RIO ◔ IVL ◔ CS
patera ansata CENS SIGIL *patera, urceus*
COL LIGN◔CLT
EVS ◔ D · S · D
V ◔ S · L · M

Contuli. R. Gale apud Gordon it. sept. *addit.* p. 28 tab. 68 fig. 2; Clerk diss. de monum. quibusd. Rom.; Horsley p. 192 *Scotl.* 35 cf. p. [355] (inde Mur. 2016, 2 'misit Dominicus Bricherius Columbus', scilicet ex Gordone vel Horsleio excerptam atque interpolatam; ex Mur. Orell. 2395 cum adnotatione Henzeni vol. 3 p. 207; Goughs Camden 4 p. 61 tab. 1 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 252; Stuart p. 126 tab. 2 fig. 4; Wright *the Celt* p. 265; Newton p. 118, 118; I. Becker *Bonner Jahrb.* 19, 1853 p. 104); Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 409.

2 CERs Gord. 4 COLLIGN ita puncto interposito nullo scriptum est. 5 MEVS Stuart in tabula male. Ansa paterae, quae est in latere laevo, avis formam habet; unde Horsleius aquilam rotae insidentem sibi visus est deprehendere. Interpretationis experimenta varia et mirabilia omitto; veram praeivit Mommsenus apud Henzenum hanc:

Deo Mercurio Iul(ius) Crescens sigill(um) col(umnam) lign(eam) cult(oribus) eius d(e) s(uo) d(edit). V(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Corruunt igitur censor sigillorum vel sigillarius aliaque, de quibus cogitatum est (cf. Henzen *bullett. dell' instit.* 1851 p. 89) cum Iuliano Caesare Clerkii; columna lignea nihil habet offensionis, puto enim ita indicari hermam dei ex ligno sculptum. Formulae duae in fine iuxta positae sunt insolenter quidem, sed quae facile intellegantur. Poteris etiam solvere *sigill(o) col(umna) . . . . d(atis) v(otum) s(olvit).*

1070 *From Birrens* GORD., HORSL. In *Hoddam Castle* PENN. *Purchased by the late Sir Iohn Clerk of Pennycuick* GOUGH (PENN.). Nunc Edinburgi in museo (H 161); basis litteris elegantibus. Signi Mercurii postea repertas esse reliquias permagnas STUART auctor est, quae in hanc basim dicebantur quadrare; quod vix credo.

NVM ◔ AVG
DEO ◔ MERC
SIGN ◔ POSV
ERVNT ◔ CVL
TORES ◔ COL
LIGNI ◔ EIVS
DEM DEI CVR
ING ◔ RVFO
V · S · L · M

Contuli. R. Gale apud Gordon it. sept. *addit.* p. 29; Clerk de monum. quibusd. Rom.; Horsley p. 342 *Scotl.* 36 cf. p. [355] (inde Goughs Camden 4 p. 61; Hodgson 2, 3 p. 252; Newton p. 118, 119; Stuart p. 127 tab. 2 fig. 5; I. Becker *Bonner Jahrb.* 19, 1853 p. 105); Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 408. Eius quoque tituli editores explicationes protulerunt varias; veram hanc puto:

Num(ini) Aug(usti), deo Merc(urio) sign(um) posuerunt cultores col(umnae) ligni(ae) eiusdem dei cur(ante) Ing(enuio) Rufo. V(otum) s(olverunt) l(ibentes) m(erito)

Cultores Mercurii in schola sua videntur habuisse columnam illam ligneam sive hermam dei (cf. n. 1069); *lignius* pro *ligneus* scriptum est ut *aenius marmorius* (cf. Corssen *Aussprache* ed. II 2 p. 346) *balinium* (ibid. p. 256) et similia. Non cogitandum esse de *colligii* forma pro *collegii*, ut proposuit Henzenus, docet titulus qui praecedit. V. 7 CVR in lapide est; lineam autem, quae inest V litterae, vidi fortuitam esse.

1071 Rep. a. 1810 *by Mr. Clow of Laud* in *Burnfoot* prope *Ecclesfechan, in the garden of George Irving* Esq., ubi horologium solare sustentabat ibique descripta est a. 1831 GENT. MAG. Servabatur apud Carolum Kirkpatrick Sharp WILS. Ubi extet ignoro.

DEAE
MINERVAE
COH · II · TVN
GRORVM
MIL · EQ · C · L
CVI PRAEST CSL
AVSPEX PRÆF

A. I. K. *gent. mag.* 102, 1832 I p. 603; Wilson *prehistoric annals* p. 397 (inde Stuart p. 128) ex schedis Irvine.

3 COH·TI·TVN gent. mag. 7 In lapide est sine dubio C·SL; cf. n. 1068. 1073.

Deae Minervae coh(ors) II Tungrorum mil(iaria) eq(uitata) c(ivium) L(atinorum), cui praest C. S[i]l(vius) Auspex praef(ectus)

1072 Rep. in *Birrens*, servabat Carolus Kirkpatrick Sharp.; a. 1866 museo Edinburgensi intulit senatus universitatis. Ara litteris elegantibus, alta dig. $43^3/_4$, lata 30.

DEAE RICAGM
BEDAE PAGVs
VELLAVS MILT
COH II TVNG
V S L M

Contuli. Wilson *prehistoric annals* p. 399 (inde Stuart p. 128); C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 202 tab. 33 (inde I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 261).

1 RICAGM Wilson et Smith; sed M parvulam clare vidi. 2 A littera *pagus* vocabuli linea intermedia caret incuria puto lapicidae.

De dea Ricagma, Beda pago, Vellao milite interpretati sunt editores perperam; nam lectio haec unica probanda:

Deae Ricagambedae pagus Vellaus milit(ans) coh(orte) II Tung(rorum) v(otum) s(olvit) l(ibens) me(rito)

Pagus Vellaus militans positus est cum aliqua audacia pro paganis Vellavis militantibus in cohorte. Cf. n. 1073. Ricagambeda tutelaris potest fuisse pagi eius Tungrorum.

1073 Rep. in *Birrens;* servabatur in *Hoddam Castle* PENN. Ibi videtur periisse.

DEAE VIRADES
THI PAGVS CON
DRVSTIS MILIt
IN COH II TVN
GRO SVB SIIVIO
aVSPICE PR
AEf

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 407 et in tab. (inde Goughs Camden 4 p. 62 tab. 1 fig. 6; Hodgson 2, 3 p. 253; Stuart p. 128 tab. 2 fig. 2; Henzen 5921; Wright *the Celt* p. 296; I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 260).

1 VIRADE Pennantis tabula, sed ut spatium vacuum remaneat unius litterae capax; VIRADES textus. 2. 3 COR|DAVSTIS Penn. in tabula, non in textu. 3 MILI, 5 SIVO, 6 DAVSPICE, 7 AEE traduntur. Cf. n. 1068. 1072; D initio v. 6 fortasse foramen lapidis est male pro littera habitum. E in fine fortasse initium est *eius* vocabuli.

Deae Viradesthi pagus Condrustis mili[t(ans)] in coh(orte) II Tungro(rum) sub Si[l]v[i]o [A]uspice praef(ecto) [f(ecit)]

Cum pago Condrusti contulit Condrusos Germanos ex Caesare notos (bell. Gall. 2, 4, 10. 4, 6, 4. 6, 32, 1) C. F. Hermannus *Götting. gel. Anz.* 1846 p. 1415.


1074 *From Birrens, Dumfriesshire.* Servabat antea Carolus Kirkpatrick Sharp (WILS.), nunc est Edinburgi in museo (sine numero?), dono senatus universitatis. Cippus litteris bonis, altus dig. 36, latus $14^{5}/_{8}$.

DIB · DE
AB · Q
OMNIB
FRVMEN
IVS MIL·CH II
TVNGR·
luna *luna*

Descripsi. Wilson *prehistoric annals* p. 398 (inde Stuart ed. II p. 128).

Dib(us) deab(us)q(ue) omnib(us) Frumentius mil(es) coh(ortis) II Tungr(orum)

1075 *From Middleby;* a. 1857 illatum museo Edinburgensi, ubi servatur (H 152). Numerus legionis intra sertum positus.



Descripsi. Elementum ultimum est F dimidiata.

Legio VI v(ictrix) p(ia) f(idelis) f(ecit)

1076 *Birrens, a piece of ornamental stone inscribed;* servabatur in *Hoddam Castle.*

LEGIO XX·VICT

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 409 (inde Goughs Camden 4 p. 62; Hodgson 2, 3 p. 253; Stuart p. 129; Bruce *wall* ed. II p. 333).

Certo male lecta; nam aut XX·V·V aut VI·VICT esse debuit.

1077 *A broken stone built up in one of the houses at Middleby; Baron Clerk ... intended I believe to remove it to his own seat* HORSL. *Bernis near Middleby* POC. Servabatur in *Hoddam Castle* PENN.

AXSAN
CONIS

Horsley p. 207 *Scotl.* 32 (inde Goughs Camden 4 p. 61; Hodgson 2, 3 p. 253); Pococke cod. mus. Brit. 15800 f. 41; Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 409. 1 AXAN Penn.

'It seems to have been of the centurial kind, and that's all I have to say of it' Horsl.

1078 *From Birrens, a sepulchral stone.* Servabatur in *Hoddam Castle.*

DIIS MANIBVS AFVTIANO BASSI ORDINATO
TRIBVNO COH·II·TVNGRORVM FLAVIA BAETICA
CONIVNX FACIENDVM CVRAVIT

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 408 (inde Goughs Camden 4 p. 62; Hodgson 2, 3 p. 253; Stuart p. 129; I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 260) qui litteris minusculis exhibet neque vv. dispositionem observavit. Indicat supplementa sua v. 2 ita *Tribuno* Coh. II. Tung*rorum* et v. 3 fac*iendum.*

Fuerunt fortasse talia: *Dis Manibus. A[r]u-[s]iano Bass[o], ordinato ....., trib(uno) coh(ortis) II Tungr(orum). Flavia Baetica coniunx fac(iendum) cur(avit)*

De ordinatis, siqui fuerunt, v. n. 365. 404. 421. 741.

1079 Anaglyphum caput cornutum (Fauni) exhibens, rep. in *Birrenswark.* Museo Edinburgensi (H 154) intulit David Brewster v. cl. a. 1810. Infra apparent hae tituli reliquiae evanidae.

Descripsi. Stuart p. 135 (ubi addidit Thomson).

LXIV. *RED ABBEY STEAD*

prope *Newstead, Roxburghshire.*

Viae Romanae, quae *Watlingstreet* vocatur, mansiones nullae servatae sunt in itinerario Antoniniano; quae apud Ravennatem servata sunt nomina locorum non pauca ad regionem illam probabiliter referenda (5, 31 p. 433 s.) ad certum situm redigi nequeunt. In itinerario autem Antoniniano p. 464, 1 *a limite, id est a vallo, Praetorio usque* computantur *m. p. CLVI,* quae deinde efficiuntur numeris singularum mansionum *a Bremenio per Corstopitum Vindomoram Vinoviam* et quae sequuntur usque ad *Praetorium* situm alicubi in Brigantum finibus ab Eburaco versus meridiem. Sed notum est limitem illum vallumve non fuisse iuxta Bremenium ipsum, sed tam Habitancium quam Bremenium sita esse ultra vallum Hadriani; unde putaverim numerorum computationem falsam habendam, servatam autem esse testimonio illo itinerarii viae eiusdem ulterius versus vallum Pii procedentis memoriam (ut supra dixi in praef. cap. LXII) quamvis incertam. Trames autem viae inde a Bremenio etiam versus septentriones clare apparet ad *the Golden Pot, Foulplay Head, Galley Knowl, Chew Green,* ubi via Scotiam intrat. Ad hunc tantum locum Maclauchlani tabula extenditur; pars viae ad Scotiam spectans a scriptoribus Scoticis, veluti a Gordon et a Guilelmo Roy in universum explorata neque vero tam accurate definita est, quam Anglica. Videtur igitur illa processisse per *Woden Law, Towford, Bonjedburgh* iuxta *Eildon, Newstead* et *Melrose* in *Roxburghshire* (Roy p. 102. 117 tab. 22; Goughs Camden 4 p. 34; Stuart p. 146 ss.). Ibi prope in *Red Abbey Stead* effossionibus institutis ante hos viginti fere annos (cf. Ioh. Alex. Smith *proceedings of the society of antiquaries of Scotland* 1, 1852 p. 28 ss.) praeter varias aedificiorum parietinas reperti sunt tituli duo (n. 1080. 1081), qui re vera castra aut praesidium sane ibi fuisse demonstrant a vicesimanis (n. 1081) et ab ala fortasse Vocontiorum (n. 1080) per aliquot tempus defensum. Nomen vero castrorum ignotum est; nam quod antiquarii Britanni omnes (cf. Roy p. 115 tab. 21) atque cum iis etiam Ioh. Alex. Smith in *Eildon* propter colles tres eminentes, quibus adiacet, Τριμόντιον Selgovarum oppidum secundum Ptolemaeum (2, 3, 8) collocant, id probabilitate caret, propterea quod, ut diserte affirmat Smithius, nunquam quidquam repertum est rerum antiquarum in ipso *Eildon* vico vel prope eum. Sane Ravennas *Trimuntium* una tantum mansione interposita, quae nomine aperte corrupto *Eburocastum* scribitur, iuxta Bremenium nominat (5, 31 p. 434, 11); sed neque eius nec Ptolemaei testimonia sola ad loci situm definiendum sufficere supra iam monui. Ceterum etiam ultra *Newstead* viae *Watlingstreet* vestigia observata sunt prope *Pirn, Channel Kirk, Creighton Castle, Currie, Borthwick Castle, Buckstone* (cf. Roy p. 103), ita ut re vera videatur extensa fuisse paene usque ad eam partem valli Scotici a Pio imperatore facti, quae est prope *Cramond*; de quo loco dicetur infra (cap. LXV).

1080 Ara rep. a. 1783 prope *Newstead, Roxburgshire.* Postea *in the advocate's library, Edinburgh, presented by Baron Clerk;* nunc ibidem in museo (H 158).

CAMPESTR
SACRVM · AEL
MARCVS·
DEC·ALAE AVG
VOCONTIOr
V·S·L·L·M·

Contuli. Stuart p. 219 tab. 6 fig. 2 inter lapides incertae originis; I. A. Smith *proceedings of the soc. of ant. of Scotl.* I 1, 1852 p. 30 ss. tab. 1 fig. 2; C. R. Smith collect. ant. 6, 1868 p. 24.

5 VOCONTIO traditur.

Alam Augustam Vocontiorum in Britannia militasse praeter hunc titulum docet Batavus apud Henzenum n. 5918 (Brambach n. 67), in quo decurionis *alae Vocontiorum exercituus* [sic] *Britannici* mentio facta est.

Campestr(ibus) sacrum Ael(ius) Marcus dec(urio) alae Aug(ustae) Vocontio[r(um)] v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)

1081 Rep. a. 1830 *in digging a drain in a field immediately to the south of the Red Abbey Stead*, prope *Newstead*, *Roxburghshire;* servabatur apud Thomam *Tod, Esq., of Drygrange, the proprietor of these fields* (prope *Melrose*) SMITH. Ara alta dig. 43, lata dig. 18; litteris bonis.

DEO SILVA ꝺ
NO · PRO · SA ·
LVTE · SVA · ET ·
SVORVM · C · AR
RIVS · DOMITI
ANVS) LEG · XX
V·V·V·S·L·L·M

Stuart p. 152 tab. 3 (inde I. Becker *Bonner Jahrb.* 19, 1853 p. 105); I. A. Smith *proceedings of the soc. of ant. of Scotl.* I 1, 1852 p. 29.

4. 5 CAR RIVS traditur. Eundem fortasse C. Ar[r]ium Domitianum redire in titulo Gallico item Silvano dicato (*mém. des antiq. de France* 20, 1850 p. 53, 8) observavit Beckerus.

LXV. *INVERESK* et *MUSSELBURGH, CRAMOND* et *INGLISTOWN.*

Ab Edinburgo versus orientem ad oram maritimam siti sunt *Inveresk* et *Musselburgh* vici, in quorum altero inde ab anno 1783 detectae sunt parietinae aedificiorum Romanorum (cf. Goughs Camden 4 p. 47; Adam de Cardonell Archaeol. Scot. 2, 1831 p. 159 ss.; Stuart p. 156 ss.), ex altero prodiit iam saeculo XVI titulus a procuratore quodam Augusti Apollini Granno dedicatus (n. 1082). Videntur loci illi siti esse ad viam Romanam, quae iuxta oram dicitur strata fuisse (Stuart p. 164) secundum vestigia quaedam ibi observata; quale vero eorum nomen fuerit vetustum definiri omnino nequit.

Edinburgum ipsum in situ castrorum Romanorum conditum esse propter loci summam opportunitatem iam Sibbaldus sibi persuasit (*hist. inq.* p. 33) posteaque opinio eius videtur confirmata esse; nam varia variis temporibus in vetusta urbis parte aedificiorum Romanorum vestigia, nummi, patellarum fragmenta prodierunt (cf. Ioh. Clerk bibl. topogr. Brit. 2 p. 348; Wilson *prehistoric annals* p. 385 ss.; Stuart p. 164). Sed certo recentia sunt anaglypha duo viri et feminae, quas Severi et Iuliae Domnae imagines esse voluerunt (Gordon it. sept. p. 186; Archaeol. Scotica 3, 1837 p. 287 et tab. a Davide Allan a. 1783 delineata; Wilson *memorials of Edinburgh* 2 p. 50, *prehistoric annals* p. 386; Stuart p. 165 tab. 16 fig. 1), neque titulorum inscriptorum unquam quidquam ibi repertum est.

Ab Edinburgo et *Leith* portu eius versus occidentem item ad oram maritimam *Cramond* vicus hodie exiguus iacet quattuor ab illo m. p. Anglica, ad ostia *Almond* rivi, et prope eum *the Manor of Inglistown.* Ibi castra fuisse Romana tam situs docet (videtur enim via *Watlingstreet* eo directa fuisse, ut dixi) quam reliquiae non exiguae superstites (cf. Horsley p. 205 *Scotl.* 28; Goughs Camden 4 p. 54; Stuart p. 165 ss.); sed quod antiquarii Scoti ex titulo *matribus Alatervis* dedicato (n. 1084) Alatervae iis nomen fuisse concluserunt, id probabilitate omnino caret; matres enim illae sine dubio iam in patria Tungrorum, qui titulum posuerunt, nomen illud tulerunt. Tituli hic propositi docent saeculo secundo medio tres fortasse ibi pro tempore sane in castris fuisse cohortes I Cugernorum (n. 1085), II Tungrorum (n. 1084), V Gallorum (n. 1083), atque praeterea etiam milites legionis II Augustae muros fecisse (n. 1086).

1082 Ad *Musselborrow* effossus NAPIER (a. 1565, ut ex notis Mariae Scotorum reginae et ex epistula Randolphi, oratoris Elisabethae, ad Guilelmum Cecil docet STUART). Rep. *at Marchiston, about a mile distant from the west part of Edinburgh* DALR. (quod falsum esse CHALMERS docuit). In Scotia, pago Enderask, quarto ab Edinburgo lapide GRUT. ex Velserianis. In *Inveresk* . . lapidem vidi in templi coemeterio, in quo tunc quidem omnis fere inscriptio deleta erat, centum abhinc annis sic lecta a D. Petro Iunio, qui serenissimi regis Britanniae Iacobi VI studia diu regebat SIBB. *Near unto Musselbrugh* anno 1549 *was digged up a stone with this inscription, in form of the head of an altar* MORT.

APOLLINI
GRANNO
Q· LVSIVS
SABINIA
NVS
PROC
AVG
V·S·S·LV·M

Ioh. Napier (*of Merchiston, plaine discoverie of the whole revelation of St. Iohn* Edinburgi 1593 4.; vidi tantum ed. V a. 1645) p. 210 (inde Camden ed. V [1600] p. 738; Grut. 37, 12 'a Camdeno'); Camdeni descr. Scotiae ed. Dalrymple (inde Grut. 38, 4 ex schedis Velseri'; simile exemplum Rupert. ad Reines. p. 135 'Thomas Segetus vidit et descripsit'); Sibbald *hist. inq.* p. 48 et comm. in Agric. p. 77 (inde Donat. 19, 2 ex descr. Scotiae apud Elzevirium a. 1625 impr. p. 68; Gibsons Camden p. 898; Goughs Camden 4 p. 47; A. de Cardonnel Archaeol. Scotica 2, 1831 p. 164; cf. Chalmers Archaeol. Scot. 3, 1 p. 295; Hodgson 2, 3 p. 269; Stuart p. 159); schedae Mortonis 1.

1 APPOLLINI Mort. 2 GRANO Mort. 3 Q·LVCIVS Nap., Q·VOLVSIVS Dalr. 6 PROCOS Nap., * PROC Mort. 6. 7. 8 om. Dalr., 8 om. Nap. Versum ultimum a Sibbaldo et Mortone solis servatum (* V.SS.L.V.M Mort.) hunc fuisse puto V·S·L·M.

1083 *Upper Cramond, at Mr. Mc. Kenzie's Garden* SIBB. *Now in the possession of the Earl of Rugland* GORD. *At the Earl of Rutherglen's* HORSL. Postea Edinburgi in *the advocate's library* GOUGH. Nunc ibidem in museo (H 164); ara alta dig. 42, lata 18.

I O M
COH · V̄ · GALL
CVI PRAEEST
IMINETHONVS
TERTVLLVS
PRAEF · V · S · L
L · M

Contuli. Sibbald *hist. inq.* p. 48 in tabula aeri incisa, comm. in Agric. p. 78; Gordon it sept. p. 116 tab. 14 fig. 1; Stukeley it. bor. tab. 74 2ᵈ, 9; Horsley p. 204 *Scotl.* 27 (inde Goughs Camden 4 p. 51; Hodgson 2, 3 p. 263; Newton p. 115, 89); Wood *parish of Cramond* p. 5 in tab.; Wilson *prehistoric annals* p. 391; Stuart p. 169 tab. 4 fig. 5.

1 V|OM Stuk. male. 3 PREEST Sibb.; sed extat lacuna in lapide, in qua excidit A; PR\EST Stuk. 4 IMINTHONVS Sibb., IMINIHONO Gord., IMINI HONSV Stuk., IMINI HONV Horsl. Wood, IMINE HONV Wilson, Stuart. '*The names of the prefect sound not very like Roman, excepting the last of the three . . .; I suppose he was no native of Rome or Italy, and that the two first names might be his own, the third assumed upon his being made a citizen*' Horsl. in universum recte. Gentilicium sane nomen, quod in re praesenti conieci esse potuisse *Minethonius*, ex barbaro factum; praenomen, si fuit omnino in lapide, L fuisse potest. Cohors V Gallorum secundum diploma Domitiani a. 85 (C. I. L. 3, XII p. 855) tum in Pannonia militabat (cf. titulus Perusinus praefecti eius apud Marinium Arv. p. 5, Orell. 3651); cohortem IV Gallorum supra Vindolanae (cap. XLIX) et Petrianis (cap. LIII) habumus.

1084 *Nether Cramond, kept in the Laird's garden* SIBB. *In Sir John English's garden* GORD. *In the garden of Sir John Inglis* HORSL. Videtur periisse (STUART).

MATRIB ALA
TERVIS · ET
MATRIB · CAM
PESTRIB COHI
TVNGR INS
VLP · SCARM
LEG XXVV

Sibbald mus. Balfour. p. 205, *hist. inq.* p. 47 in tabula aeri incisa, comm. in Agric. p. 78; Gordon it. sept. p. 116 tab. 14 fig. 2; Stukeley it. bor. tab. 74 2^{d}, 8; Horsley p. 205 *Scotl.* 29 (ex his duobus Goughs Camden 4 p. 54; Hodgson 2, 3 p. 263; Stuart p. 167; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 240; Henzen 5943); Wood *parish of Cramond* p. 5 in tab.

4 PESTRIB COH Sibb., PESTRI COH Gord. In lapide puto fuisse aut COH·II aut COH·II. 5 TVNG·P INS Sibb., Gord., TVNG·P·IN·S Stuk. 6 VLF. COMIN Sibb., VEP·SNM Gord., VIP·COMIM Stuk., VERSCARM Horsl. 7 O. LEG XXVV Sibb., OIRS XXVV Gord., Q·LEG·XXVI Stuk., O IS SXXVV Horsl. De *o(pt)ione* cogitavit Sibbald, non recte.

Matrib(us) Alatervis et matrib(us) campestrib(us) co(hors) I[I] Tungr(orum) ins(tante) Ulp(io) S . . . . . [p(centurione)] leg(ionis) XX V(aleriae) V(ictricis)

Cohors II Tungrorum item Petrianis (cap. LIII) in castris fuit, ut V Gallorum tituli praecedentis, I Tungrorum Borcovicii (cap. XLVIII) tendebat. Alaterviae fortasse redeunt in titulo incertae lectionis in *Pattern* prope Iuliacum reperto (Brambach n. 623; cf. Braun *Bonner Jahrb.* 19, 1853 p. 98); utrum componendae sint cum dea *Alateivia* tituli in civitate Traianensi (*Xanten*) reperto necne incertum est.

1085 *Two pieces of pillars found near to the Manor of Inglistown* SIBB. Postea videtur fuisse in Sibbaldi horto Edinburgi. *In the college's library, Edinburgh*, dono Sibbaldi, *certainly dug out of the wall* (quod probari nequit) GORD., HORSL. Periisse putabat STUART. Extat ibidem *in the National Museum of arts and industry.* Est basis rotunda (non columna miliaria); titulus insertus est tabellae ansatae (ansae Sibbaldo visae sunt secures esse), ut perspexit Horsleius.

imp. caes. m. aur. anto
NINO AVG · PΦ
P · P · COS · III

*Co*H · I · CVGERNOR
MONTI · MP
certum

Contuli; Sibbald mus. Balfour. p. 205 (inde Gibsons Camden p. 1189), *hist. inq.* p. 50; Gordon it. sept. p. 62 tab. 12 fig. 3 (inde Stuart p. 365 tab. 15 fig. 7); Horsley p. 203 *Scotl.* n. 25 cf. praef. p. XII (inde Goughs Camden 4 p. 100; Newton p. 115, 83; Hodgson 2, 3 p. 263; Stuart p. 170).

*The emperors name hath been struck off; the letters . . are worn out, . .*COS·O·I *appeareth, and below* ICV GERNIOHI·M·P; *upon the side* I . . V . P (hoc est v. 4 in fine) Sibb. *inq.*, inscriptio columnae triumphalis COS IIII | IMP T P PP P M | GERMANICVS *the emperors name is struck off, 'tis like it was Domitian's* cet. idem mus. Balfour. Eundem titulum esse a Sibbaldo male explicatum perspexit Horsl. 1 I . . . . VO tantum vidi. 3 II CVGERM Gord. (qui cogitavit de legione vel vexillatione V Germanorum). 4 IOITI MP Gord., VMO III·MP Horsl. Quod dedi, mihi certum visum est.

[Imp(eratori) Caes(ari) M. Aur(elio) Anto]nino Aug(usto) Pio p(atri) p(atriae) co(n)s(uli) III [co]h(ors) I Cugernor(um) s(ub) c(ura) Monti M. . . . .

Cohors I Cugernorum praeterea ex diplomatis a. 104 et 124 solis nota est; in hoc dicitur *I Ulpia Traiana Cuger(norum) c(ivium) R(omanorum)*. Ad. v. 4 cf. *M. Montius Victor* apud Kellermannum Vig. VII 2, 5 (=II 5, 8).

1086 Rep. *at Cramond, now in Baron Clerks collection* GORD., HORSL. Servatur in museo Edinburgensi (H 147); ubi ego non vidi. Litterae in tabella ansata scriptae sunt, IV et SA in ansis.

IV LEG · II · AVG FECIT SA

Gordon it. sept. p. 116 tab. 10 fig. 7; Horsley p. 205 *Scotl.* 30 (inde Hoare Gyr. Cambrensis 1 p. 125. 132 tab. 2, 9; Gough omisit; Hodgson 2, 3 p. 263); Wood *parish of Cramond* p. 5 in tab.; Stuart p. 170.

IV SA, quod legerunt omnes, Gordon *Iovi votivo sacrum* solvit inepte, *iusa* pro *iussa* vel *ex iussu* positum putavit Horsl. Mihi potius cohortis centuriaeve indicatio videtur latere.

1087 *Cramond, on a stone in the east end of the church*; lapis longus est ped. 3, latus $1^{1}/_{2}$, *having four lyons drawn on it, all being almost worn out.*

. . . . G PVBLIVS CR . .
. . . IN POMPONIAN . .
. . . . . .
PAT·P·D·D

Schedae Mortonis n. 7 (inde Wilson *prehistoric annals* p. 392).

LXVI. VALLVM PII

(Graham's Dyke).

Terrae spatium, quod inter Clotam et Bodotriam (id est *the firth of Clyde* et *the firth of Forth*) est, iam ab Agricola praesidiis firmatum esse, comprobatur testimonio Taciti, ut supra dixi, cum de vallo Hadriani disserui (p. 99). Est autem testimonium illud hoc (Agric. c. 23): *quarta aestas obtinendis quae percucurrerat insumpta. Ac si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur, inventus in ipsa Britannia terminus. Namque Clota et Bodotria diversi maris aestibus per immensum revectae, angusto terrarum spatio dirimuntur; quod tum praesidiis firmabatur atque omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus.* Sed num praesidia illa ab Agricolae militibus facta ea ipsa sint, quae postea ad eundem insulae tractum muniendum extructa esse videbimus, id nemo expectabit certis documentis diiudicari posse, cum praesertim consentaneum sit, permulta sane eorum castrorum, quae duces Romani in expeditionibus munire solebant, vel adeo plurima temporaria tantum fuisse et paullo post penitus destructa esse; unde frustra omnino quaeruntur. Praeterea probabile est, ut perspexerunt antiquarii et historici, qui in eas res inquisiverunt, paene omnes, post Agricolae expeditionem usque ad Hadriani imperium regiones illas a Romanis omnino non fuisse occupatas (cf. Horsley p. 49; Roy p. 21); vallum enim eius imperatoris quanquam ad regionum septentrionalium gentes debellandas destinatum erat, ut observavimus (p. 104), certo tamen non eo, quo extat, loco extructum esset, si quae ab ipso vallo versus septentriones sitae sunt terrae tum iam ante aliquot saecula fuissent pacatae. Sed postquam Hadrianus muro ducto Brigantes pacavit, quasi sponte is qui post eum imperavit eo videtur ductus esse, ut ulterius procederet novumque imperii quasi limitem constitueret. Tenuis autem sane eius rei memoria superest apud scriptores veteres. In Capitolini vita Pii hoc extat testimonium primarium (cap. 5): *per legatos suos plurima bella gessit; nam et Britannos per Lollium Urbicum vicit legatum, alio muro caespiticio summotis barbaris ducto, et Mauros ad pacem postulandam coegit et Germanos et Dacos* e. q. s. Itaque alius ille in Britannia murus a Pio factus caespiticius fuisse dicitur, non lapideus, ut Hadriani (quanquam pars eius, vallum proprie dictum, re vera item caespiticium erat; cf. supra p. 102); minime enim consequens est ex

Capitolini verbis illis Hadriani murum item caespiticium fuisse, ut interpretati sunt qui Hadrianum valli, muri vero lapidei Severum conditorem esse contendebant, uti vidimus. Belli autem Britannici a Pio gesti praeterea, ut Horsleius perspexit (p. 52), solus Pausanias (8, 43, 4) meminit: ἀπετέμετο δὲ καὶ (ὁ Ἀντωνῖνος) τῶν ἐν Βρεττανίᾳ Βριγάντων τὴν πολλήν, ὅτε ἐπεσβαίνειν καὶ οὗτοι σὺν ὅπλοις ἤρξαν ἐς τὴν Γενουνίαν μοῖραν (quod nomen videtur corruptum esse), ὑπηκόους Ῥωμαίων (p. 689). De Q. Lollio Urbico Pii legato videantur tituli Tidditani apud Renierium *inscr. de l' Algérie* n. 2319. 2320 (Henzen 6500); eum ipsum vallum Pii extruendum curasse docet titulus ad *Bemulie* repertus (n. 1125). Similiter enim atque tituli aliquot in Hispania reperti belli ab Antonino Pio cum Mauris gesti, cuius Pausanias item mentionem fecit (l. s. s.), memoriam servaverunt (vol. 2 n. 1120. 2015), ita vallum Caledonium opus eius esse planissime testantur tituli satis multi ad valli ipsius vestigia reperti, quos hic recenseo. Ex titulis autem illis plus minus quinquaginta repertis ad valli stationes singulas, de quibus postea seorsum dicetur, undeviginti dedicationes sunt positae *imperatori Caesari T. Aelio Hadriano Antonino Augusto Pio patri patriae.* Ita nomina scribuntur plerumque plene, praeterquam quod scripturae compendia non aequabilia sunt omnino nec consueta alioquin. Nam Caesar ita *C* notatur septiens (n. 1132. 1132*a*. 1135. 1137. 1140. 1141. 1142); Titi praenomen ter litteris omnibus scribitur (n. 1088. 1127. 1133); Aelii nomen ita *Ae* notatur quater (n. 1109. 1137. 1141. 1142); scilicet in titulis a quadratariis sive provincialibus sive militaribus profectis talia non miraberis. Sunt autem tituli, in quibus nomina ita ut dixi plene scribuntur, hi: n. 1088. 1109. 1110*a*. 1121. 1125. 1126. 1129. 1130. 1132. 1132*a*. 1133. 1137. 1141. 1142. 1143; Hadriani nomen deest n. 1099, Pii n. 1135. 1140, T. Aelii Hadriani nomina n. 1136. Positi vero sunt a numeris iis, qui *opus valli*, ut diserte dictum est bis (n. 1135. 1140), fecerunt. Quo anno opus id factum sit, cum dignitatis imperatoriae indicationes variae in inscriptionibus non significent (desun enim tribuniciae potestatis, consulatus, acclamationum numeri), tamen collato titulo Lollii Urbici Africano, cuius memini (Henzen 6500; Renier *inscr. de l'Algérie* n. 2319), inde propemodum definitur, quod victoria Lollii Urbici Britannica (ad quam referendus est sine dubio titulus n. 1111 *Iovi optimo maximo et Victoriae victrici* — sic — *pro salute imperatoris nostri* a centurione legionis secundae positus) salutationis imperatoriae Pio iteratae causa fuit (cf. Eckhel d. n. 7 p. 14 et Borghesi opp. 5 p. 419), quae incipit a sextae tribuniciae potestatis anno, id est p. C. 143, Unde legationis Urbici Britannicae tempus ante hunc annum atque circiter ab a. p. C. 140 ad 143 fuisse consentaneum est (cf. mus. Rhen. 12, 1859 p. 60); id quod in universum confirmat Horsleii opinionem (p. 52) qui vallum Pii factum esse putabat a. p. C. 140. Convenit etiam titulus Pii non procul a vallo iuxta *Cramond* repertus (n. 1085), qui inter annos 140 et 144 positus sit necesse est propter consulatum imperatoris tertium, quem indicat; eum Horsleius prava lectione deceptus ad vallum ipsum rettulerat errore. Numeri autem in opere valli adhibiti hi fuerunt: *legio II Augusta* (n. 1088. 1123. 1126. 1127. 1128. 1133. 1136. 1138) *vexillationesve* eius (n. 1117. 1139), *legio VI victrix* (n. 1106* 1107) et eius *vexillationes* (n. 1121. 1129. 1130. 1135.1140), *legio XX Valeria victrix* (n. 1122) itemque *vexillationes* eius (n. 1132. 1132*a*. 1137. 1139. 1141. 1142. 1143); praeter legiones vero tres Britannicas illas *cohors I Tungrorum* sola memoratur inter eos numeros, qui vallum fecerunt (n. 1099). Accedunt *vexillationes* incertae (n. 1109), item *cohortes* aliquot et centuriae legionum vel cohortium incertarum (n. 1089. 1100. 1108). Memorantur praeterea in dedicationibus aliisque titulis ad vallum repertis *vexillationes legionum secundae*, *sextae*, *vicesimae* (n. 1093. 1094. 1104. 1117), *centuriones* et *milites legionum* earundem (n. 1092. 1095. 1111—1114. 1118), *cohors VI Nerviorum* (n. 1092) et *I fida Vardulorum* (n. 1096), si recte legi, deinde praefecti militesve *alae Tungrorum* (n. 1090), cohortium *IV Gallorum* (n. 1129), *I Hamiorum* (n. 1110), *II Thracum* (n. 1091), praefectus incertus (n. 1124). Numeri illi omnes similiter atque legiones tres Britannicae earumque vexillationes iam notae sunt ex titulis stationum, quae fuerunt ad vallum Hadriani et in vicinia eius; cohors enim IV Gallorum Vindolanae et Petrianis, I Hamiorum Magnis, VI Nerviorum Aesicae, II Thracum in *Moresby*, I Vardulorum in *Lanchester* et Bremenii, ala Tungrorum Gabrosenti a nobis reperta est. Itaque apparet praesidia valli Hadriani castrorumque adiacentium a Pio deducta esse ad vallum novum vel erigendum vel defendendum.

Post Pii tempora vix ulla denuo valli Scotici mentio facta est apud scriptores; unde non videtur casui tribuendum esse, quod alius imperatoris praeter Pium memoria nulla ad vallum reperta est. Nam quae apud Dionem vel potius Xiphilinum extant testimonia de Ulpio Marcello legato Commodi (72, 8) deque Severi bello Britannico (76, 12), ubi memoratur τὸ τεῖχος τὸ διορίζον αὐτοὺς δὲ καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα sive τὸ διατείχισμα ὃ τὴν νῆσον διέχῃ τέμνει, item de quibus Herodianus loquitur in eodem bello enarrando (3, 14) τὰ προβεβλημένα ῥεύματά τε καὶ χώματα, ea omnia sine dubio referenda sunt ad vallum Hadriani. Neque ullam valli Scotici memoriam disertam ea continent, quae apud Ammianum leguntur de bellis tempore Valentiniani primi in Britannia gestis (26, 4, 5; 27, 8, 5; 28, 3, 1); nam quae de Theodosio scriptor refert (28, 3, 2 *in integrum restituit civitates et castra multiplicibus quidem damnis afflicta, sed ad quietem temporis longi fundata* et deinde §. 7 *instaurabat urbes et praesidiaria, ut diximus, castra limitesque vigiliis tueb atur et praetenturis*), ea omnia item eodem iure intellegi possunt de vallo Hadriani, ut supra iam observavimus (p. 101). Ex recentissimis unus Beda praeter ea quae supra iam attulimus testimonia in historia ecclesiastica etiam vallum Pii, ut videtur, memorat (1, 12 p. 28 ed. Stevenson, a. 414): *insulani murum, quem iussi fuerant, non tam lapidibus quam cespitibus construentes, utpote nullum tanti operis artificium habentes, ad nihil utilem statuunt. Fecerunt autem eum inter duo freta vel sinus, de quibus diximus, maris, per mille passuum plurima; ut ubi aquarum munitio deerat, ibi praesidio valli fines suos ab hostium irruptione defenderent. Cuius operis ibidem facti, id est, valli latissimi et altissimi, usque hodie certissima vestigia cernere licet. Incipit autem duorum ferme millium spatio a monasterio Aebercurnig* — quod est hodiernum *Abercorn* — *in loco qui sermone Pictorum Peanfahel, lingua autem Anglorum Penneltun appellatur, et tendens contra occidentem terminatur iuxta urbem Alcluith.* Nomina locorum vallum Caledonium aperte indicant, ut recte observatum est; sed talis scriptoris testimonium cum per se satis incertum sit, tum illud accedit, quod Bedae verba aperte pendent tam ex Gildae narratione (supra p. 100), praesertim initio eorum quae adscripsi, quam ex Nennii fabellis supra item (l. s. s.) relatis; quae enim ille de vallo vel Hadriani vel Severi narrat (cap. 19 monum. hist. Brit. 1 p. 60 *per CXXXII milliaria passus, id est a Pengaaul, quae villa Scotice Cenail, Anglice vero Peneltun dicitur, rustico opere Severus ille praedictus murum et aggerem extruxit, sed nihil profuit* cet.), ea, si dempseris interpolationem interpolatoris Dunelmensis dudum observatam atque ex ipso Beda repetitam (quam significavi litteris diductis), Bedae ante oculos versata esse facile perspicitur. Refutantur etiam hac observatione, quae ex Bedae testimonio deducenda esse de spatio a vallo Pii olim occupato existimaverunt antiquarii Britanni (cf. Roy p. 150). Itaque praeter Capitolini et Pausaniae testimonia supra relata atque inscriptiones, ea sola quae supersunt ipsius operis vestigia valli memoriam certam servaverunt.

Extant vestigia illa in spatio insulae inter duo maria maxime angusto, quod re vera inter Clotam et Bodotriam aestuaria est (hoc est fere inter Edinburgum et Glasgoviam, capita hodie Scotiae) atque in longitudinem extenditur recto tramite m. p. Anglica XXX plus minus (CCC stadiorum esse ait Dio 76, 12 τοῦ . . πλάτους . . τὸ ἐλάχιστον στάδιοι τριακόσιοι; quod omnino non quadrat, cf. Roy p. 153). Observata illa sunt primum, quantum scimus, a Timotheo Pont Scoto, qui tabulam Scotiae geographicam primam, quae quidem aliquanto accuratior erat quam reliquorum, confecit (obiit c. a. 1617; cf. Stuart p. 272); observationes vero eius quamvis quasi in transcursu tantum factae in Gibsonis editione Britanniae Camdenianae (a. 1695 p. 958. 1089) memorantur. Camdenus ipse quaedam de valli vestigiis relata accepit per amicos Gericium et Reichelium, Bainbriggium, Anonymum, quibus titulos quoque aliquot ibi repertos acceptos refert, ut dixi; quae ipse de vallo addit (ed. VI a. 1607 p. 699 s.) sanum eius iudicium probant. Secuti sunt *Doctor Irvine*, qui a. 1686 saepius valli lineam traditur peragrasse, cf. Chalmers Caledonia 1 p. 118 et Robertus Sibbald; sed primus Gordon (a. 1726) et post eum Horsleius (a. 1728) vallum descripserunt multo plenius quam anterio-

res, uterque accurata locorum descriptione usus; atque Horsleius, ut expectaveris, doctrina et iudicio Gordonem longe superans, ita ut eius enarratio valli et rerum antiquarum prope id repertarum (Brit. Rom. p. 158 ss.) vel hodie inter optimas numeranda sit. Memorant scriptores Britanni natum eum esse in Scotia (*at Pinkie House, Mid-Lothian*, a. 1685; Stuart p. 273) atque uxorem duxisse Scotam ex *Cramond* oriundam (*a daughter of Prof. Hamilton, minister of Cramond;* Hodgson 2, 3 p. 261); unde locorum tam gnarum eum fuisse quam in Britannia consentaneum sit. Post Horsleium Guilelmus Roy, quem supra iam laudavi, operis sui partem integram (p. 148 ss.) in valli descriptionem accuratam impendit, adiecta tabula geographica permagna (tab. 35), quae a nullo postea superata est. In eadem tabula etiam stationum decem, quae adhuc distinguuntur, formas adiecit. Hodgson in sua de vallo Pii narratione cum Horsleio eum potissimum secutus est (*hist. of Northumb.* 2, 3 p. 260 ss.); Stuarti (p. 271 ss.) paene tota item ex Guilelmi Roy tabulis fluxit hic illic correctis et suppletis.

Vallum igitur Pii caespiticium (*Grime's Dyke* vel *Graham's Dyke* dictum ab accolis hodie quoque; olim *the Proctor faal* aliisque nominibus; de nomine v. quae adnotant Roy p. 152 et Stuart p. 284; videtur significare munimentum simpliciter reditque etiam in aliis Britanniae partibus) similiter atque ea valli Hadriani pars, quae versus meridiem spectat vallumque proprie a nobis dicta est (supra p. 102), cum integrum erat, secundum observationes factas a Guilelmo Roy variis locis, tribus constabat partibus; primum fossa, quae putatur lata fuisse pedes (Anglicos) circiter quadraginta, alta viginti; deinde aggere ad meridionale fossae latus ducto, cui castella minora turresve dicuntur adiectae fuisse (inter *Rough Castle* praesertim et *Castlecary*, ubi quattuor turres numerabantur; Stuart p. 353), alto pedes circiter viginti (nisi haec mensura nimia putanda est), lato infra circiter pedes viginti quattuor, facto illo ex opere incerto, terra, caespite, lapidibus (interdum, ubi natura loci exigebat, lapideo paene toto), et supra pluteo vel praecinctione munito; accedebat via militaris magis etiam versus meridiem quam fossa et agger strata, lata pedes circiter viginti. Tertia vero munimenti pars, ut in vallo Hadriani, castella erant numero, ut Roy putat, fortasse duodeviginti vel tantum undeviginti (nam in parte valli orientali oblitterata sunt vestigia tam eorum quam valli ipsius paene omnia), sed quorum decem tantum saeculo proximo medio facile distinguebantur; nunc plura etiam evanuerunt. Decem castella illa ab Agricola iam condita esse putat Roy; talia vero demonstrari non posse iam supra monui. Si vallum extendebatur, ut probabile est, ab oriente versus occidentem fere inter hodiernum *Carriden* prope *Borrowstowness* (quod adiacet Bodotriae aestuario, id est *the firth of Forth*) usque ad *West Kilpatrick* (quod est ad Clotam, *the firth of Clyde*), longum erat in universum m. p. Anglica 37 minus *282 yards*, secundum Guilelmi Roy mensuras; Gordon et Horsley mensuras minus accuratas proferunt. Ille enim computat a *Carriden* ad *Old Kirkpatrick* (p. 64) m. p. Anglica 36 et passus 887, Romana 39 et passus 969, hic (p. 160) ab *Old Kirkpatrick* ad *Carriden* recto tramite m. p. Anglica $34^3/_4$ (sed si anguli tramitis computentur ipse mensuras suas cum Gordonis fere convenire concedit) sive Romana 39 et passus 717. Milia passuum Romana videtur igitur longum fuisse quadraginta plus minus, id est dimidia parte minus longum quam vallum Hadriani (supra p. 102). Praeter vestigia autem ipsa alia praeterea fortasse superest mensurae memoria. In titulis enim ad vallum repertis indicantur spatia a singulis numeris perfecta; haec si computarentur, Horsleius integram valli mensuram effici putabat. Sed computatio fallax est; neque enim omnes ille eius generis titulos novit (ut nuperrime duo accesserunt n. 1088. 1132*a*) et falso cum iis contribuit Cramondensem n. 1088 prava eius lectione ductus. Verum etiamsi omnes eius generis tituli superstites essent (ut certo non sunt), tamen mensurae omnes computatae totius valli spatium minime indicarent; qui enim superstites sunt undeviginti, eorum numeri computati valli totius mensuram iam excedunt, etiamsi semel tantum computantur qui gemelli sunt aperte (ut n. 1132. 1132*a*); potuerunt enim certe eiusdem memoriae exemplaria complura collocari locis variis, quod videntur demonstrare tituli in quibus numerorum locus vacuus remansit, scilicet ut post operis partem absolutam adderentur (n. 1121. 1137). Extant praeterea tituli non pauci, qui numeros olim continuisse putandi sunt casu hodie deperditos; ut docet tabula, quae sequitur. Uncis rotundis inclusi indicationes numerorum in lapidibus postea addendas, quadratis casu deperditas.

titulus	leg. II Aug.	vexillatio leg. II Aug.	vexillatio leg. VI vict.	leg. XXV. v.	vexillatio leg. XX V. v.	vexillatio incerta	cohors I Tungrorum	
n. 1088	m. p. 4652						(m. p. . . . .)?	
1099								
1109						[m. p. . . . .]		
1110*a*						[m. p. . . . .]		
1121			m. p. (. . . .)					
1122				m. p. 3304				
1127	$3666^1/_2$							
1129			m. p. 3665					
1130			m. p. $3666^1/_2$					
1132					p. 3[000]			
1132*a*					p. 3[000]			
1133	$4666^1/_2$							
1135			m. p. 3240					
1136	3270							
1137					p. (. . . .)			
1138	4140							
1139		(m. p. . . . .)			(m. p. . . . .)			
1140			m. p. 4141					
1141					m. p. 4411			
1142					m. p. 4411?*)			
1143					m. p. 3000			
	20,395	(. . . .)	$14,712^1/_2$	3304	17,822	[. . . .]	(. . . .)	$= 56,233^1/_2$

Ne illud quidem certo efficitur ex titulis illis casu servatis, quanta unius cuiusque militum numeri in opere valli pars fuerit; accedunt enim tituli eius generis, quod centuriale dicere solent antiquarii Britanni, scilicet quibus indicantur legio II Aug. (n. 1123. 1125. 1128) eiusve vexillatio (n. 1117), item legio VI (n. 1106. 1107) simpliciter *fecisse*, omissa spatii quod in vallo perfecerint indicatione. Unde numeri appositi illud tantum videntur indicare, tale valli spatium uno tempore continuo perfectum esse a numero, qui nominatur; alios vero numeros postea per idem

*) aut 4511.

spatium denuo vallum interdum fortasse male habitum refecisse titulis illis non excluditur. Neque perspicitur inde, qua ex parte numeri spatiorum computari coepti sint, ut tabula docet, in qua tituli procedunt ab oriente versus occidentem. Horsleius (p. 159 cf. praef. p. X) e contrario vallum extructum esse putabat ab occidente versus orientem (similiter ut vallum Hadriani, cf. p. 124); sed rationes, quas profert, scilicet multo plures in parte occidentali repertos esse titulos, quam in orientali, nec verae sunt neque etiamsi essent quicquam probarent. Itaque haec omnia, mensurae titulorum, spatia a singulis numeris confecta, operis progressus incerta manent; ut recte statuit Stuart (p. 363).

Castella autem quot qualiave fuerint post accuratam Guilelmi Roy explorationem indicari potest aliquanto magis confidenter. Notitiae certe tempore videntur deserta fuisse, unde nulla eorum in eo libro memoria superest. Sed superest, id quod Roy non prorsus neglexit sensitque etiam aliqua ratione Horsleius (p. 505), apud Ravennatem, scilicet propterea quod castella illa viae militaris quoque mansiones erant in itinerariis plenioribus, quam Antoninianum nobis servatum, indicatae. Haec enim apud Ravennatem (5, 31 p. 434, 19 ss.) leguntur: *iterum sunt civitates in ipsa Britannia recto tramite una alteri conexae* (observa iisdem fere verbis antea p. 432, 7 stationes valli Britannici ab eo enumerari), *ubi et ipsa Britannia plus angustissima de Oceano in Oceano esse dinoscitur, id est*

1 *Velunia* 6 *Medio Nemeton*
2 *Volitanio* 7 *Subdobiadon*
3 *Pexa* 8 *Litana*
4 *Begesse* 9 *Cibra*
5 *Colanica* 10 *Credigone*

Iam supra dixi decem tantum castellorum certa vestigia observata esse a Guilelmo Roy, reliqua, ut infra accuratius exponetur, incerta manere. Quis igitur dubitabit enumerationem illam decem civitatium in Britanniae parte 'plus angustissima' referendam esse ad decem valli Scotici castella, quorum vestigia supersunt? Id quod ab antiquariis Britannis omnibus video neglectum esse. Nomina, quorum duo tantum apud Ptolemaeum praeterea redeunt *Colanica* castelli quinti (Κολανία 2, 3, 9) et decimi *Credigone* (quod cum Περιγόνιον eius 2, 3, 7 et Περιγόνιος κόλπος 2, 3, 1 satis probabiliter componetur) solita in eo scriptore corruptela pessum data quidem sunt, neque vero casu castellum sextum, quod facile potest in medio vallo situm fuisse, *Medio Nemeton* videtur dictum esse (vide infra n. IX *Bemulie*). Cum Ravennas valli Britannici stationes enumeret ab occidente versus orientem, inde idem eum fecisse in stationibus valli Scotici non certo concluseris; tamen eo ordine in hac sylloge stationes recensui ad valli Britannici similitudinem, cum contrarii, ut dixi, rationes idoneae nullae omnino possint afferri.

I. *CARRIDEN.*

A parte valli orientali incipienti (neque enim est, ut vidimus, cur ab altera incipiamus) turrim vel castellum minus fuisse prope *Carriden* (sive *Caerridden*) probabile est, quanquam quo loco ipse valli terminus fuerit utrum prope ipsum *Carriden* an iuxta *Abercorn*, ut Bedae testimonium incertum indicat, propter orae maritimae naturam nec a scriptoribus vetustioribus definiri potuit secundum ea, quae tum supererant, vestigia (cf. Horsley p. 173; Stuart p. 362; R. Garnett Archaeologia 30, 1844 p. 245 ss.) nec nuper decisum est invento titulo n. 1088, quem qui primi ediderunt putabant in ipso termino fuisse collocatum. Ita enim de eo mihi scripsit Iohannes Stuart: *the spot in question* (scilicet ubi vallum terminetur) *is a rocky projection, round which in old time the waters of the Forth flowed, altho' now they have receded by some distance. At this rocky point are many squared freestone blocks, which apparently have formed part of a wall, into which this slab had been built, as appears by some holes in it for fixing it back.* Concedamus necesse est locorum peritis nullum alium fortasse nec esse nec extare potuisse unquam locum, a quo facilius vallum initium cepisse credi possit; sed lapides illos unaque etiam eum, cui titulus inscriptus est, tempore posteriore in collem illum casu aliquo vel consilio deferri non potuisse negamus. Tituli autem verba totius valli terminum non magis indicant quam qui reperti sunt generis eiusdem reliqui per varias valli partes dispersi. Praeter titulum alterum cohortis alicuius (n. 1089) et instrumenti domestici quaedam frustula vetusti nihil prope *Carriden* prodiit; castelli vestigia nulla, situm tantum definire posse sibi visus est Roy (p. 162). Stationem igitur valli primam ibi collocandam esse ratione idonea nulla videtur probari posse; tituli duo, quos hic propono, facile in quovis valli ipsius loco potuerunt positi esse.

1088 Tabula lapidea grandis casu effossa m. Aprili a. 1868 in colle dicto *the Windmill hill,* qui est in praedio *Grange* Henrici Cadell, *at Bridgeness in the parish of Carriden, Linlithgowshire.* Servatur in museo Edinburgensi; longa est ped. 9, alta ped. 3 dig. 11. Litterae intra tabellam ansatam; ansae peltarum formam habent. Litterae sunt elegantes, lapis universus integerrime servatus.

eques armatus hastam vibrans; infra hostes devicti quattuor inter scuta et mucrones; unius caput decisum adiacet

IMP · CAES · TITO · AELIO
HADRI · ANTONINO
AVG · PIO ⌽ P ⌽ P ⌽ LEG ⌽ II
AVG · PER · M · P · IIIIƆCL ⌽ II
FEC

homines quattuor stantes, unus patera supra aram libans, alter vexillum tenens, in quo scriptum est

LEG
II
AVG

Adstat tibicen tibia duplici canens; infra sedet victimarius(?) ante ovem, taurum, aprum

Imaginem photographicam misit Ioh. Stuart. Ediderunt ephemerides Scoticae et Anglicae complures, quas mihi subministravit Guil. Wright (velut *the Times* Apr. 21, 1868); ligno incisam exhibuerunt *the illustrated London News* (m. Maio a. 1868); repetita inde est in *gent. mag.* 5, 1868 p. 763 et in *archaeol. journ.* 26, 1869 p. 178.

Lectio certa est; anaglypha similia atque in n. 1130, sed operis accuratioris. A dextra suovetaurilia repraesentari manifestum est.

1089 *Carinn or Caeribden, built up in the house* GORD. *In Caer-ridden house* HORSL. Frustra quaesivit STUART.

COH
VIII
⟩ STA
TELES

vexillum

aquila sertum tenens

T

vexillum

Gordon it. sept. p. 60 tab. 10 fig. 6 (inde Stuart p. 362 tab. 15 fig. 1); Horsley p. 202 *Scotl.* 24 (inde Goughs Camden 4 p. 100; Hodgson 2, 3 p. 263). Gordon ita legit COH|IVLE|ASIA|TEI'S omissa T littera ad dextram addita, quae quid significet ignoro.

Coh(ortis) VIII ↄ(centuria) Sta(tii) Teles(phori?)

II. *MUMERILLS.*

Si valli vestigia sequimur a *Bridgeness* et *Borrowstoness* versus occidentem ad *Avon* fluvii ripam tuguria quaedam offenduntur *Inveravon* (aut *Inner Avon*) dicta. Ibi castra fuisse Roy suspicatur (p. 162; Stuart p. 361); atque prodierunt certe ibi vestigia viae militaris (Stuart p. 361), castrorum vero et titulorum nulla.

Aeque certa sunt valli viaeque vestigia inter *Polmont* et *Mumerills* vicos prope *Lawriestown* et *Falkirk*, castrorum, quae ibi collocat Roy (l. s. s.), aeque incerta (cf. Horsley p. 172; Stuart p. 158). Prodierunt ibi in vicinia tituli certe duo (n. 1090. 1091); indicant illi fortasse turrim vel castellum minus, in quo alae Tungrorum et cohortis II Thracum milites per aliquod tempus tendebant, hic quoque situm fuisse in loco eminenti ad *Beancross* prope ripam *Grange* rivi, ubi Gordonis tempore vestigia quaedam detecta sunt, quae hodie iam non supersunt. Valli vero stationem maiorem ibi fuisse nec vestigia nec tituli demonstrant.

1090 *Mumerills.* Ara rep. a. 1841 *near the bridge of Brightons, to the south east of Falkirk.* Servabatur *at Polmont*, deinde *at Falkirk*, apud *I. Russell, Iunr., writer.*

HERCVLI
MAGVSAN
⊠ SACRVM
VAL · NIGRI
NVS DVPLI
ALAE TVN
GRORVM

I. Reddock *gent. mag.* 16, 1841 p. 78 (cf. E. D. ibid. p. 303); Stuart p. 359 tab. 15 fig. 9 (inde Newton p. 118, 76*c*; Henzen 5729).

3 ⊠ SACRVM traditur.

Herculi Magusan[o] sacrum. Val(erius) Nigrinus dupli(carius) alae Tungrorum

Alam Tungrorum habuimus supra Gabrosenti (n. 941).

1091 *Mumerills.* Tabula lapidea rep. *in the vicinity;* longa dig. $18^1/_2$, alta 16. Servatur in museo Edinburgensi (H 144). A. 1834 dono dedisse societati antiquariorum Scoticae fertur *Sir Thomas Livingstone* (aut *Colquhoun* a. 1781?).

DIS · M · NICIOVELIVS · F ·
› VINDICIS · AN · XXX
STIP › VIIII › NAT
IONIS › BRIGANTIS
MILITAVIT › IN
COH · II › THR

Descripsi. Stuart p. 358 tab. 6 fig. 3 (inde Newton p. 118, 114*a*).

1 MMSIOEFIVS·FS Stuart; sed elementum quintum M esse non posse visum est. 2 › VINDICIS Stuart. Elementum primum non esse centuriae notam, sed punctum docent puncta formae eiusdem repetita vv. 3. 4. 5. 6; quanquam adsunt etiam puncta forma solita. XVX Stuart. 4 BRIGANS Stuart; sed quod dedi mihi visus sum deprehendere in lapide.

Dis M(anibus). Nic[t]ovelius f(ilius) Vindicis an(norum) XXX stip(endiorum) VIIII nat(ionis) Brigantis, militavit in coh(orte) II Thracum

Nationis Brigantis dictum est pro *natione Brigans* (vel *natione Brigante*). Cohortem II Thracum reperimus supra in *Moresby* (cap. XXXII).

III. *ROUGH CASTLE,*
STATIO PER LINEAM VALLI PRIMA?

A *Rough Castle* versus occidentem m. p. Anglica duo plus minus domus sita est *Bantaskin* dicta. Ibi statio fuisse creditur propter loci opportunitatem solam (Roy p. 162); vestigia enim ibi nulla unquam detecta sunt (Stuart p. 356).

Certa contra castrorum vestigia prima, si ab orientali valli parte computamus, ea sunt, quae *Rough Castle* nomen hodie quoque servant, sita illa ad rivum dictum *Rowantree* (*Roundtree* Roy) *burn*, a *Castlecary*, quae sunt castra proxima, m. p. Anglica $3^1/_2$. Duplicia erant, ut vestigia dicuntur demonstrare quae supersunt (cf. Horsley p. 172; Roy p. 161; Stuart p. 353). Titulus ibi prodiit unus tantum (n. 1092), sed qui probet cohortem VI Nerviorum per aliquod tempus ibi mansisse. Itaque huic fortasse mansioni, utpote ab oriente incipientibus primae, coniectura tribuere licet Veluniae nomen a Ravennate servatum, ut exposui supra in praefatione ad vallum Pii (p. 194).

1092 *Rough Castle.* Ara rep. a. 1843, *at the distance of from 200—300 yards to the south of the station*, alta dig. $27^1/_2$; litteris rudibus. Servatur Glasgoviae apud Iohannis Buchanani generum (*Mr. Holms, in the lobby of his house, 9 Park Circus*) DICKS.

VICTORIA
COH · VI · NER
VI · OR · VM · C · C ·
FL · BETTO › · LEG
XX · V · V ·
V · S · L · L · M

Ectypum misit Dickson, unde descripsi. Stuart p. 355 tab. 15 fig. 5 (inde Newton p. 113, 116).

V. 3 litteram ultimam incertam esse adnotat Stuart putatque fuisse P (*cui praeest*); immo C·C· quod dedi in ectypo planissime legitur; quid significetur ignoro. Puncta ita extant inter syllabas posita. 4 A·BELLO (sive BELIO) Stuart; ut dedi legit etiam Dickson, quanquam F et L prope accedunt ad formam A litterae.

Victoria[e] coh(ors) VI Nerviorum c . . . c . . . . . Fl(avius) Betto? c(centurio) leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis) v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)

Cohortem VI Nerviorum habuimus supra in *Brough* (cap. XXIV) et Aesicae (cap. L). Betto barbare scriptum esse potest pro *Vetto*.

IV. *CASTLECARY,*
STATIO PER LINEAM VALLI SECVNDA?

In colle ad rivum *Redburn*, qui *Castlecary* dicitur et viae ferreae ab Edinburgo ad Glasgoviam ductae proxime adiacet, castrorum in linea valli proxime ab *Rough Castle*, ut dixi, sitorum certa et conspicua supersunt vestigia (Horsley p. 170; Roy p. 159 s.; Goughs Camden 4 p. 102; Stuart p. 343 ss.), quae inter maxima totius valli castra illa numeranda esse demonstrant. Conveniunt tituli ibi reperti qui praeter milites legionum trium Britannicarum (n. 1093—1096. 1100) duas minimum ibi degisse cohortes probant, I Vardulorum et I Tungrorum, quarum haec in ipso

valli opere faciendo occupata erat (n. 1096. 1099); cohortis Batavorum memoria incerta est (n. 1101). Fallaci soni similitudine ductus Roy Coriam, quam Ptolemaeus (Κορία 2, 3, 9) Damnoniis tribuit (de quorum cum Dumnoniis Britanniae meridionalis cognatione dixi supra ad n. 775. 776), in *Castlecary* posuit propter parietinas non paucas aedificiorum suburbanorum, i. e. extra castra sitarum; etiam granarium ibi detectum est in specu abditum (Stuart p. 346). Stationem non fuisse exiguam ipse titulorum numerus docet plerisque reliquis maior. Si recte coniecimus stationum seriem servatam esse apud Ravennatem eamque incipere ab oriente, in *Castlecary* cadit eius *Volitanio;* nam ab oriente incipienti altera haec est mansio certis vestigiis comprobata. Ad *Dicks house* (cf. Horsley p. 171), *Chapel Hill*, *Elfhill*, quae sunt loca in valli linea a *Castlecary* versus orientem sita, castellorum minorum vel turrium vestigia observata sunt ab Horsleio et Guilelmo Roy hodie iam deperdita.

1093 Inventum (una cum anaglypho rudi Mercurii) apud *Castlecary*, a. d. 1771, et a Laurentio Dundas Baronetto Academiae donatum MON. *Found* (a. 1771) *in the quarry of the fort of Castle Cary, by the workmen who wanted stones for the canal between the Forth and Clyde* AND. Servatur in museo Hunteriano; ara alta ped. 2 dig. 5, lata ped. 1 dig. 1.

FORTVNAE
VEXILLA
TIONES
LEG·II·AVG
LEG·VI·VIC
P·S·P·L L

Contuli. Monum. Scot. 28 (inde Goughs Camden 4 p. 102; Hodgson 2, 3 p. 265); Anderson apud Roy *milit. ant.* p. 201 tab. 39; Stuart p. 345 tab. 14 fig. 9.

6 P·S·P·C·L Mon., P·S·PL L· And., P·S·P ⅃L Stuart. Mihi hastae duae certae visae sunt, utrum L an I significarent non liquebat. *Pro salute posuerunt laetae libentes* vel similiter explicari solent litterae illae, parum probabiliter.

1094 *Castlecary. An altar to be seen near to Comernauld, the residence of the Earl of Wigton* SIBB. *Castlecary . . .; a small portable altar* de parte superiore; de inferiore: *here has been found . . . an altar, on which were engraven these letters:* legio Britannorum; *but I never could procure a sight of it; however 'tis said to have been a long time in the house of Cummernauld* GORD. *From Castlecary at the Earl Wighton's in Cumbernauld* partes ambae HORSL. *An ancient stone digged out of the ruines of Severus Wall and kept at Cumbernauld by the Earl of Wigton.* Ubi extet ignoro MORT.

	Sibb.:	*Gord.:*	*Horsl.:*	
	MATRIBVS	M ⱮS	MATRIB	
	MILITES	MILITES	MILITES	
	VEXILL·IO·	VEXIIIo	VEXILL	
	LEG·XX·VI			
5	BRITTON		BRITTON	5
	V·S·L·P·M		VSLLM	

Sibbald mus. Balfour. p. 205, *hist. inq.* p. 48 (inde Spon. misc. p. 105 'ex Fahl Scoto'; Gibsons Camden p. 1102); Gordon it. sept. p. 57 tab. 15 fig. 2 (inde Stuart p. 346); Horsley p. 201 *Scotl.* 21 et 20 fragmenta duo unius arae esse non perspiciens (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hodgson 2, 3 p. 264); schedae Mortonis n. 6; Stuart p. 346 tab. 14 fig. 6 partem superiorem tantum exhibet.

V. 3—5 VEXILIO|LEGIO XXV|BRITTONVM Mort. supplementis, ut apparet, additis de suo.

Fragmenta esse unius tituli exempla Sibbaldi et Mortonis indicant, quod Horsleius negat propter mensuram fragmenti inferioris paullo magis latam, ut videtur, quam superioris. Sed non puto Sibbaldum et Mortonem versum totum addidisse de suo. Contra Brittones militasse in legione illa legionibusve illis cum per se ferri possit, tamen aliunde demonstrari nequit. Unde rem in incerto relinquo, donec fragmenta denuo comparebunt. *Brittones* enim fortasse breviter positum est pro eo quod esse solet in titulis eius generis *cives Brittones* vel *natione Brittones;* quale originis vocabulum etiam potest excidisse in fractura lapidis. V. 4 etiam legi potest *leg(ionis)* [*VI*] *vi*[*c-tricis*].

Matribus milites vexill[*at*]*io*[*n(um)*] *leg(ionum) XX, VI Britton(es)? v(otum) s(olverunt) l(ibentes) l(aeti) m(erito)*

1095 Ara rep. *to the westward of the fort* (*Castlecary*), alta dig. 19½. Servatur Glasgoviae apud Iohannis Buchanani generum (*Mr. Holms, in the lobby of his house, 9 Park Circus*). Litterae quamvis minutae in universum clare leguntur, sed pictae sunt nuper atramento, ut observavit DICKSON.

D E O
M E R C V R I O
MILITES · LEG · VI
VICTRICIS · PIE › F
ED ⌖ ET ⌖ SIGILLVM
CIVES⌖ITALICI
ET ⌖ NORICI ⌖
V ⌖ S ⌖ L ⌖ L ⌖ M

Ectypum misit Dickson, unde descripsi. Stuart p. 349 tab. 14 fig. 3.

5 IDEI·SICILI Stuart, qui legit *f*|*id(elis) et Sicili(ae);* male omnino. In ectypo omnia clara sunt, praeterquam quod E prima speciem praebet Ɛ nexus; casu puto. 8 V·S·L·P·M Stuart.

Deo Mercurio milites leg(ionis) VI victricis pie f(idelis) ed(em) et sigillum cives Italici et Norici. V(otum) s(olverunt) l(ibentes) l(aeti) m(erito)

Cives Italici et Norici verba ante v. 5 ponenda erant.

1096 Ara reperta *in the vicinity* (*of Castlecary*, prope aram Mercurii n. 1095), *in a thicket, chocked with briers, close to the rivulet called the Red-burn, which flows past the fort.* Servabat olim *Mr. Forrest, Johnston Cottage, parish of Cadder;* extat Glasgoviae apud Iohannis Buchanani generum (*Mr. Holms, in the lobby of his house, 9 Park Circus*) DICKS.

	Stuart:	*ego:*	
	O	D E O	
	. . . . .	SILVANO	
	COHORS	COHORS ⌖ I	
	. . . . .	FID · VARDVL	
5	. . . . . ∞	C·R·EQ·∞	5
	CVI PRÆEST	CVI · PRAEST	
	VERVS PR	TREBIVS	
	V S L M	VERVS · PR	
		AEF	

Ectypum misit Dickson, unde descripsi summa cum difficultate. Stuart p. 350 tab. 14 fig. 2. Sequor eius tabulam, in textu exhibet v. 2 ita . . . ANO, de Silvano cogitans recte, et comparat supra n. 1081.

V. 1. 2 quamvis evanidi tamen certae lectionis sunt. 3 Numerus in fine primo aspectu vel II vel III videtur esse; sed potest etiam I legi. Prima tantum eius gentis cohors in Britannia nota est ex titulis, cf. cap. XXXVI (supra p. 93) et cap. LXII (supra p. 178); cf. etiam diploma n. 1194. 4 . . ED . . . . D Dickson legit. Nullum inveni cohortis nomen, quod in litterarum apices melius quadraret, quam quod posui; et re vera omnium litterarum, quibus nomen illud constat, elementa clare distinguo. 5 C·R·EQI ⋈ video in ectypo; nisi forte scriptum erat EQVI·, quod vix probaverim; hastam illam puto fortuitam esse. 7 Nomen praefecti gentile satis certum est; TRIB . . . *or something similar* legerat Dickson.

1097 Pars arae superior servata Glasgoviae in museo Hunteriano; 'inventa apud *Castlecary* et a Laurentio Dundas Academiae donata' (a. 1771) MON.; alta dig. $15^1/_2$, lata dig. $11^1/_2$.

DEAE

Contuli. Monum. Scot. 30 (inde Goughs Camden 4 p. 102); Stuart p. 345 tab. 14 fig. 9.

1098 *At Castlecary, pretty much broken* GORD. Ibidem reliqui. Pars arae inferior; servatur in museo Edinburgensi (H 151), ubi dicitur reperta esse *at Craigend, near Croy*, errore puto.

Gordon:	*Horsl.:*	*Stuart:*	*ego:*
P S	P O	I P S	V P S
SVSLM	ESVSLM	V SVSLM	·ET S·V·S·L·M

Contuli. Gordon it. sept. p. 57 tab. 10 fig. 5; Horsley p. 202 *Scotl.* 23 (inde Goughs Camden 4 p. 100); Stuart p. 346 tab. 14 fig. 7; catalogus mus. Edinb. (1863) p. 57.

1099 Inventum apud *Castlecary* a. d. 1764 et a Laurentio Dundas Baronetto Academiae donatum MON. *Found upon the Roman wall near Castle Cary* AND. Extat Glasgoviae in museo Hunteriano; lapis longus ped. 3 dig. 6, altus ped. 1 dig. 9.

IMP·CÆS·T·ÆL·ANT·
AVG·PIO·P·P·
COH · I · TVNGRO
RVM · FECIT · ∞

Contuli. Monum. Scot. 27 (inde Goughs Camden 4 p. 102; Hodgson 2, 3 p. 265); Anderson apud Roy *milit. antiq.* p. 200 tab. 39; Stuart p. 347 tab. 15 fig. 10.

Numerus millenarius videtur postea additus esse in fine. Utrum mensuram operis indicet, quod magis puto, an cohortem fuisse miliariam, quod aliunde constat, vix certo poterit definiri.

1100 *Castlecary;* lapis centurialis rep. a. 1841 in ipsa statione; longus dig. 15, altus $11^1/_2$. Litterae intra tabellam ansatam. Servatur in museo Edinburgensi (H 145), cui intulit a. 1852 comes de Zetland.

CHO VI
Ↄ ANTO
ARATI

Contuli. Wilson *prehistoric annals* p. 401; Stuart p. 348 tab. 14 fig. 1; catal. mus. Edinb. p. 56.

1101 In *Castlecary* vidit GORD. *In Baron Clerk's collection* HORSL. Ubi extet ignoro; erat pars arae inferior.

H BAT

Gordon it. sept. p. 57 tab. 15 fig. 4 (inde Stuart p. 346 tab. 14 fig. 4); Horsley p. 202 *Scotl.* 22 (inde Goughs Camden 4 p. 100).

De cohorte Batavorum cogitarunt editores ambo; sed offendit numerus cohortis omissus. Cohortem I Batavorum habuimus supra Procolitiae ad vallum Hadriani (n. 617. 621).

V. *WESTERWOOD*,

STATIO PER LINEAM VALLI TERTIA?

Accedunt *Croyhill* et *Craigend.*

Ad *Westerwood*, qui est vicus in linea valli situs a *Castlecary* versus occidentem proximus, castelli quidem non magni vestigia observata sunt (Horsley p. 170; Roy p. 160; Stuart p. 343); sed prodiit ibi nihil unquam nec supellectilis solitae nec titulorum inscriptorum praeter tabellam votivam fascino insignitam (n. 1102); unde stationem ibi valli fuisse incertum est. Si fuit, nomen ei fuisse Pexae putandum est secundum Ravennatis testimonium.

Magis versus occidentem a *Westerwood*, a *Kilsyth* oppido vero et a valli linea versus meridiem *Croy* statio viae ferreae Edinburgo Glasgoviam sita est. Prope eam vici sunt *Croyhill houses, Nether Croy* et *Craigend;* castrorum vero Romanorum vestigia nulla extant (Horsley p. 170; Roy p. 160; Stuart p. 339 s.). Unde in *Croyhill* valli stationem fuisse, ut coniecerunt Gordon et Roy, ne titulis quidem in vicinia repertis, dedicationibus scilicet Marti Nymphis Victoriae positis (n. 1103. 1105) et lapidibus aliquot centurialibus, quos vocant, qui legionis sextae vexillationes eam valli partem fecisse indicant (n. 1106—1108), probari potest; possunt enim illi ex vicina *Westerwood* allati esse aut omnino ad stationem nullam pertinere. Prodiit ibi etiam anaglyphum, in quo repraesentantur milites legionarii, ut videntur, tres gradientes; Severi certe filiorumque imagines esse, ut putabat I. Skinner (Archaeologia 21, 1827 p. 455 ss.; Stuart p. 341 tab. 13 fig. 4), nemo facile sibi persuadebit.

1102 Cippus non magnus, in quo phallus opere anaglypho, *at Westerwood* GORD., qui ibi repperit. Postea apud baronem Clerk (GORD. HORSL.). Videtur periisse, nisi latet.

XAN *phallus*

EX·VOTO

Gordon it. sept. p. 56 tab. 15 fig. 3; Horsley p. 200 *Scotl.* 19 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hodgson 2, 3 p. 265; Stuart p. 343) qui addit: *decency forbids me to say any more on this subject, as it obliges me to conceal the figure.*

Litteras in margine superiore ita X VI legit Gordon, X AN (decem annorum) Horsley. Latet fortasse nomen dedicantis.

1103 Inventus est hic lapis prope oppidum de Kilsyth MONUM. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano, dono Thomae Calder; est arae pars superior alta ped. 1 dig. 8, lata ped. 1.

	Mon.:	*ego:*	
	DEO·MAR	DEO MAR	
	CAMVLO	/I·CAMVLO	
	III C	// HI / C /	
	O	//// ORI	
5	SC	/// IFC /	5
		/	

Contuli. Monum. Scot. 19 (inde Goughs Camden 4 p. 100 tab. 4 fig. 6; Hodgson 2, 3 p. 271); Stuart tab. 13 fig. 9 (in textu omissa).

1104 Ara servata in horto *of Nether-Croy-farm*, prope *Croy-hill* SKINN. Alta erat dig. 38, lata 14. Ibidem vidit STUART.

NYMPHIS

VEXILLATIO
LEG·VI·VIC
P F SVB FA
5 BIO ıBERA
ıi . . . . .

I. Skinner *gent. mag.* 96, 1826 I p. 166 et Archaeologia 21, 1827 p. 467 tab. 21 fig. 2; Stuart p. 342 tab. 13 fig. 7.

2 VEXILATIO, A PP Skinn. 5 PIO BERA Skinn., BIO BERA Stuart.

Nymphis vexillatio leg(ionis) VI vic(tricis) p(iae) f(idelis) sub Fabio [Li]bera[li . . . . . .

1105 Anaglyphum adservatum *in the wall of a farm-house at Nether-Croy*, repertum *on the hill above it* SKINN. *At the house of Nether-Croy* STUART, THOMS. Litterae intra sertum laureum positae postea perierunt.

femina nuda inter duas colum-nas (*Venus?*) VI *captivus iacens*

I. Skinner Archaeologia 21, 1827 p. 458; Stuart p. 341 tab. 13 fig. 1 litteris omissis.

The female figure was intended probably for the good Genius of the Roman people Skinn. '*A female . . in the act of leaving the bath*' Stuart. Venerem genetricem puto indicari, quae eadem Victoria est.

Vi[*ctoriae . . . .*

1106 *At Croe-hill; I found it myself, built up in a cottage, part of it being covered over with clay* GORD., qui dono dedit baroni Clerk; inde pervenit a. 1858 in museum Edinburgense (H 148). Litterae intra tabellam ansatam.

LEG V

Contuli. Gordon it. sept. p. 56 tab. 10 fig. 4; Horsley p. 200 *Scotl.* 17 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hodgson 2, 3 p. 265; Stuart p. 340); catalogus mus. Edinb. p. 57.

'*An invaluable rarity of its kind*' Gord., qui putabat indicari legionem quintam. Id ferri non posse perspexit Horsleius, qui aut *leg*(*ionem*) *v*(*ictricem*) intellegendam esse censet aut intercidisse hastam numeri VI. Hoc verum puto; scilicet intercidit I cum coalesceret cum margine tabellae ansatae.

1107 *From Croe-hill* GORD. *From Crowyhill*, servatur apud baronem Clerk HORSL. Nunc in museo Edinburgensi (H 150), lapis centurialis.

LEG VI
VICR·F

Contuli. Gordon it. sept. p. 56 tab. 10 fig. 3; Horsley p. 200 *Scotl.* 18 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hodgson 2, 3 p. 265; Stuart p. 340); catalogus mus. Edinb. p. 57.

1108 Lapis centurialis, rep. *at Craigend, near Croy*. Servatur in museo Edinburgensi (H 149), cui intulit Clerk a. 1858; litteris evanidis.

Ↄ CLICONIS
ABBVCIS

Descripsi ut potui; catal. mus. Edinb. p. 57 titulo non adscripto.

VI. *BARHILL*,

STATIO PER LINEAM VALLI QVARTA?

Accedit *Miniabruch* (*Kilsyth*).

Certa extant castrorum reliquiae in situ *Barhill* dicto, qui est inter *Croy* et *Shirva* (Horsleius *Skirway, Skervy* Roy scribunt) vicos (cf. Horsley p. 169; Roy p. 160; Stuart p. 336), quae stationem ibi fuisse inter totius valli maximas numerandam demonstrant. Accedunt tituli, quorum unus certo oriundus videtur esse ex castris ipsis (n. 1109); reliqui duo (n. 1110. 1110*a*) ad *Kilsyth* (olim *Kilseith*) oppidum delati sunt; *Miniabruch* enim sive *Monyabroch*, ubi ponitur alter eorum (n. 1110), vetus *Kilsyth* oppidi nomen fuisse fertur. Atque ex hoc quidem titulo conici potest cohortem primam Hamiorum ibi aliquando fuisse in castris; dedicationes imperatori Pio a vexillationibus legionum positae eiusdem generis sunt, cuius per totam valli lineam tituli plurimi. Praeterea etiam anaglyphum militis ibi repertum est (Horsley p. 198 *Scotl.* 11; Monum. Scot. 9; Goughs Camden 4 p. 99 tab. 3 fig. 4) aliaeque vitae Romanae reliquiae. Si statio ibi fuit re vera, Begesse nomen a Ravennate servatum ei potest tribui.

1109 *At Barhill fort, part of a pillar* GORD. *Now in the possession of the learned Baron Clerk* HORSL. Ubi nunc extet ignoro. Infra fractam esse indicant tabulae Gordonis et Horsleii, quanquam versum nullum deesse significant, errore puto.

IMP CAES
TA E HADRI
ANTONINO
AVG PIO P P
5 VEXILLATIOVS

Gordon it. sept. p. 55 tab. 9 fig. 4; Horsley p. 200 *Scotl.* 16 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Stuart p. 337 tab. 13 fig. 2).

5 *Vexillatio v*(*otum*) *s*(*olvit*) legerunt et interpretati sunt Gordon et Horsley, non recte; latere magis puto *vexillatio*[*ne*]*s* [*leg*(*ionis*) *II Aug*(*ustae*) aut *VI victricis*].

1110 In Scotia prope Miniabrough GERIC. In pago Miniabruch dicto haec ex domo Ministri translata est in Nobilis domum, quae ibidem exaedificatur; iacet adhuc in area ANON. Similiter CAMD. *A stone in a gentleman's house in . . .* (lacuna in manu scripto), *almost oval and 6 foot in length, bearing this inscription;* legere est hanc inscriptionem in pariete horti domini de Kilseith. Et praeterea duos liticines (*sic*) duobus lapidibus MORT. Periit; erat cippus fastigio ornatus, cum rosis sepulcralibus.

D M
C · IVLI
MARCELLINI
PRAEF
5 COH·Ī·HAMIOR·

Crispinus Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 306 (inde Grut. cod. Lugd. Pap. 6 f. 110; Scaliger in exemplo suo Gruteri Vaticano et ad Eusebium p. 190; Camden ed. VI [1607] p. 699; ex Scaligeri Eusebio Sibbald *hist. inq.* p. 30. 49, comm. in Agric. p. 80; Reines. 8, 27 'e Cambdeno'; Donat. p. 281, 7 et iterum p. 286, 2 'ex schedis P. Gnocchi'; Horsley 206; Goughs Camden 4 p. 95; Hodgson 2, 3 p. 265; Newton p. 115, 90; Stuart p. 338); Anonymus cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 281; schedae Mortonis 5.

De cohorte I Hamiorum dixi in praef. cap. LI (supra p. 134).

1110*a* In pariete horti domini de Kilseith, in multum excelso lapide (praecedit n. 1110 ibidem servata).

IMP · CAES · T · AELIO
*h*ADRIA*no* ANT*on*INO
AVG·P*i*O·P P
VEX*i*LL . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Schedae Mortonis n. 6, quae ita tradunt v. 2 ss. ADRIA . . . ANTINO | AVG·PRO P·P | VEXELLINVS . . . Apparet titulum similem fuisse atque n. 1109. 1121. 1129. 1132. 1137. 1142, sed propter ipsam loci indicationem ab his diversum.

VII. *AVCHINDAVY,*

STATIO PER LINEAM VALLI QVINTA?

Accedit *Shirva.*

Ad *Auchindavy*, quod praedium est situm m. p. Anglica $1^3/_4$ a *Kirkintilloch* oppido, vestigia castrorum certa neque exigua observata sunt (Horsley p. 159; Roy p. 169; Stuart p. 326 ss.) prodieruntque ibi praeter dedicationes solitas (n. 1111—1116) et vexillationis legionariae memoriam (n. 1117) etiam tituli aliquot sepulcrales tam militis quam privatorum (n. 1118—1120) una cum anaglyphis defunctorum, qui repraesentantur solito ad cenam recumbentium habitu (monum. Scot. 16. 17; Goughs Camden 4 p. 100 tab. 4 fig. 4; Stuart p. 333 tab. 12 fig. 2. 3); dextera patellam tenent, adstat canis. Servantur nunc Glasgoviae in museo Hunteriano similesque sunt omnino Devensi supra n. 175; tituli perierunt, sed ad legionarios etiam illos pertinuisse probabile est. Unde non videtur dubitari posse, quin statio valli ibi fuerit; cui secundum Ravennatis enumerationem nomen *Colanicae* conveniret. Titulos (n. 1117. 1118. 1119) aliasque antiquitates inde delatas esse ad vicinum *Shirva* non est quod miremur.

1111—1114 A. 1771, *in digging the canal to join the firths of Clyde and Forth* ad *Auchindavie* (*just without the south-west angle of the fort* STUART) repertae sunt arae quattuor, cura Andersonis illatae museo Glasgoviensi, ubi servantur. 'Hasce quatuor aras, apud Achendavie effossas, academiae Glasguensi donarunt honorabiles canalis navigabilis inter Fortham et Glottam procuratores, ann. dom. 1771' MONUM.

1111 *a* Alta ped. 3.

I O M
VICTORIAE
VICTRICI·PRoSAE
TE IMP·N·ET·SVA
SVORVM
M COCCEI
FIRMVS
ↄ LEG·II·AVG

1112 *b* Alta ped. 2 dig. 4.

DIANAE
APOLLINI
M COCCEI
FIRMVS
ↄ LEG II AVG

1113 *c* Alta ped. 2 dig. 6.

GENIO ⌀
TERRAE
BRITA
NNICAE
M COCCEI
FIRMVS
ↄ LEG II AVG

1114 *d* Alta ped. 2 dig. 9.

MARTI
MINERVAE
CAMPESTRI
BVS HERC
EPONAE
VICTORIAE
M COCCEI
FIRMVS
ↄ LEG II AVG



Contuli. Anderson apud Roy *milit. antiq.* p. 201 tab. 38; R. Gough Archaeologia 3, 1786 p. 118 ss. tab. 8 fig. 1—4 cf. Archaeologia 21, 1827 p. 459 (Goughs Camden 4 p. 98 tab. 2 fig. 1—4); Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 137 s.; Orell. 1686 *b* et 1355 *d*; Hodgson 2, 3 p. 266; Akerman *archaeol. Index* p. 80 *c*; Newton p. 111, 43 *c*); Monum. Scot. 21—24; Irrving *Dumbartonshire* p. 13 in tab. fig. 3; Stuart p. 330 tab. 11 fig. 1—4.

Lectio omnino certa est, unde errores priorum minores omitto. *d* 4 HERⓄ (*heroi*) omnes; sed iam Orellius Herculis nomen latere perspexit. Scilicet *Hercl(i)* scriptum erat. Observa centurionis notam in *c* sola a reliquis diversam esse.

a I(ovi) o(ptimo) maximo, Victoriae victrici pro salute imp(eratoris) n(ostri) et sua suorum
b Dianae, Apollini
c Genio terrae Britannicae
d Marti, Minervae, Campestribus, Hercl(i), Eponae, Victoriae
M. Coccei(us) Firmus ↄ(centurio) leg(ionis) II Augustae

Cf. dedicationes Uxellodunenses supra n. 372—395. Victoria haec victrix videtur diversa fuisse a Victoria simpliciter dicta. Praeterea notandum dedicantis nomen gentilicium more vetusto casu primo *Coccei* compendio scriptum. Imperator videtur Pius fuisse.

1115 *Auchindavy.* Pars superior arulae repertae et servatae una cum n. 1111—1114, altae dig. $11^1/_2$.

SILVA
NO

Contuli. Monum. Scot. 25; Anderson apud Roy *milit. antiq.* p. 203 tab. 38; Hodgson 2, 3 p. 266; Stuart p. 331 tab. 11 fig. 7.

1116 Fragmentum, *in a farm-yard, occupied within the inclosure of the Roman fortress at Achendavy near Kirkintulloch* SKINNER. Periit THOMS. Litterae bonae et profundae intra coronam lauream.

NO
MART · MAL
VICTO ≋ MILLI
AVGT ALAE EX
VLERNIS

I. Skinner Archaeologia 21, 1827 p. 459 ss. tab. 21, fig. 3 (inde Stuart p. 332 tab. 11 fig. 5; I. Becker *Bonner Jahrb.* 19, 1853 p. 106).

Initium et finis tituli incertae lectionis sunt et interpretationis, certa tantum militis alicuius aut militum legionis II Augustae mentio; ut perspexit C. F. Hermann *Gött. gel. Anz.* 1846 p. 1416. In fine latere *ex veteranis* proposuit I. Becker; vix recte.

1117 Rep. in *Skirway* (*Shirva*) prope *Auchindavy;* servatur Glasgoviae in museo Hunteriano, 'ex dono Thomae Calder de Shirva, mercatoris Glasguensis' MON. Partes effractas componendas curavit HORSL. Lapis longus ped. 3 dig. $9^1/_2$, altus ped. 2 dig. $2^1/_2$.

VEX
LEG · II
AVG

Contuli. Gordon it. sept. tab. 6 fig. 1; Horsley p. 199 *Scotl.* 12 (inde Goughs Camden 4 p. 98 tab. 3 fig. 8; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 125. 131 tab. 2, 7; Hodgson 2, 3 p. 265); Monum. Scot. 12; Stuart p. 336 tab. 12 fig. 1.

In fine *fecit* vel similia cum numeris possunt deesse.

1118 Rep. *near Shervy* GORD. *Lately found in a curious* tumulus . . . *in the fosse of the Roman wall in Scotland not far from Kilsyth* HORSL. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano, 'ex dono Thomae Calder de Shirva' MON. Est cippus fastigio rudi ornatus altus ped. 2 dig. 2, latus ped. 1 dig. $5^3/_4$.

rosa *rosa*
rosa
in
fastigio
D M
FLA ⌀ LVCIA
NVS · MILES
LEG·II·AVG

Contuli. Gordon it. sept. add. p. 26 tab. 66 fig. 6; Horsley p. 192 cf. p. 339 *Scotl.* 33 (inde Goughs Camden 4 p. 100 tab. 4 fig. 3; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 125. 132 tab. 2, 10; Hodgson 2, 3 p. 265; Akerman *archaeol. Index* p. 70; Monum. Scot. 18; Stuart p. 344 tab. 12 fig. 5.

V. 5 vestigia omittunt reliqui.

1119 Rep. *near Shervy* GORD. *From Barhill* HORSL. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano, 'ex dono Thomae Calder cet.' MON. Cippus altus ped. 3 dig. 8, latus ped. 1 dig. 5, litteris et ornamentis rudibus.

rosa *corona* *rosa*
palma *laurea* *palma*
D · M ·
SALMA/E/S
VIX · AN · XV
SALMANES
POSVIT

Contuli. Gordon it. sept. tab. 66 fig. 2; Horsley p. 199 *Scotl.* 13 (inde Goughs Camden 3 p. 99 tab. 3 fig. 10; Hodgson 2, 3 p. 266); Monum. Scot. 12 (imo 11); Stuart p. 334 tab. 12 fig. 8.

2 SAL MAN Gord., SALMN̄ Horsl., SALMN Stuart. Quadratarius E litteram omiserat posteaque addidit supra lineam.

D(is) M(anibus) Salmanes. Vix(it) an(nis) XV. Salmanes (pater puto) *posuit*

1120 Rep. *near Shervy* GORD. Extat in *Skirway* HORSL. Servatur in museo Hunteriano 'ex dono Thomae Calder cet.' MON. Cippus fastigio ornatus altus ped. 2 dig. 10, latus ped. 1 dig. $6^1/_4$.

rosa *corona* *rosa*
laurea
in
fastigio
D · M ·
VEREC/
V/NDAE

Contuli; Gordon it. sept. tab. 66 fig. 3; Horsley p. 199 *Scotl.* 14 (inde Goughs Camden 4 p. 99 tab. 4 fig. 1); Monum. Scot. 13; Stuart p. 334 tab. 12 fig. 7.

Gordon et Horsleius viderunt imminutam; postea accessit fragmentum quod v. 3 continet.

VIII. *KIRKINTILLOCH,*
STATIO PER LINEAM VALLI SEXTA?

Ad *Kirkintilloch* oppidum castrorum vestigia perspicua erant tempore Timothei Pont (cf. Goughs Camden 4 p. 100), atque hodie quoque *the Peel of Kirkintilloch*, ut vocatur castrorum situs, inter castra vallaria optime conservata numeratur (Horsley p. 168; Roy p. 159; Stuart p. 322 ss.). Nomen ei stationi conveniret ex serie Ravennatis quintum *Medio Nemeton*; atque, si vallum extensum fuisse ponimus a *Carriden* paulo magis etiam versus occidentem quam *Westkilpatrick*, quae fuit ultima eius, ut videbimus, statio, *Kirkintilloch* videtur re vera fere medium locum obtinere inter stationes vallares. Sed observatio haec sane levis momenti est.

1121 Inventus est hic lapis prope oppidum de Kirkintilloch MONUM. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano; longus ped. 5 dig. 2, altus ped. 2 dig. 6. In latere utroque ansae peltarum forma insculptae sunt exeuntes in capita aquilina.

IMP · CAESARI · T ·
AELIO · HADRINo
ANTONINO · AVG ·
PIO · P · P · VEXILLA
LEG · VI · VIC · P · F
PER · M · P ·

Contuli. Monum. Scot. 20 (inde Goughs Camden 4 p. 100 tab. 4 fig. 7; Hodgson 2, 3 p. 271; Stuart p. 324 tab. 10 fig. 5).

Numerus pedum nunquam plene perscriptus est.

1122 *In a pig stye, at a farm house near Kirkintilloch* HODGS. Rep. a. 1789 $^3/_4$ *miles to the east of Kirkintilloch, in the hollow of the Roman ditch, at that part of the line where it traverses the farm of Eastermains* STUART. Servabatur Glasgoviae apud Ioh. Buchanan; lapis longus dig. 23, altus $16^3/_4$. Vv. 1 et 2 in tabella ansata. Nunc est in museo Hunteriano cura Dicksonis.

LEG · XX
V · V · FEC
M · P · III P *aper currens ar-*
$\overline{\text{III}}$CCCIV *dextrorsum bor*

Ectypum misit Dickson, unde descripsi. Hodgson 2, 3 p. 271. 439 cui misit '*Mr. Wilson, of Glenarbach*'; Stuart p. 326 tab. 10 fig. 4 qui adnotat v. 3 litteras III P non satis certas esse. Sed numeri omnes ita plane extant in lapide; voluit fortasse lapicida *m. p. III CCC IV*; ut *PIII* errore bis positum sit. LV (ut expectaveris pro IV) non est in lapide. Horsleius observavit vexillationes tantum legionis XX, non ipsam integram in opere valli fuisse occupatam. Observationi illi titulus hic videtur obstare.

1123 *Kirkintilloch, in the Peel fort.*

LEGIO SECVNDA AVGVSTA FECIT

Sinclair *statistical account of Scotland* 2 (1792) p. 276.

Fortasse male collocata neque diversa a n. 1127; certo non ita scripta fuit in lapide.

Kirkintilloch; anaglyphum ibi repertum est caput tauri exhibens serto ornatum (bucranium?) ....; *when first discovered, many years ago, an inscription was visible upon it, but the tablet on which the letters were placed is now entirely defaced, having been used by a rustic to charpen chisels.*

Thomson ap. Stuart p. 324 adn. *a.*

IX. *BEMVLIE,*
STATIO PER LINEAM VALLI SEPTIMA?
Accedit *Calder house.*

Ad *Kelvin* fluvii ripam vestigia castrorum extant, *Bemulie* dicta (vel *Balmulie* sive *Balmuldie*, Stuart p. 317). Tituli inde videntur delati esse ad *Calder* (vel *Cadder* sive *Cadar*, *Cader*, *Cadir*) mansionem vicinam; certe ibi quoque in colle quodam alia fuisse castra argumentis nullis probatum est (cf. Horsley p. 167 s.; Roy p. 159; Stuart p. 321). Est inter eos memoria Lollii Urbici valli conditoris (n. 1125); reliqui soliti generis sunt (n. 1126. 1127. 1128). Nomen stationi ei, si quae fuit etiam tum, cum itineraria a Ravennate exscripta composita sunt, fuisse putandum est Subdobiadon vel simile.

1124 Ad Cadir in agro Sterlinensi CAMD. apud Seld. Videtur periisse.

DEO
SILVANO
L · TANICVS
VERVS
PRAEF VSLLM

Selden marm. Oxon. p. 57, VII (inde Reinesius 1, 104; ex hoc Gudius ms. p. 1147, 3, ed. p. 42, 9; Prideaux p. 309, V; Maittaire p. 62, 189; Horsley p. 207; Goughs Camden 4 p. 102; Hodgson 2, 3 p. 267) ex schedis Camdeni, unde ego non habui.

Nomen praefecti gentile corruptum est.

1125 *In the library of Glasgow, given by Orbeston* SIBB., GORD. Prope *Calder* vel ad castellum *Bemulie* repertam esse affirmaverunt HORSLEIO. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano; ex dono D. Caroli Maitland fratris germani comitis Laudeliae (*the Earl of Lauderdale*). Rep. *at or near Bemulie about 150 years ago* ROY, STUART. Lapis longus ped. 1 dig. 7, altus dig. 10.

P · LEG · II · A
Q · LOLLIO VR
LEG.AVG PR·PR

Contuli. Sibbald *hist. inq.* p. 49; Gordon it. sept. p. 63 tab. 11 fig. 2; Stukeley it. bor. tab. 74, 2^d, 7; Horsley p. 197 *Scotl.* 8 (inde Goughs Camden 4 p. 99 tab. 3 fig. 6; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 125. 131 tab. 2, 6; Hodgson 2, 3 p. 267; Newton p. 110, 37); Wilson *prehistoric annals* p. 374; Stuart p. 318 tab. 10 fig. 3. Supplementa mea sunt; similia iam proposuit Horsleius. 1 P·LEG·II·AV Stuk. 3 LLG·AVG·PR·RE Stuk.

[*Imp(eratori) Caes(ari) T. Aelio Hadriano Antonino Aug(usto) Pio p(atri)] p(atriae) leg(io) II A[ug(usta) fe(cit)] Q. Lollio Ur[bico] leg(ato) Aug(usti) pr(o) pr(aetore)*

De Q. Lollio Urbico v. supra p. 192.

1126 In pago quodam Scotiae (prope Glasco) vulgo Cadar dicto in aedibus socrus dni Ioh. Nepair in turri vetusta legitur haec inscriptio GERIC. (apud Grut. in cod. Lugd., similiter Scal. in Grutero suo). Ad Cadir parieti domus infixa CAMD. In domo cuiusdam viduae de Cader prope Glasco in Scotia in turri vetusta circa fenestram haec legitur inscriptio ANON. (Sibb.?). *Near to Cadir Manor this was found* SIBB. (in turre de Calder IDEM mus. Balf.). *From Bemulie brought to Calderhouse through Mr. Stirling of Kier* GORD. *A stone digged out of the ruinous ditch of Graemes Dyke, now fastened in the wall of the house of Calder, pertaining to the Lord Sandilands* MORT. *Found somewhere about Bemulie,.. it lay a long time at Cadder* STUART. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano; de origine tacent MONUM. SCOT. Lapis longus ped. 2 dig. $10^1/_2$, altus ped. 2.

IMP · CAES · TITO · AELIO
HADRIANO · ANTONINo
AVG·PIO·P·P·LEG·II·AVG
PER · M · P · III DCLXVIS

Contuli. Gruterus cod. Lugd. Pap. 6 f. 92 'communicavit Crispinus Gericius' (Scaliger in exemplo suo Gruteri 'habui ab optimo viro Crispino Gericio Albingensi Borusso'); Camden ed. VI p. 699 'habui . ., ut Servatius Rihelius nobilis Silesius, qui has regiones curiose observavit, mihi descripsit'; cf. n. 1143 (Donat. p. 139, 8 'e schedis P. Gnocchi'; Orell. 3566); Anonymus cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 280 fortasse item a Gericio; Sibbald mus. Balfour. p. 205, *hist. inq.* p. 50; Gordon it. sept. p. 54 tab. 10 fig. 2 (inde Maffei M. V. p. 446, 12; ex Maff. Donat. p. 140, 7); schedae Mortonis n. 3 male; Horsley p. 198 *Scotl.* 10 (inde Goughs Camden 4 p. 99 tab. 3 fig. 7; Hodgson 2, 3 p. 267; Newton p. 110, 36); Monum. Scot. 11 (imo 10); Stuart p. 319 tab. 10 fig. 2.

Initio v. 4 equidem mihi visus sum F litterae vestigia deprehendere; sed cum visa sint ab alio nullo puto me errasse. 2 HADRIANNO Stuarti tabula, errore. 4 DCIX VIS Camd., DCIXVII Mort.

1127 Ibidem (praecedit n. 1126) GER. Ad Cadir intra coronam lauream a duabus Victoriolis sustentatam CAMD. In domo dni de Cadar prope Glasco ex dono dni Naperi intra coronam lauream a duabus Victoriolis sustentatam ANON. *At Calder* SIBB. (*in the New Work at Calder* mus. Balf.). *From Bemulie brought to Calderhouse by Mr. Stirling of Kier* GORD.; HORSL. *At Calder, in form of a square, every way 3 foot measure;* est corona civica, et additur cornucopiae alatis hominibus suffulta in signum Victoriae MORT. *Built up into the front of the mansion at Cadder* STUART. Litterae intra sertum laureum, quod sustinent Genii duo (ut videntur, non Victoriae) cornu copiae insistentes ambo; cornua copiae terminantur in capita aquilarum.

LEG
II
AVG
FEC

Anonymus cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 281; Camden ed. VI (1607) p. 699; Gruter cod. Lugd. Pap. 6 f. 110 a Gericio (Scaliger in Grut. suo ab eodem); Sibbald mus. Balfour. p. 205, tractatus varii (spec. gloss.) p. 52, *hist. inq.* in tab.; Gibsons Camden p. 1103 (Donat. 139, 9 'ex schedis Gnocchi'); Gordon it. sept. p. 54 tab. 12 fig. 1; Stukeley it. bor. tab. 74, 2^d, 10; Horsley p. 198 *Scotl.* 9 (inde Goughs Camden 4 p. 98 tab. 1 fig. 11; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 124. 131 tab. 1, 4; Hodgson 2, 3 p. 267; Akerman *archaeol. Index* p. 73); schedae Mortonis n. 4.

4 REG Sibb. mus. Balfour.

Cf. n. 1123.

1128 *At Cadder, fragment of a stone; there is what appears to have been the letter* II *and underneath this a horizontal line and the letter V:*

leg
II
a $\overline{V}$ *g*
fec

Ioh. Buchanan *proceedings of the soc. of ant. of Scotl.* I 2 (1854) p. 173.

X. *CASTLEHILL*,

STATIO PER LINEAM VALLI OCTAVA?

Accedit *East* (sive *New*) *Kirkpatrick*.

Nullae, nisi fallor, allatae sunt causae idoneae nec ab antiquioribus Gordone et Horsleio nec a Guilelmo Roy (p. 158) et Roberto Stuart (p. 312), quae probent ad *East Kirkpatrick* vicum re vera fuisse valli stationem (cf. Horsley p. 166). Vestigia enim aut nulla observavit Roy aut paene nulla, cui merito in talibus fidem maximam habueris; tituli duo (n. 1131. 1132) coniectura tantum ibi reperti esse creduntur, prodierunt vero ad *Summerston* alter, alter aut ibidem aut, si testem antiquissimum Sibbaldum audimus, in *Castlehill*. Quare tutius visum est nullam facere ad *East Kirkpatrick* stationem, ut fecerunt antiquarii Britanni omnes, titulos autem illos duos contribuere cum eius, quam proximam in valli linea stationem fuisse certum est. Vocatur autem situs eius a vulgo non sine ratione *the Castle hill* (Horsley p. 165; Roy p. 158; Stuart p. 305), cum natura munitissimus sit; tituli soliti sunt vallenses (n. 1130. 1133. 1133*a*) praeter unum (n. 1129), qui a praefecto quodam cohortis IV Gallorum dedicatus est matribus campestribus, quae et ipsae testantur campum vel castra ibi fuisse, et provinciae Britanniae. Itaque hic fortasse collocanda est Ravennatis Litana.

1129 *Castle-hill*, ara rep. a. 1826, *by a ploughman R. Watson, while ploughing a field a few hundred yards eastward from the station, firmly fixed on its edge in the ground* cet. Servatur in museo Hunteriano; alta est dig. 41, lata 14 ad 15. Litterae mihi visae sunt refectae esse tempore recenti.

CAMPES
TRIBVS · ET
BRITANNI
Q · PSENTIVS
IVSTVS PREF
COH · IIII GAL
V · S · L · L · M

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 271; Stuart p. 309 tab. 9 fig. 2 (inde Newton p. 115, 81; Wright *the Celt* p. 274; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 240; Henzen 5942).

4 Q·P·SENTIVS et 6 CAE Newtonis exemplum impressum, quod Henzenum decepit.

Campestribus et Britanni(ae) Q. Pisentius Iustus pr(a)ef(ectus) coh(ortis) IV Gal(lorum) v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)

Cohors IV Gallorum Vindolanae (cap. XLIX) et Petrianis (cap. LIII) in castris erat.

1130 *In the Glasgow library* SIBB. *From Castlehillfort, now at the university of Glasgow, the gift of Mr. Graham of Douglaston,* a. 1694 GORD. *It belongs to the fort of Castlehill* HORSL. Ex dono Io. Graham de Dugalstoun MON. *Dug up at the Castle-hill* STUART. Lapis longus est ped. 4 dig. 5, altus ped. 1 dig. 11, litteris non bonis.

Victoria d. sertum tenens eques armatus hastam vibrans captivi duo sedentes, intra quos vexillum

IMP CAES TITO AELIO
HADRIANO ANTONNO
AVG ⌀ PIO PP LEG II
AVG ⌀ PEP · M P · IIII DC *sic*
LXVI · S

aquila caper marinus captivus sedens iuxta vexillum

Contuli. Sibbald *hist. inq.* p. 49 (Gibsons Camden p. 1103 male; Donat. p. 281, 5); Gordon it. sept. p. 52 tab. 11 fig. 3; Stukeley it. bor. 74, 2^d, 5; Horsley p. 195 *Scotl.* 3 (inde Goughs Camden 4 p. 99 tab. 3 fig. 1; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 124. 130 tab. 1, 3; Hodgson 2, 3 p. 268; Newton p. 110, 35); Wilson *prehistoric annals* p. 374; Stuart p. 306 tab. 9 fig. 1.

4 PEP errore quadratarii sculptum est; correctum est, sed tempore recenti; PFR Gord., PER Horsl. MP⌀III DC Sibb., Monum., MP III DC Gord. et Stuart in tabula (M P IIII DC in textu), M/P·III DC Stuk., M I IIII Horsl., M P · II DC ego. Cum inter P et IIII fractura lapidis sit hodie fortasse maior quam Horsleii tempore, potest hasta una interiisse. 5 LXVIↃ Gord., LXVI⌀S Horsl.

1131 Ad *East Kilpatrick* coniectura rettulit STUART, qui addit *'now in the possession of James Ewing, Esq., of Levenside, Dumbartonshire'*. Rep. est a. 1803 *on the farm of Low Millochan, not far from Summerston* THOMS. Litterae in tabella ansata; ansae peltarum formam habent in capita aquilarum exeuntium.

IMP · CAES · T
AELIO HADRI
ANTONIN · AVG
PIO · P · P · VEXILLA
LEG · VI · VIC P F
PER · M · P · IIIDCLXV

Stuart p. 314 tab. 16 fig. 3, qui putabat alterum exemplum esse tituli n. 1130; sed differunt numeri pedum, scilicet si accurata est Stuarti tabula, in qua III DCLXV est, non III ÐCLXVIS, quod habet in textu.

1132 *At Castlehill near the new kirk of Kilpadrick, Lennoxshire* SIBB. *Kilpatrik* LLUYD. In colle castelli quod Balvierlandiae in Scotia est FABR. *From New Kirkpatrick, presented to the university of Glasgow* GORD. Inventus est lapis hic prope Villam de Summerstown ad ripam fluminis Kelwin MONUM. *Reported to have been found about East Kilpatrick: we are by no means certain that they belong to the fort, but it is more than probable that they were discovered somewhere in its neighbourhood* STUART. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano; lapis longus ped. 4 dig. 11, altus ped. 2 dig. 6. Litterae in tabella ansata, cuius ansae formantur peltis.

IMP · CAESAR · T · AELIO
HADRIANO ANTONINO
AVG PIO · P · P · VEXILLATO
LEG · VI · VICR · P · F
PER · M · P · III · ÐCLXVIS

Contuli. Sibbald *hist. inq.* tab. 3; Ed. Lluyd *philos. transact.* 19, 1695 p. 790 cf. 22, 1700 p. 790 (inde Mur. 237, 2; Donat. 139, 5); Fabretti 756, 620 nescio unde (inde Orell. 845); Gordon it. sept. p. 53 tab. 11 fig. 1; Stukeley it. bor. tab. 74, 2^d, 4; Horsley p. 196 *Scotl.* 4 (inde Goughs Camden 4 p. 98 tab. 3 fig. 3; Orell. 3388; Hodgson 2, 3 p. 267; Newton p. 111, 46); Monum. Scot. 4; Stuart p. 314 tab. 16 fig. 3.

4 LEG·VI·VIC·R·I·F· Fabr. (non Sibb.). 5 PER·M·P·III ÐCIXVIS Sibb.; PEB·M·I·III·DCLXVI Fabr., PER MP III DCLXV Gord., PER M·P·III·DCIXVI· Stuk., PER M·P·III ÐCLX V·S Horsl., PER·M·P·III·DCLXVIS Monum., Stuart.

1133 Rep. a. 1847 *by the present tenant of the Castlehill farm, W. G. Alexander,* tabula lapidea longa ped. $2^1/_2$, alta $2^1/_3$. Una reperta est basis statuae, in cuius ornamentis D. Thomson Stuarti editor litteras VV voluit agnoscere, perperam; sunt enim litterae nullae omnino. Tabula et basis servabantur Glasgoviae apud Ioh. Buchanan, *of the Western Bank of Scotland;* nunc ibidem sunt in museo Hunteriano cura Dicksonis.

IMP C
T AELIO
HADRIANO
ANTONINO
AVG · PIO · P · P
VEX · LEG XX · V/
P P *aper* III/
currens sinistrorsum

Contulit mea causa Dickson atque testatur lectionem supra propositam. Wilson *prehistoric annals* p. 377 q. v.; D. Thomson apud Stuart ed. II p. 310 tab. 9 fig. 3 qui comparat titulum n. 1137 similem, in quo aper dextrorsum currit.

1133*a* Tabula lapidea alta ped. 2 dig. 10, lata ped. 2 dig. 3, rep. a. 1865 *on a small farm called Hutchisonhill* sita *at the Peel Glen* prope *Castlehill* (*East Kilpatrick*). Emit Professor Mc Chesney, consul Americanus in *Newcastle*, misitque in patriam suam *Chicago* urbem ad museum ibi condendum, Glasgoviensibus frustra deprecantibus. In *Chicago* fortasse periit incendio nupero. Ectypum gypseum, quod Bruce faciendum curavit, servat societas archaeologica Glasgoviensis. Litterae in tabella ansata scriptae sunt.

Genius alatus ramum cum uvis tenens — *Genius alatus ramum cum uvis tenens*

IMP · C · T ·
AEL · HADR
IANO · ANTON
TONINO · AVG ·
PIO · P · P · VEX ·
LEG · XX · VV
P *arbor* P *aper currens sinistrorsum* FEC III

Ioh. Buchanan descripsit et edidit scriptione peculiari (*recent discovery of a Roman inscription near Glasgow; read at a meeting of the Glasgow Archaeological Society on 16th December, 1867* 8. cum postilla *23. November 1869*); misit etiam Dickson a se descriptam.

Est gemella praecedentis, ut recte observavit Bruce.

XI. *DUNTOCHER*,
STATIO PER LINEAM VALLI NONA?

Ab vico hodierno *Duntocher* versus meridiem in colle eminenti castrorum vestigia certa observata sunt (Horsley p. 164; Roy p. 158; Stuart p. 295 s.); pontis etiam Romani, ut creditur, ibi supersunt rudera (Roy tab. 37. Tituli ibi aut in vicinia reperti (quibus additur originis non satis certae unus, n. 1139) soliti vallenses tantum sunt (n. 1135—1138), uno excepto (n. 1134), sed tamen quin ibi statio fuerit non videtur dubitari posse. Unde Cibrae nomen ei stationi poterit tribui aliqua cum probabilitate.

1134 *Duntocher;* ara rep. a. 1829 *by Archibald Bulloch, son of the old miller of Duntocher, while cutting drains in a marshy portion of the farm of Easter Duntiglennan, about* 1/2 *mile north of the line of the wall, and in the vicinity of the fort.* Servabatur a. 1843 *on the top of the miller's cottage;* deinde Glasgoviae apud Ioh. Buchanan; nunc ibidem in museo Hunteriano DICKS.

praefericulum I O M *secespita*
.....
.....

Stuart p. 300. '*When first found the letters* I.O.M *were visible, and recognized by the minister of a neighbouring parish; but they have been obliterated by twenty years exposure to the weather*' ed. II. Litteras iam diu paene omnino evanuisse testantur Buchanan et Dickson.

1135 Rep. a. 1812 *on the farm of Broadfield, about* 1/2 *mile south-east from Duntocher station* IRV. STUART. In museo Hunteriano; lapis longus dig. 49 1/2, altus 30.

in tabella ansata
IMP · C · T · AELIO · HADR
IANO · ANTONINO · AVG
P · P · VEX · LEG · VI ·
VICTRICS · P ◊ F · *sic*
OPVS · VALLI · F ·
⋈ ⋈ ⋈ CCXL · F

infra: VIRT AVG

Mars victor stans — *Victoriae alatae duae globis insistentes* — *Virtus Augusta stans cum vexillo inscripto ut supra*

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 271; Irving *Dumbartonshire* p. 11 in tab. fig. 2; Stuart p. 300 tab. 8 fig. 7 (inde Newton p. 111, 48).

6 CCXL · P Irv., Stuart.

Imp(eratore) C(aesare) T. Aelio Hadriano Antonino Aug(usto) p(atre) p(atriae) vex(illatio) leg(ionis) VI victric(i)s p(iae) f(idelis) opus valli p(edes) MMMCCXL f(ecit)

1136 *From Duntocher fort; now above the gate of Cochney house, belonging to Mr. Hamilton of Barns* GORD. *This inscription must be referred to the fort of Duntocher; for there it is said to have been found, but is now above the gate of Cochnoch house, which belongs to Mr. Hamilton of Barns about* 1/2 *mile from this fort* HORSL. Ex dono Iacobi Hamilton de Barns armigeri MON. In museo Hunteriano; lapis altus ped. 1 dig. 8 1/2, latus ped. 2,

rosa — IMP AVG *caper marinus* ANTON PIO — *rosa*

P *in tabella ansata:* P

ansa in formam peltae facta — L E G / II / A V G — *ansa in formam peltae facta*

F P IIICCLXX

rosa — *Pegasus* — *rosa*

Contuli. Gordon it. sept. tab. 10 fig. 1 (inde Maffei M. V. p. 446, 14; ex Maff. Donat. p. 141, 1); Stukeley it. bor. tab. 74, 2d, 3; Horsley p. 195 *Scotl.* 2 (inde Mur. 458, 4 'misit Bimardus'; Goughs Camden 4 p. 99 tab. 1 fig. 9; Hoare Gyr. Cambr. 1 p. 124. 130 tab. 1, 2; Hodgson 2, 3 p. 268); Monum. Scot. 2; Stuart p. 296 tab. 8 fig. 6.

7 F·P·III·C·C·LXXII Stuk., F P IIII CCLXX Stuart qui addit '*the number of the stone is evidently as we have given it, 4270*'; III CCLXX ego cum reliquis. Qua de re consultus Guilelmus P. Dickson mihi haec rescripsit: *Dr. Young and J... found that you are unquestionably right in your reading* III CCLXX. *What can have led Stuart to assert that there is evidently* IIII, *I cannot understand, because the inscription is very clear and legible, and there can be no doubt as to the matter.*

Imp(eratore) Anton(ino) Aug(usto) Pio p(atre) p(atriae) leg(io) II Aug(usta) f(ecit) p(edes) III (milia) CCLXX

1137 In museo Hunteriano, ex dono Hamilton de Barns GORD. HORSL. MON. Non procul a termino valli occidentali repertam esse vidit HORSL. *Found, it is almost certain, in the neighbourhood of Duntocher* STUART. Lapis longus est ped. 2 dig. $5^3/_4$, altus ped. 1 dig. $8^3/_4$.

IMP · C
T · AE · HADRIANO
ANTONINO · AVG
PIO · P · P · VEX · LEG
XX · VV · FEC ·
P · *aper currens dextrorsum*

Contuli. Gordon it. sept. p. 61 tab. 9 fig. 3, Horsley p. 196 *Scotl.* 5 (inde Goughs Camden 4 p. 99 tab. 3 fig. 2; Hoare Gyr. Cambr. 1 p. 127. 134 tab. 4, 23); Monum. Scot. 5; Stuart p. 299 tab. 8 fig. 5.

Numerus pedum in fine non detritus est, ut putaverunt editores, sed spatium vacuum relictum, ut postea demum adderetur.

Imp(eratore) C(aesare) T. Ae(lio) Hadriano Antonino Aug(usto) Pio p(atre) p(atriae) vex(illatio) leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis) fec(it) p(edes) . . . .

1138 In museo Hunteriano. *We are not certain that this was found at Duntocher; most probably it belongs to some of the other stations; but, as no* memoranda *have been preserved in regard to the time or place of its discovery, we have thought proper to mention it here on account of its singular resemblance to the preceding slab* (n. 1136). Lapis altus est dig. $19^1/_2$, latus $27^1/_2$.

LEG
II
AVG · F
P · IIII CXL

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 269; Stuart p. 298 tab. 8 fig. 1 (inde Newton p. 110, 34). 4 CXI Stuart.

Leg(io) II Aug(usta) f(ecit) p(edes) IIII (milia) CXL

1139 Originis incertae; in museo Hunteriano. *We have some reason to believe that this stone was found in the neighbourhood of Duntocher* STUART. Lapis longus dig. 30, altus 24.

VEXILLATIONES
LEG ✣ II ✣ AVG ✣ E
LEG ✣ XX · VV F

Contuli. Hodgson 2, 3 p. 271; Stuart p. 364 tab. 15 fig. 6. Titulum hunc solum vallarium omnium vexillationis legionis II Augustae mentionem facere dixi in praefatione ad vallum Pii.

XII. *WEST* (sive *OLD*) *KILPATRICK*,
STATIO PER LINEAM VALLI DECIMA?

Ultima, cuius vestigia olim observata sunt, quanquam non admodum certa, statio sita erat in colle dicto *the Chapel hill* prope *West* sive *Old Kilpatrick* vicum (Horsley p. 164; Roy p. 157; Stuart p. 287 ss.); cum accedant tituli tres vallares (n. 1140—1142) ibi aut in vicinia reperti (nam probabiliter id statuitur a Stuarto, quamvis non ubique adsint testimonia certa), stationem ibi fuisse nobis persuaserunt antiquarii Scoti. Ea igitur fortasse Ravennatis *Credigone* erat atque Ptolemaei *Rerigonium*. Neque vero certum est, quanquam ita video statui a doctis Britannis omnibus, vallum re vera ibi terminari neque ultra *Westkilpatrick* extendi. Timotheus Pont sane et doctor Irvine (cf. Stuart p. 286) vestigia Romana sibi visi sunt observasse prope *Glenarbach* (ubi viae trames dicitur superesse) *Dunglass* (cf. Horsley p. 164) *Dumbuckhill* et ad *Dumbarton* oppidum, prope quod Bedae *Alcluith* existimatur fuisse, oraeque maritimae natura ibi talis est, ut facile omnia ibi valli vestigia tam facile potuerint perire, quam perierunt valli Hadriani partes versus occidentem extremae in similis orae planitie; ut supra vidimus Itaque de valli termino occidentali non magis constat quam de orientali. Contribui cum titulis ad *West Kilpatrick* referendis incertae originis tres (n. 1143—1145), quorum primus, ut verba eius docent, certo vallaris est atque probabiliter refertur ad locum aliquem in parte valli maxime orientali situm, reliqui duo ex stationibus valli item creduntur provenisse, sed in quanam valli parte eae fuerint ignoratur.

1140 *Found at Erskin on the river Clyde* GIBS. Marmor Erskini Scotiae urbe repertum FABR. *In the library at Glasgow* SIBB. Originis incertae, universitati Glasgoviensi a. 1695 dono data a Guilelmo Hamilton *of Orbiston* GORD. Ex dono D. Wil. Hamilton de Orbestoun 1695 MON. *Dug up on the Chapel Hill, West Kilpatrick* STUART.

IMP · C · T · AELIO ·
HADRIANO · ANTO
NINO · AVG · P · P ·
VEX · LEG · VI · VIC ·
P · F · OPVS · VALLI
·P· ∞ ∞ ∞∞ C · XLI·

Contuli. Sibbald *hist. inq.* p. 49 in tabula aeri incisa (inde Gibsons Camden ed. II 2 p. 1215; Fabretti p. 756, 619); Gordon it. sept. p. 62 tab. 9 fig. 2 (inde Maffei M. V. p. 446, 11; ex Maff. Donat. p. 140, 8); Stukeley it. bor. tab. 74, 2^d, 1; Horsley p. 197 *Scotl.* 7 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hodgson 2, 3 p. 267; Newton p. 111, 47; Akerman *archaeol. index* p. 73); Monum. Scot. 7; Stuart p. 289 tab. 7 fig. 3.

5 P · F pro *perfecit* positum esse putabat Horsl., quia deesset verbum; male omnino.

Imp(eratore) C(aesare) T. Aelio Hadriano Antonino Aug(usto) p(atre) p(atriae) vex(illatio) leg(ionis) VI vic(tricis) p(edes) MMMMCXLI

1141 *Found at Ardoch, a stone cut like the vestible of a temple* SIBB. *From Oldkirkpatrick; Sir R. Sibbald is very much mistaken in saying that this stone was found at Ardoch, in Strathallan; for it certainly was dug out of Grahams dike, and lay a long time at the duke of Montrose's house at Mugdock, from whence it was carried to the college of Glasgow* GORD. Similiter HORSL. et IRVING. *Ex dono nobiliss. et potentiss. principis Iacobi marchionis Montis-Rosarum* MON. Rep. *on the Chapel-hill, West Kilpatrick* STUART. Anaglyphum forma aediculae altum est ad fastigii culmen ped. 2 dig. $2^3/_4$, latum ped. 2 dig. $4^1/_2$.

in fastigio:
IMP · C
T · AE · HADRIA
NO · ANTONNO AVG PIO P · P ·

intra sertum, quod d. sustinet
VEX
LEG · XX
V · V · FEC
Victoria alata sedens, s. palmam tenens, globo innixa

P · P · IIII *aper currens sinistrorsum* CƆXI·

Contuli. Sibbald mus. Balfour. p. 205, *hist. inq.* p. 49 (inde Gibsons Camden p. 1101; Baxter glossar. ed. II p. 249 cum explicatione falsa); Gordon it. sept. p. 51 tab. 9 fig. 1 (inde Maffei M. V. p. 446, 13; ex Maff. Donat. p. 140, 9) Stukeley it. bor. tab. 74, 2^d, 6; Horsley p. 194 *Scotl.* 1 (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hoare Gyr. Cambr. 1 p. 127. 134. tab. 4, 22; Hodgson 2, 3 p. 268; Newton p. 112, 37); Monum. Scot. 1; Irving *Dumbartonshire* p. 10 in tab. fig. 1; Stuart p. 293 tab. 7 fig. 1 (Wright *the Celt* p. 101).

Imp(eratore) C(aesare) T. Ae(lio) Hadriano Antonino Aug(usto) Pio p(atre) p(atriae) vex(illatio) leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis) fec(it) p(er)? p(edes) IV m(ilia) CCCC XI

1142 S. l. SIBB. Rep. *at Erskin upon the river Clyde* GIBS. Ad vallum pertinens, sed originis incertae, universitati Glasguensi data a Guil. Hamilton *of Orbiston* GORD. Ex dono D. Wil. Hamiltoun de Orbestoun 1695 MON. *Found on the Chapel-hill, West Kilpatrick* STUART. Lapis altus est ped. 1 dig. 6, latus ped. 2; litterae in tabella ansata.

AP · C · T · AE · — *rosa*
HADRIANO
NTONINO — *Genius alatus (in ansa)*
G · PIO · P · P ·
EG · XX · V · V
DXI

Contuli. Sibbald *hist. inq.* tab. 1 (non in textu); Gibsons Camden ed. II 2 p. 1215; Gordon it. sept. tab. 14 fig. 3; Stukeley it. bor. tab. 74, 2[d], 2; Horsley p. 197 *Scotl.* 6 (inde Goughs Camden 4 p. 99 tab. 3 fig. 5; Hoare Gyr. Cambr. 1 p. 127. 134 tab. 4, 24; Hodgson 2, 3 p. 267); Monum. Scot. 6; Stuart p. 289 tab. 7 fig. 2.

[I]mp(eratore) C(aesare) T. Ae(lio) [H]adriano [A]ntonino [A]ug(usto) Pio p(atre) p(atriae) [vex(illatio) l]eg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis) [p(edes) IIII (milia) C] DXI

1143 Dundri apud D. Marescallum Scotiae GER. Hac proficiscentes me inviserunt quidam nobiles Germani, qui Galliam, Scotiam et Brytanniam peragrantes Romanas inscriptiones undique colligentes [*sic*]; inter quos unus erat Servatius Reichell. Is sequentem inscriptionem quam in Scotia invenerat, aureis litteris obductam, mihi descripsit. In porticu fortissimi propugnaculi, quod pertinet ad illustriss. dn. Comitem Mareschall, Dunôtyr dicti (nunc *Dunnotar Castle*, prope *Stonehaven*), habetur haec elegantissima inscriptio BAINBR. In Scotia, in illustrissimi comitis Mareschalli arce fortissima (Dumnotir vulgo dicta) in porticu muro inclusa est haec elegantissima inscriptio ANON. *At Cadir Manor this inscription was found* SIBB. *Digged out of Graemes Dyke, at the Marshals House of Dunotyr* MORT. *From Dunnoter Castle* GORD. *In Mareshal college at Aberdeen*, dono comitissae Mareshal HORSL. Inde a. 1761 pervenit Glasgoviam in museum Hunterianum, 'vir nobilissimus Georgius Keith, Scotiae comes Mareschallus, lapidem hunc donavit academiae novae Abredonensi, quae eundem cum consensu eiusdem comitis dono dedit academiae Glasguensi ann. dom. MDCCLXI' MONUM. Litterae intra tabellam ansatam, ansae ex capitibus aquilinis formatae. Margo et litterae adhuc apparent deauratae, quod factum esse iussu comitis Mareschalli CAMDENUS testatur. Lapis longus ped. 3 dig. $2^1/_2$, altus ped. 2 dig. 10.

IMP · CAESARI
T · AELIO · HADRI
ANO · ANTONINO
AVG · PIO · P · P ·
VEXILLATION
LEG · XX · VAL · VIC · F
PER · MIL · P III

Contuli. Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 306 (Grut. 256, 8 'e schedis Velseri'; in ed. II additur 'accepi ab oculato teste D. Lluyd Masson'); Bainbrigg ibid. f. 332 (Camden ed. VI a. 1607 p. 699 a Servatio Rihelio, cf. n. 1127; Donat. 140, 3 'ex schedis S. Gnocchi'; idem p. 281, 4 ex descriptione Scotiae a. 1662 Amstelodami apud Io. Blaeu impressa p. 5, quae ex Camdeno fluxit; ex Don. Orell. 3565); Anonymus ibid. f. 281; Sibbald *hist. inq.* p. 52, tractatus varii (spec. gloss.) p. 52 vv. non divisis (ex Grut. idem cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 295 addita pagina Gruteri); schedae Mortonis n. 2; Gordon it. sept. p. 62 tab. XII fig. 2; Horsley p. 204 *Scotl.* 26 (inde Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 127. 135 tab. 4, 25; Goughs Camden 4 p. 95. 98. 100 tab. 4 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 263; Newton p. 112, 56); Monum. Scot. 14; Stuart p. 364 tab. 15 fig. 8.

5 VEXILLATION Gord., Horsl. qui addit N in fine additam errore quadratarii ab eodem postea deletam esse; ut mihi quoque visa est. 6 LEGI · XX · VAL · VIC · E Gruteri exemplum Velserianum, quod corrigitur in ed. II.

1144 In museo Edinburgensi, originis incertae.

D M
C · ACILIO BASSO
MEDIC · DVPLIC
COLLEGAE · EIVS

Ioh. Stuart misit. Potest originis esse externae; sed in Britannia quoque medicos in collegia coiisse consentaneum est. Medicus duplicarius fortasse hic primum comparet.

1145 Pars arae superior, originis incertae.

IIBNRIVI
IAV

Stuart tab. 15 fig. 2, qui in libro suo ipso nihil de hoc fragmento profert.

Fuitne *[d]ib(us) [t]rivi(is)*?

LXVII. *ARDOCH.*

A vallo Pii versus septentriones (quae regiones quo modo occupatae sint a Romanis diu multumque quaesitum est ab historicis et antiquariis Britannis) pauca tantum, ut consentaneum est, imperii Romani vestigia reperta sunt.

Inter *Falkirk* et *Kilsyth* oppida medio fere itinere, a *Castlecary* vero valli statione, ut coniecimus, secunda versus septentriones oppidi antiqui parietinae, quae sitae sunt ad fluvium *Carron* in *Larbert parish* (iuxta *the Carron Iron works* et prope vicum hodiernum *Camelon*), observatae sunt ab historicis Caledoniae paene omnibus, veluti a Sibbaldo (*hist. inq.* p. 34. 41) et Gordone (it. sept. p. 23; cf. Horsley p. 172; Roy p. 126 tab. 29; Goughs Camden 4 p. 96. 104; Stuart p. 180). Quod oppidum utrum re vera Romanum fuerit atque idem, quod Bedae *Caer Guidi* est, in incerto relinquo; dicuntur certe ibi eruderatae esse patellae aliaeque instrumenti domestici reliquiae; sed tituli inde prodierunt nulli.

Iuxta *Camelon* extabat olim monumentum singulare, quod *Arthurs Oon* et *Iulius' Hoff* sive *house* a vulgo vocabatur, aedificium scilicet rotundum ex lapidibus quadratis affabre factum, quod utrum sepulcrum fuerit an templum aut domus privata lis est inter antiquarios Britannos, quam non huius loci est diiudicare. Notum iam erat Nennio et Bedae describiturque ab Scotiae historicis paene omnibus inde ab Hectore Boetio et Iohanne Buchanano (cf. Gordon it. sept. p. 24 ss.; Roy p. 153 tab. 36; Goughs Camden 4 p. 96; Stuart p. 183 tab. 5 fig. 1); litterae certe, quae dicuntur in eo fuisse, Romanam eius originem non probant, nam sunt antiquitatis admodum suspectae (vide n. 14*).

Similiter quem prope *Stirling* oppidum in rupe scriptum esse titulum Sibbaldo rettulerunt (n. 15*) inter suspectos esse relegandum patet, quanquam ei Romani aliquid subesse potest; certo item novicius est qui servatur in museo urbis *Perth* (n. 16*).

Restat titulus unicus omnium qui adhuc innotuerunt ex toto orbe Romano maxime versus septentriones repertus (n. 1146), quem prodiisse fama est non nimis certa ex castris sine dubio Romanis ad *Ardoch*, quae ad Agricolae expeditionem referre solent antiquarii Britanni omnes (cf. Gordon it. sept. p. 41 ss.; Horsley p. 205; Roy p. 62 tab. 10 et 30; Goughs Camden 4 p. 121; Stuart p. 188 ss. tab. 5 fig. 2. 3). Cum sepulcralis sit militis cohortis I Hispanorum neque videatur antiquior esse saeculo secundo exeunte, probat sane per aliquod temporis spatium in vicinia praesidium fuisse, quod vallum Pii ita defenderet, ut Bremenium Habitancium alia castella a vallo Hadriani versus septentriones sita vidimus vallum illud defendisse.

Ab *Ardoch* magis etiam versus septentriones, quo Agricolam sane

penetrasse certum videtur, et trans montes, quos Graupii nomine male adhibito *the Grampian hills* hodie dicunt (cf. Grant Archaeol. Scot. 2, 1831 p. 31 ss.), oppida quidem aliquot enumerantur a Ptolemaeo, tituli vero nulli atque ne aedificiorum quidem reliquiae ullae innotuerunt, tumulorum et viarum vestigia certo Romana vix ulla, instrumenti domestici fragmenta pauca vel nulla.

1146 *Found in the Roman camp at Airdoch* SIBB. S. l. GORD. *Now at Drummond Castle* HORSL. Inventus fuit lapis hic in castris Romanis prope villam de Airdoch et pontem de Kneach; Dom. Stirling de Airdoch eum donavit comiti de Perth, cuius nepos eundem dono dedit academiae Glasguensi anno dom. 1744, atque unicus est lapis inscriptionem habens Romanam inventus ad septentrionem fluminis Forthae MON. Similiter STUART. Altus est ped. 2, latus ped. 1 dig. $10^1/_2$; litteris non bonis.

DIS MANIBVS
AMMONIVS DA
MIONIS ʀ COH
I̅ HISPANORVM
STIPENDIORVM
XXVII HEREDES
F · C

Contuli. Sibbald *hist. inq.* p. 49 in tabula aeri incisa; Gibsons Camden p. 1101 (inde Orell. 3387); Horsley p. 205 *Scotl.* 31 (inde Goughs Camden 4 p. 121; Hodgson 2, 3 p. 257. 269; Newton p. 115, 92*a*); Monum. Scot. 15; Gordon it. sept. tab. 15 fig. 1, non in textu (inde Maffei M. V. 447, 1); Pennant *tour in Scotland* 2 p. 103; Stuart p. 195 tab. 5 fig. 5.

Quae in Gibsonis Camdeno p. 959 dicitur reperta esse inscriptio *on or near the wall* ita prave excepta COHORTIS HISPANORVM TIBICEN HIC IACET, eam ab Ammonii Damionis hac non diversam esse coniecit Horsleius, fortasse recte; potuit enim indoctus aliquis suspicari propter Damonis nomen tibicinis officium indicatum esse. Verba tituli sine dubio corrupte referuntur; sed potest etiam alibi ad vallum Pii repertus esse titulus tibicinis alicuius eiusdem primae Hispanorum cohortis. Ceterum etiam Gibsonis exemplum tituli eius, qui superest, corruptum est ita DIS MANIBVS | ANTONIVS DAI|MONIVS | COHORTIS I | LEGIONIS | XVII HISPANORVM | HEREDES | F·C. Reliqui testes fere consentiunt.

Cohors I Hispanorum videtur esse Uxellodunensis (supra cap. XXXIII).

VIAE PVBLICAE.

Viarum populi Romani publicarum, item municipalium fortasse aut privatarum, vestigia paene in omnibus insulae partibus supersunt multa ac perspicua. Usque ad Saxonum regna extabant multoque diutius etiam conservatae sunt quattuor per totam insulam viae principales dictae *Watlingstreet* (quo de nomine variae sunt doctorum virorum opiniones; cf. F. A. Leo in Herrigii *Archiv für das Studium der neueren Sprachen* 30, 1861 p. 315 ss.), *Erminestreet* (sive *Herminstreet*), *Fosse*, *Icknieldstreet* (s. *Rycknieldstreet*, nisi haec diversa est; cf. Ios. Beldan *archaeol. journ.* 25, 1868 p. 21 ss.), quas leges Saxonum *quatuor cheminos* vocant pacemque eas habere regis sanciunt (cf. Rog. Gale *essay towards the recovery of the courses of the four great Roman ways* in Lelandi itin. vol. 6 [1769] p. 116 ss.; Horsley p. 382 ss.; E. Guest *archaeol. journ.* 14, 1857 p. 99 ss.); accedunt aliae variis regionibus, veluti *Sarn Helen* (i. e., ut aiunt, via legionis) dicta in Cambria, *the Maidenway* in Cumbria, cuius supra saepius mentio facta est, *Wreckendike*, *the Devils Causeway*, *Stane Street*, aliae. Quae viarum vestigia quanquam a multis observata sunt atque ex parte etiam accuratius descripta, tamen unius tantum viae tractus longior ita exploratus est, ut mansionum singularum situs citra omnem dubitationem possint definiri, scilicet viae *Watlingstreet* pars Eburacensis, Dunelmensis, Northumbrica, quam iussu ducis Northumbriae investigavit et descripsit Henricus Maclauchlan, quem supra saepius laudavi (cf. verbi causa p. 91). Idem etiam eius viae, quae stationes valli Britannici inter se coniungebat, tramitem quoad fieri potuit investigavit; similiterque Guilelmus Roy viam valli Scotici persecutus est. Si addideris vias comitatus Eburacensis a Newtone diligenter depictas (v. supra p. 62), item aliorum comitatuum nonnullorum quas memoravimus suo loco tabulas, quaestionis de viis populi Romani in Britannia fundamentum, ut ita dicam, topographicum omne tenes. Omnium vero viarum, quotquot fuerunt, tabula accurata adhuc desideratur; quae enim editae sunt a societate litteraria *for the diffusion of useful knowledge* tabulae duae Britanniae antiquae cum itineribus Antoninianis reliquisque viarum vestigiis (Lond. 1834), item qui in tabula Britanniae Romanae monumentis historiae Britannicae ab Henrico Petrie addita exhibentur viarum tractus (vol. I 1848 in tab.), ii nec pleni sunt neque ita facti, ut cum veterum de mansionibus testimoniis vestigia viarum quotquot extant servata coniungant. Itinera autem notum est primum in itinerario Antoniniano descripta esse, sed nec plene neque satis dilucide, deinde auctiora sed maxime confusa apud Ravennatem; in tabula vero Peutingerana particulam eam Britanniae, quae superest, paucarum tantum viarum tramites exhibere. De veterum testimoniis illis antiquarii Britanni non pauci in universum quaesiverunt: de itinerario Antoniniano Robertus TALBOT († 1558), Guilelmus BURTON (supra p. 7, 5), Thomas Gale (p. 8, 8), Thomas Reynolds (p. 9, 22), de Ravennate Horsleius (p. 489 ss.), qui de itinerario Antoniniano item dixit copiose (p. 379 ss.), de Peutingerana I. Ward (apud Horsleium p. 505 ss.). De singulis autem itineribus post Ricardum GOUGH, qui quae tum nota erant composuit omnia solita diligentia, editae sunt commentationes et commentatiunculae non paucae magna ex parte per singulorum locorum historias et ephemerides sparsae; quibus suo quisque tempore usi sunt editores itinerarii Antoniniani recentiores potissimum, veluti Lapie Francogallus (a. 1845) et Partheyus Pinderusque nostrates (a. 1848), et geographi veluti Mannertus (II 2, 1822 p. 110 s.). Miliarii vero viarum illarum omnium prodierunt pauci tantum hi, quos capitibus quae sequuntur composui; qui cum adeo rari sint, ut ex parte vix certis viis tribui possint, universa de viis Britannicis quaestio iis relinquenda est, qui duce itinerario Antoniniano et testimoniis undique congestis aliquando eam resumere volent.

Confusa est quaestio illa atque impedita infelicissima fraude Caroli Iulii Bertrami Londiniensis, qui itinerarium Ricardi monachi Coriniensis (i. e. ex *Cirencester*, ut voluerunt, cf. supra p. 29), cuius *speculum historiale de gestis regum Angliae*, scriptum saeculo XIV exeunte, notum est (nuperrime edidit E. B. Mayor Cantabrigiensis, Lond. 1863 8.), confinxit. Finxisse videtur Bertramus, cuius liber inscriptus *Britannicarum gentium historiae antiquae scriptores tres*, *Ricardus Corinensis*, *Gildus Badonicus*, *Nennius Banchorensis* Havniae a. 1758 impressus est (8.), ut sibi ipsi gloriolam pararet atque ut Stukeleio, antiquario tum celeberrimo (cf. supra p. 8, 13), imponeret. Is enim iam ante editum Bertrami librum secundum epistulas eius de invento, ut putabat, pretiosissimo a. 1756 disseruit in societate antiquariorum Londiniensi; deinde a. 1776 itinerarium ipsum iterum edidit una cum commentatione illa in itinerarii sui curiosi vol. 2 p. 79 ss. Repetiverunt deinde vel in Anglicum sermonem verterunt eadem credulitate H. Hatcher (*the description of Britain, translated from Richard of Cirencester*, *with the original treatise* de situ Britanniae cet. Lond. 1809 8.), G. Dyer (*vulgar errors*, *ancient and mo-*

dern, ... with a critical disquisition on every station of Richard of Cirencester and Antoninus in Britain, to which is added Richard's original work. Exeter 1816 8.), I. A. Giles (*Richard of Cirencester with notes* cet. Lond. 1848 8.). Falsarius multa ex Taciti Agricola desumpsit; inde qui crisin eius libri sibi proposuerat absolvendam Carolus Wexius nostras fraudem Bertrami detexit nullo negotio (in novo museo Rhenano vol. 4, 1846 p. 346 ss.). Wexii dissertatio quanquam in sermonem Anglicum versa statim eodem anno, quo prodiit (*gent. mag.* 26, 1846 p. 365 ss.), tamen diu neglecta est, etiamsi antea iam homines periti, veluti Hodgson (supra p. 105, 14) verum viderant aut, veluti ii qui tabulas Britanniae antiquae delineandas curaverunt societati *for the diffusion of useful knowledge* sane diffisi sunt (adscribenda enim curaverunt tabulis vocabula haec: *the authority of Richard of Cirencester is very questionable*). Inventi etiam sunt qui Wexium redarguere studerent (Beale Poste *gent. mag.* 27, 1847 p. 377 ss. ibidemque I. P. p. 480 ss.); plerique autem eorum, qui de oppidis viisque Britanniae Romanis fere viginti hisce annis commentati sunt, quamvis fidem Ricardi sublestam esse non ignorarent, tamen eo usi sunt (cf. exempli causa G. Vere Irving *on the iters of Richard of Cirencester* in *assoc. journ.* 17, 1861 p. 189 ss.). Itaque non inutilem operam impendisse existimandus est B. B. Woodward, bibliothecarius Windsoriensis nunc iam defunctus, cum Bertrami fraudem civibus suis iterum demonstraret (*gent. mag.* 19, 1866 p. 308 ss. 618 ss. et 20, 1866 p. 458 ss.), eo inter alia argumento usus, quod Camdenum ab eo compilatum esse appareret. Sed frustra fecit; nam ne anno quidem 1869 a Ricardo omnino manus abstinuisse, ut par erat, vidimus inter alios virum alioquin eruditum Arthurum Taylor (supra p. 34). Ab hac vero miliariorum editione Ricardum procul habitum esse non est quod addam.

Tituli miliarii Britannici plus minus quadraginta, quos habemus, imperatorum sunt eorum, quos infra posui: Hadriani duo (n. 1169. 1175), duo Caracallae (n. 1164. 1186) tertiusque incertae lectionis aut eius aut Elagabali (n. 1191), Gordiani quattuor (n. 1149. 1159. 1183. 1184), Philippi et Philipporum patris et filii bini (n. 1172. 1173. 1178. 1179), Decii quattuor (n. 1163. 1171. 1174. 1180), Galli et Volusiani duo (n. 1148. 1182), Postumi unus vel duo (n. 1161. 1162), Victorini unus (n. 1160), Tetrici duo (n. 1150. 1151), Aureliani (n. 1152), Floriani (n. 1156), Numeriani (n. 1165), Diocletiani et Maximiani (n. 1190), Maximini Dazae (n. 1158) singuli, Constantini quattuor (n. 1157. 1170. 1176. 1177), Crispi unus (n. 1153), Constantini iunioris tres (n. 1147. 1154. 1188), qui sunt in Britannia repertorum recentissimi. Universa igitur haec miliariorum series secundum tempora extenditur a saeculo altero fere medio usque ad medium quartum; antiquiores enim Hadriano miliaria prodierunt nulla. Neque vero quisquam inde ab imperatoribus illo vetustioribus, id est a Claudio ad Traianum, vias omnino in Britannia munitas esse nullas iure concluserit. Legatus Augusti in uno tantum nominatur, qui est Caracallae (n. 1186); numeri passuum extant in quattuor (n. 1156. 1168. 1169. 1175), nomina locorum in duobus tantum (n. 1168. 1169), atque eorum unum non integre servatum est (n. 1169). Ad locorum veterum situm definiendum item pauci tantum valent, ut apparebit ex iis, quae singulis capitibus praemonebuntur; unde utilitas titulorum eius generis in Britannia in universum exigua est.

LXVIII. VIAE BRITANNIAE MERIDIONALIS.

In Dumnoniorum regione (*Cornwall* et *Devon*) itinerarium Antonini itinera nulla habet ultra Iscam; quae apud Ravennatem huc videntur referri posse nomina (5, 31 p. 425, 2—7) nullius sunt utilitatis. Viam autem fuisse usque ad extremam insulae partem (*the Lands End*), quanquam vestigia eius quantum video observata non sunt, docet miliarium ibi repertum (n. 1147).

In *Devon* atque in *Wilts* comitatus parte meridionali, i. e. apud Durotriges et Belgas, viarum *the Fosse* et *Icknieldstreet* dictarum vestigia extant (cf. Goughs Camden 1 p. 43. 53. 140. 144. 162; Willis Archaeologia 8, 1787 p. 98); item viarum aliquot minorum (cf. I. Y. Akerman *proceedings of the society of antiquaries* ser. II 3, 1865 p. 203). Miliarii vero neque ibi reperti sunt nec in *Dorset*, ubi vestigia non pauca observata sunt viarumque nomina manserunt *Ackling Street*, *the Portway*, *the Street*, *Rumansleigh Ridge* (cf. Goughs Camden 1 p. 66; R. Hussey *an account of the Roman road from Allchester to Dorchester* cet. Oxon. 1841 8. cf. Halliwell *Archaeologist* 1, 1842 p. 209 ss.; Ch. Warne Archaeologia 39, 1863 p. 85 ss.).

In *Hants* tam vestigia (cf. Goughs Camden 1 p. 205 ss.) quam miliarii reperti sunt; hi omnes (n. 1148—1152) pertinent ad Clausentum (supra cap. III). Clausenti, Ventae, Callevae situm auxilio itinerarii definitum esse monui supra (p. 15). In *Sussex* prope Regnos (cap. VI) et deinde iuxta oram maritimam Cantianam (quo pertinet miliarium non scriptum infra post n. 1152 commemoratum) viae trames hic illic superest (cf. Goughs Camden 1 p. 277 ss. 290 ss.). Ab ora versus Londinium, ubi itinerarium Antonini vias diversas recenset, ducunt *Stane Street* et *Watlingstreet*, quarum in *Surrey* (cf. Goughs Camden 1 p. 249. 255 ss.; W. Bray Archaeologia 9, 1789 p. 98 ss.; A. Sibthorpe Archaeologia 23, 1831 p. 398 ss.) et *Kent* itemque in comitatibus vicinis vestigia manent (cf. Goughs Camden 1 p. 333 ss. 363 s.). Miliarii vero inde prodierunt nulli.

1147 Columna miliaria rep. a. 1853 in pariete ecclesiae *St. Hilary, Cornwall* ROG. *Now placed in the west wall of the walk leading from the churchyard gate to the church porch* EDM.

	Rog.:	*Blight:*	*Edm.:*	
	N . . . . P . . . L S	P	//////////	
	FLAV . . . VS . . .	FL · IV	FL IV/////	
	CONSTANTINO	CoNSTA/////	CONSTAIITINo	
	PIO AVGVS . .	PIOA	PIO/	p. C. 337
5	CAES . . .	CAES	CAES 5	
	DVCI	DK◁I	D/◁CI	
	⌒ONSTANTI . .	ONSTANTI	ONSTANTI	
	PII	PII	PII	
	AVG	AVG	AVG	
10	FILIO	FILIO	FILIO 10	

I. Rogers *archaeol. journ.* 12, 1855 p. 283 (cf. *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 311); Blight *ancient crosses* 2 f. 73; Edmonds Archaeol. Cambr. 4, 1858 p. 175 in tab. fig. 1, *the Land's End district* p. 57 in tab. fig. 1.

[*Im*]*p*(*eratore*) [*Cae*]*s*(*are*) *Fl*(*avio*) *Iu*[*lio*?] *Constantino Pio Augus*[*to*], [*imp*(*eratoris*)] *Caes*(*aris*) *d*[*iv*]*i* [*C*]*onstanti*[*ni*] *Pii Aug*(*usti*) *filio*

V. 2 fortasse cum Rogersio legendum *Flav*[*io*] *V*[*al*(*erio*)]; ita enim videtur Constantinus iunior appellari solitus esse, postquam Augustus factus est.

1148 *Bittern* prope *Southampton.*

IMPP CC
GALLO
ET VOLVSI
ANO AVG p. C. 251/253
G

Archaeol. association, Winchester meeting 1845 p. 163 tab. 6 fig. 1 (inde Newton p. 109, 26*a*; Wright *the Celt* p. 355.

imp(eratoribus) C(aesaribus) Gallo et Volusiano Aug(ustis)

1149 *Bittern* prope *Southampton.*

IMP C M
ANT GOR
DIANO
P·F·AVG p. C. 238/244
RP BI

Archaeol. association, Winchester meeting 1845 p. 163 tab. 5 fig. 4 (inde Newton p. 109, 24*a*; memorat etiam Wright *the Celt* p. 355).

V. 5 non numerus et locus, sed potius *p(atris) p(atriae) pr(oconsulis)* tituli videntur latere.

1150 *Southampton, from Bittern* ENGLEF. **1151** *Bittern, in the garden of the manor house, on a hard freestone of about* $2^1/_2$ *feet by* $1^1/_2$ *...; the back rough and unhewn, as if the stone had originally been affixed to some part of a building* SMITH.

	n. 1150	n. 1151	
Englef:	*Kell:*		
/A·CA	IMP MCFX	IMP C·C·	
C)ÆSVLO	ESVVIO	POESVIO	
ERICO	TETRIC	TERCO	
PEAVG	VS P F AVG	PFAG	p. C. 267/273

1150 Englefield *walk through Southampton* (inde C. R. Smith Archaeologia 29, 1842 p. 257 ss.); E. Kell *assoc. journal* 13, 1857 p. 207 ss. siquidem idem lapis est.

1151 C. R. Smith Archaeologia 21, 1842 p. 257 (inde Borghesi *bullettino* 1843 p. 168; Henzen 5549); *archaeol. association, Winchester meeting* 1845 p. 163 ss. tab. 5 fig. 1. 2.

1150 *imp(eratore) Caes(are) C(aio) [P]esuvio Tetrico p(io) f(elice) Aug(usto)*

1151 *imp(eratore) C(aesare) C(aio) Poesuio Tetrico p(io) f(elice) A[u]g(usto)*

Neutrius (nisi tres fuerunt) tituli lectio satis certa est; certe in n. 1150 vix Tetricum iuniorem licebit agnoscere, quem constat in nummis *Pium Esuvium* dici, Poesuvii vel Pesuvii nomine barbaro ita ad Romana nomina accommodato (cf. de Witte *empereurs des Gaules* Paris. 1868 4. p. 181 tab. 45, 4).

1152 *Bittern* prope *Southampton.*

IMP CAES LV
CIO DOMI
TIO *aure*LIANO p. C. 270/275

Britton *beauties of England and Wales* 6 p. 125; *archaeol. association, Winchester meeting* 1845 p. 163 tab. 6 fig. 3 (inde Newton p. 109, 27 *c*; Wright *the Celt* p. 355).

3 AVRELIANO Britt., ... LIANO *arch. ass.*

Southfleet, Kent. A Roman milestone is lying on its side, on the remains of Watlingstreet, northward from Betsham, at the western corner of it, where the road from Gravesend joins the Shinglewell-road, at Wingfield Bank.

Hasted *Kent* 1 p. 271 (cf. Goughs Camden 1 p. 333). Titulus videtur fuisse evanidus.

LXIX. VIAE BRITANNIAE ORIENTALIS.

Prope Londinium (in *Middlesex*; cf. Goughs Camden 2 p. 88 ss.) et in ipsa urbe (praeter miliarium non scriptum, de quo dixi p. 21), in comitatibus *Somerset* (*the Fosse* Goughs Camden 1 p. 98 s. 107. 119 ss.; I. Rutter *delineations of the North Western division of the county of Somerset* cet. Lond. 1819 4. p. 328 ss.; *gent. mag.* 2, 1857 p. 465 s.), *Gloucester* (Goughs Camden 1 p. 387), *Warwick* (ibid. 2 p. 460), *Northampton* (ibid. 2 p. 277. 292; cf. Bridges *Northamptonshire* 1 p. 3. 2 p. 490. 599), *Berks* (Goughs Camden 1 p. 227 ss.; H. Beeke Archaeologia 15, 1806 p. 179 ss.), *Hertford* (Goughs Camden 2 p. 65 ss.), *Essex* (Goughs Camden 2 p. 127 s.; Th. Walford Archaeologia 14, 1803 p. 61 ss.; I. A. Repton *assoc. journ.* 3, 1848 p. 317 ss. cf. 19, 1863 p. 275 ss. 325 ss.), in *Suffolk* et *Norfolk* (cf. S. Woodward Archaeologia 23, 1831 p. 358 ss.) item in *Bedfordshire* (Goughs Camden 2 p. 52 ss.; H. Brandreth Archaeologia 27, 1838 p. 96 ss.) miliarii reperti non sunt, quanquam viarum vestigia observata sunt a multis (locis supra indicatis). In *Cambridgeshire* tantum (Goughs Camden 2 p. 219 ss. 234) et in vicino comitatu *Huntingdon* (Goughs Camden 2 p. 257) effossi sunt miliarii n. 1153. 1154. 1155. 1156, in *Worcestershire* (Goughs Camden 2 p. 477 ss.; Allies *antiquities of Worcestershire* p. 237. 329 ss.) n. 1157. Atque illi quidem omnes (n. 1153—1156) pertinuisse possunt ad viam Londinio Lindum (itin. 476, 7—477, 9 et p. 478, 10—479, 9), hoc (n. 1157) fortasse ad viae eius, quae fuit a vallo Hadriani ad portum Rutupiarum (itin. 466, 5—472, 6), particulam aliquam accuratius nondum notam.

1153 Columna miliaria litteris rudibus. Ubi reperta sit ignoratur; servabatur olim in *Conington*, nunc extat Cantabrigiae in collegio Trinitatis.

D N FL IVL
CRISPO
NOB CÆS p. C. 317/326
DOMONS
TANTINI
MAXIMI
FILIO
DIVI
CONST
ANTI
NEPOTI

Descripsi. Horsley p. 278 *Cumberl.* 60 (inde Warburton vallum p. 123, 59; Nicholson et Burn 2 p. 146; Hodgson 2, 3, 238) qui haec adnotat: *J wonder much that this inscription, being among Sir Robert Cottons collection and yet remaining at Conington, should not have been published before, and particularly that Camden should not have taken notice of it. Where this inscription was first found is not known; but J leave it in this place (Old Carlisle), because J know not where to dispose of it better;* Lamborn in tabula; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 410 tab. fig. 5.

Pleraque Horsleius recte supplevit. V. 4 VCONS exhibet; fuit DIVI·CONS, v. 9. 10 CONSTNTI PII, fuit CONST|ANTI aut CONSTANTII.

D(omino) n(ostro) Fl(avio) Iul(io) C[r]ispo nob(ilissimo) Caes(ari), d[ivi] Constantini Maximi filio, divi Constanti nepoti

1154. 1155 Columnae miliariae duae, rep. a. 1812 *near the high road between Cambridge and Huntingdon, nearly three miles from Cambridge* BIDEN. Altera pila (*a*) est paene quadrata, alta ped. 2 dig. 6, lata ped. 1, diam. p. 3 dig. $4^1/_2$; altera (*b*) alta est ped. 2 dig. 8, lata ped. 1 dig. 3, diam. ped. 3 dig. 3, sed infra tantum scripta. *Under the left hand archway leading to the University schools* BAB. Nunc in porticu exteriore musei Fitz-William.

a

IMP CAE S
FLAVI
COS TAN TINO
V L E
I O p. C. 317/336
CONST
ANTI
NOPI O
NOBCA
P C

b

L ISSI
MVS
CAESAR

Contuli. Henry L. Biden *gent. mag.* 83, 1813 I p. 524 tab. 2 fig. 6 et 7; Ch. Babington *Cambridge antiquarian society* 2, 1853 p. 23 s. 71 ubi etiam E. D. Clarkii exemplum exhibetur.

3 C . . . ANTINO Clarke, C . . S . ANTINO Bab. 4 V . LEG Clarke, VLEG Bab.

Titulus omnino confusus, in quo lapidarius patris Constantini nomina cum filii Constantini iunioris videtur male coniunxisse. *b* fortasse Constantis erat aut Constantii iunioris; ut cum n. 1153 quattuor Constantini filii videantur ibi fuisse honorati.

1156 *Said to have been dug up at Chesterton near Peterborough* GENT. MAG. 1786. *Found in the west part of the moat*, i. e. *on the east side of Bridge Close, in Chesterton lordship, Huntingdonshire, south of the river Nine* GENT. MAG. 1795. *Castor*, rep. in effossionibus institutis in *Normangatefield* ARTIS, fortasse errore. Servatur Cantabrigiae in collegio Trinitatis; litteris perbonis. Est columna vel potius pila quadrata alta ped. 5, crassa supra 13 ad 10 dig., infra 14 ad 10 dig.

IMP·CÆS
M · ANNIO
FLORIANO
P·F·INVICTO
AVG p. C. 276
M·P·L

Descripsi; D. H. *gent. mag.* 56, 1786 p. 1034; M. G. *gent. mag.* 65, 1795 p. 741 '*copied from a memorandum, dated March 22, 1785, by the Rev. Mr. Kellart, forty years relict of Water Newton, co. Huntingdon;* R. Gough in schedis Oxoniensibus; Kennet Gibson *fifth journey of* Antoninus ed. I p. 269, ed. II p. 164; Artis Durobrivae tab. 15 fig. 2 (inde Newton p. 109, 27*d*; ex hoc Wright *the Celt* p. 354; Henzen 5554).

6 Numeri equidem nihil enotavi praeter I, sed puto me errasse, cum describerem sine exemplo; I *gent. mag.* 1786, L Gough et *gent. mag.* 1795, LI Gibs. et Artis.

1157 *Kempsey* (*Worcestershire*), rep. c. a. 1818 *near the kitchen garden of the parsonage farm.*

VAL·CONST
ANTINO
P FE IN
VICTO
AVG

E. M. Rudd *assoc. journ.* 4, 1849 p. 312 et *archaeol. association, Worcester meeting* p. 261 ss. (inde Jabez Allies *Worcestershire* p. 58).
[*D(omino) n(ostro) Fl(avio)*] *Val(erio) Constantino p(io) fe[l(ice)] invicto Aug(usto)*

LXX. VIAE CAMBRIAE.

In multis Cambriae comitatibus viarum vestigia detecta sunt (cf. inter alia Archaeol. Cambr. 1, 1845 p. 419 ss.), ut supra dixi (p. 43); omnium vero descriptio accurata et tabula geographica adhuc desiderantur. Pertinent huc itinerarii Antoniniani itinera duo, quorum alterum ad oram meridionalem et deinde in Cambriae parte orientali collocandum est (p. 482, 9 ss. 484, 1 ss.), ad quod referendi sunt tituli n. 1158. 1159. 1160 et deinde n. 1161. 1162, alterum a Deva Segontium in ora Cambriae septentrionali (itin. 482, 5—8), ad quod pertinet n. 1164. Qui restat titulus n. 1163 videtur pertinuisse ad viam orae occidentalis *Sarn Helen* dictam ab accolis, cuius in itinerario nulla est mentio facta.

1158 *Port Talbot*, prope *Neath, Glamorganshire;* servabatur *in the Harbour office.* Pila rudis, in cuius parte postica postea inscriptus est titulus christianus *hic iacit* (sic) *Cantusus pater Pau[l]inus.*

IMP C
FLA VA
L MAXI
MINO
INVIC
TO AV
GVS p. C. 308/313

Gent. mag. 13, 1840 p. 304 et 14, 1840 p. 296; G. Grant Francis *original charters* cet. *of Neath,* Swansea 1845 8. (inde *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 274; *assoc. journ.* 2, 1847 p. 287; Wright *the Celt* p. 456; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 251. 320, *gent. mag.* 11, 1861 p. 39).

Imp(eratore) C(aesare) Fla(vio) Val(erio) Maximino invicto Augus(to)

Quanquam Maximinum Dazam etiam Flavii praenomen assumpsisse aliunde ex nummis titulisve non videtur constare, tamen per se nullam habet offensionem. Idem valet de Galerio Maximiano; neque vero puto male lectum esse Maximini nomen pro Maximiani.

1159 In *Port Talbort* rep. una cum columnis vel pilis duabus similibus, quarum tituli legi non potuerunt FRANCIS. *The Gordian stone was brought from Aberavon, after a voyage into Swansea bay, as ballast in a pilot boat* KNIGHT.

IMP C
M A GOR
DIANVS
AVG p. C. 238/244

G. Grant Francis *gent. mag.* 28, 1847 p. 70, Archaeologia 32, 1847 p. 443; H. Hey Knight Archaeol. Cambr. 4, 1853 p. 231.

1160 In *Pyle* prope *Neath* rep., servata in *Swansea, in the museum of the Royal-Institution.*

IMP
M C PIA
VONIO
VICTOR
INO AVG † p. C. 267

G. Grant Francis *original charters* cet. *of Neath*, Swansea 1845 8. (inde *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 274; Newton p. 109, 27 *a*; Henzen 5548).

2 M C errore quadratarii positum esse pro C M recte observavit Henzenus.

Imp(eratore) [*C(aesare) M(arco)*] *Piavonio Victorino Aug(usto)*

De nominibus Victorini dixi in annalibus societatis antiquariorum Bonnensis vol. 39. 40, 1866 p. 4.

1161 Rep. a. 1769 prope *Brecon, on the top of Trecastlehill, near a spot called the Heathcock, in making the turnpike road over the hill; since removed to Llandilo, Caermarthenshire* STRANGE. Cippus rudis, litteris fugientibus; ubi extet ignoro.

IMP DO
N MAR
CASSIA
NIO LATINIO
POSTVMO
PIO FEL AVG p. C. 258/268

Strange Archaeologia 4, 1786 p. 1 ss. tab. 1 fig. 1 (inde Goughs Camden 3 p. 100 tab. 4 fig. 1; Orell. 1016; Newton p. 109, 26 *c*; *assoc. journ.* 24, 1868 p. 116); Jones *Brecknockshire* 2 tab. 12 fig. 4.

Imp(eratore) do(mino) n(ostro) Mar(co) Cassianio Latinio Postumo pio fel(ice) Aug(usto)

1162 Rep. prope Brecon, *on the top of Trecastlehill by the side of the Roman road between Capel Coelbryn and Mynid hirr or the Long Mountain* STRANGE. Cippus rudis litteris paene omnino evanidis. Ubi servetur nescio.

I AR C
AA
NC
II AIU
A V G

Strange Archaeologia 4, 1786 p. 1 ss. tab. 1 fig. 2 (inde Goughs Camden 3 p. 100 tab. 4 fig. 2; Westwood Archaeol. Cambr. 4, 1853 p. 332, 6); Jones *Brecknockshire* 2 tab. 12 fig. 5 eodem exemplo.

Fuit fortasse Postumi ut praecedens.

1163 In *Llandiniolen, Carnarvonshire* PER. *At the lawn of the vicarage of Llannŷ, Cardiganshire* WESTW. Est pila rudis litteris fugientibus.

	Peris:	*Westwood:*
	HL	
	IMP	IMP
	Q·TRO	Q TRO
	CIECIO	CECIO
	ISA'IS	IS A C
	ER	IET p. C. 249/251

Peris *gent. mag.* 65, 1795 p. 559 tab. 2 fig. 3; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 1, 1855 p. 6 (cf. W. Wynn ibid. p. 213).

[*D(omino) n(ostro)*?] *imp(eratore) Q(uinto) Tro(iano) Decio* [*p(io) f(elice)*] *Aug(usto)* . . . . . *Troianus* barbare scriptum est pro Traiano.

1164 Columna rep. a. 1820 prope *Ty Coch* (*parish of Bangor, Carnarvonshire*) atque tum servata ibi prope *in a farm house called Caerhun;* deinde, ut videtur, *in the possession of Mr. Davies, of Bangor.* Ubi extet ignoro.

NVMO . . . . . .
IMP CAESAR M . . . .
AVREL ANTONINVS
PIVS·TI·IX·AVG·ARAB
IX p. C. 211/217

Uwchgwyrfaiwr in Archaeologia Cambrensi 2, 1847 p. 50 s. (cf. 1, 1846 p. 419; inde etiam *assoc. journ.* 2, 1847 p. 403) cum explicatione inepta.

Quid v. 1 lateat nescio, fortasse superest ex titulo antiquiore.

. . . . . .

Imp(erator) Caesar M. Aurel(ius) Antoninus Pius [*fel*]*ix Aug(ustus) Arab(icus)* [*Adiabenicus . . . pont(ifex) ma*]*x(imus)* cet. . . . .

LXXI. VIAE BRITANNIAE MEDITERRANEAE.

Quae insulae partem occidentalem cum orientali coniungebant viae, earum vestigia multa supersunt; cum itineribus vero itinerarii Antoniniani et ipsae aegre coniunguntur. Qui in *Kenchester* in *Herefordshire* (cf. supra p. 46) prodiit titulus (n. 1165), ad viam pertinet, quae fuit ab Isca Devam; eodem etiam pertinent fragmenta duo Viroconiensia (n. 1166. 1167), de quo oppido dixi supra p. 45. Quae per regionem dictam *the Peak of Derby* et fodinis plumbi claram ducebat via (v. supra p. 48), Lindum videtur duxisse vel etiam Eburacum; ei tribuendum est fragmentum Buxtoniense (n. 1168). Miliarium Hadriani Ratense (n. 1169) pertinet ad viam Londinio Lindum; eodemque etiam Ancastrense (n. 1170).

1165 Rep. c. a. 1800 *lying in a farm yard in Kenchester, four miles from Hereford; now in the possession of the Rev. Chas. I. Bird.* F. S. A. Ubi extet ignoro.

IMP C
MAR · AVR
NVMCRIAN
O
5 R P C D

Sam. Lysons Archaeologia 15, 1806 p. 391 (inde Newton p. 110, 27 *e*; Wright *wanderings* p. 40, *the Celt* p. 354).

5 Quae editori visae sunt esse R P C D litterae fuerunt fortasse P F AVG.

Imp(eratore) C(aesare) Mar(co) Aur(elio) Num[*e*]*riano* [*bono*] *r(ei) p(ublicae)* [*nato*]?

1166 *Wroxeter, in the garden wall of the Rev. E. Egremont* SMITH. Postea in *Shrewsbury* in museo.

BONO REI
PVBLICAE
NAT

Parkes cod. mus. Brit. *add. ms.* 21, 180 f. 59*; C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 32; Th. Wright *assoc. journ.* 16, 1860 p. 158, 9; Anderson Uriconium p. 131.

1 BONAREI Anders. 2 PVBLICE Parkes, fortasse recte. 3 NATVS Parkes, Anders., Wright.

1167 *Wroxeter, in the garden of W. H. Oatley, Esq.* Fragmentum miliarii.

IB
REI

Anderson Uriconium p. 131. Memorat etiam C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 31.

1168 In *Buxton*, *Derbyshire*, loco thermis celebrato, a. 1862 rep. est miliarii fragmentum, ibique servatur apud *I. C. Bates*. Exemplum gypseum extat Edinburgi in museo.

Jewitt:	*Black:*	*ego:*
IPBPOT CoSII	BL⊇OTCo	⊇ ⊇ OT C⊇
⸢PANNICAE⊞ I	PANNIC	⸢ANNIC
M P X⊇	M P X⊇	M P X⊇

Llewellynn Jewitt et C. R. Smith *the Reliquary* 3, 1863 p. 207; Black's *guide to Buxton* p. 3. Ex ectypo satis evanido pauca tantum excipere potui; contulit lapidem ipsum mea causa Iac. Yates amicus venerabilis nunc defunctus scripsitque v. 1 tantum OT, v. 2 PANN, v. 3 M P X sibi clare apparuisse, reliqua omnia incerta esse. Tamen puto fore ut oculi in titulis legendis exercitati plura legant. V. 2 loci alicuius nomen videtur latere.

1169 Columna grandis (alta ped. 3 dig. 6, in circuitu ped. 5 dig. 7), rep. a. 1771 prope *Thurmaston*, (*a hamlet of Barkby*), *not far from where the present road from Leicester to Melton* (*the great London road to Longhborough* REYNOLDS) *passed from Fosseway.* Servabatur primum in *Thurmaston, in the garden of the turnpike house near the place where it was found.* Reperta est in loco antiquo; operae enim in via sternenda occupati offenderunt in *a heap of stones set in lime, so hard as to baffle their eagerness to demolish it;* id pro basi erat miliario. Delatum est ad *Leicester*, ubi extat in foro publico.

IMP · CAES
DIV ⸢RAIANI PARTH F DIV NER · NEP
⸢RAIAN HADRIAN AVG P P ⸢RIB
POT IV COS III ARATIS
5 II p. C. 120/121

I. Stafford *gent. mag.* 43, 1773 p. 26; Guil. Bray *sketch of a tour into Derbyshire and Yorkshire* [Lond. 1783 8.] p. 83 et Archaeologia 7, 1785 p. 84 tab. 6; G. Ashby apud Nichols *Leicestershire* 1 CLV et p. 5* ss. tab. 3, 6 (inde Goughs Camden 2 p. 315 tab. 6 fig. 2; Newton p. 107, 8*a*; Henzen 5252); Carter *ancient architecture* p. 5 tab. 4 fig. A et B; Reynolds iter Brit. p. 277; Curtis *topographical history of Leicester* [1831] p. 93; Thompson *handbook of Leicester* [1844] p. 10 (inde Wright *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 415, *the Celt* p. 183); *report of the Leicester literary and philosophical society* [1855] p. 358.

2 DIV ⸢RAIAN PARTH F DI Staff., Bray, Cart., DIV TRAIAN PARTH F D Reyn., atque similiter recentiores Curtis, Thompson, *report.* Solus Ashby finem ita exhibet DIV NERVE P; Bray praeterea in aversa haec superesse adnotat ⊇ | FP | B in versibus diversis, ut videtur. 3 Finem P P ⸢RIB item solus Ashby servavit. 4 POT M COSIHVARATÆS Staff., POT M COS I H ⸢ARATIS Bray, POTIV COSI H VARATIS Cart., POT IV COS III ARATIS COR M P Ashby vestigia incerta secutus. 5 H Staff., Bray, Ashby, Cart., Thomps.

1170 *Ancaster*, *Lincolnshire*, columna miliaria rep. a. 1838 *on the side of the high road, at little distance from the northern entrance of the station* SMITH. Columna vel pila alta dig. 27, lata dig. 12. Ubi servetur nescio.

IMP C
FL · VA.
CNSTANTINO
P · F · INV
5 AVG
DIVI
CNSTANTI
PII AVG
FILIO p. C. 306/337

Lincoln meeting of the archaeol. Institute 1848 p. XXIX (inde Wright *the Celt* p. 355); C. R. Smith collect. ant. 5, 1861 p. 151 tab. 16, 5; E. Trollope *archaeol. journ.* 27, 1870 p. 13 ligno incisam.

Imp(eratore) C(aesare) Fl(avio) Val(erio) Constantino p(io) f(elice) inv(icto) Aug(usto), divi Constanti pii Aug(usti) filio . . . . .

LXXII. VIAE ORAE OCCIDENTALIS.

Viam fuisse a Coccio (supra cap. XXI) Bremetennacum (cap. XXVI) vidimus supra (p. 72); ad eam pertinent miliarii n. 1171—1175. Ab hac diversa est *the Maidenway*, i. e. via Eburaco Luguvallium (v. supra p. 73); ad quam rettulerim miliaria Brovonacense (n. 1176) et ad *Hesket* repertum (n. 1177). Contra quae prope *Old Carlisle* prodierunt duo (n. 1177. 1178) ad viam orae occidentalis alteram videntur referenda esse, quam Bremetennaco per Calacum (cap. XXVII) ad *Old Carlisle* (cap. XXXI) fuisse probabile est; in itinerario vero non describitur. De huius regionis itineribus videatur inter alios Ioh. Just *assoc. journ.* 8, 1853 p. 35 ss.

1171 *Thes letters are on the side of a peice of a round pillar ffound att Riblecester this last summer and seene by me the 12 of 9ber 1612, but ther is other letters theron which I cannot expresse, by reason of my unexperience in thes kind of antiquities* DODSW. *Ribblechester; the form of this looks somewhat like a milliary pillar; it was lying in a garden at the west end of the town, and near the river. So much of the inscription is quite effaced as makes it hard to guess at the meaning of the whole* HORSL.

	Dodsworthe:	*Horsley:*
	E N	
	IMP · CAES	IMP CAES
	G · MES · IOQ_	MA
p. C. 249/251	DEC · IO TRN	CO · PNXII
		O M ⊞ I
		CIQN////
		SEIFE

Roger Dodsworthe cod. mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 405; Horsley p. 302 *Lancash.* 3 (inde Goughs Camden 3 p. 391; Whitaker *Whalley* p. 27; Baines *Lancashire* 3 p. 379).

'*I believe this inscription has not been published before, for I don't find it in Dr. Leigh's natural history*' Horsleius; sed apud scriptorem illum p. 7 pilae alicuius miliariae mentionem fieri Gough observat.

'*The letters at the bottom are so confused, I can make nothing out of them*' Horsleius, qui initio aut Commodi aut Caracallae nomina latere posse putabat. Non spoponderim eandem esse atque Dodsworthii; sed cum nulla praeterea Coccii innotuerit columna miliaria, neque obstent litterarum vestigia ab Horsleio visa, fieri potest ut eadem sit. Ante versus Horsleii tres ultimos spatium est versuum fere decem.

[*D(omino)*] *n(ostro) imp(eratore) Caes(are) G(aio) Mes[s]io Q(uinto) Decio Tr[aia]n[o]* . . . . . .

Cf. n. 1163.

1172 Rep. a. 1811 *while ploughing a field near the canal in the township of Ashton* (prope *Ribchester*).

IMP·C·M·IVLIO
PHILIPPO
PIO · FEL · AVG p. C. 244/249

Simpson *Lancaster* [1852] p. 118.

1173 Rep. *southward from Lancaster, and in cutting the bed of the present canal through Borough; now placed in the garden at Stodday Lodge* WHITAKER. Ibidem SIMPS.

IMP·C·M·IVLIO
PHILIPPO
PIO FEL AVG
M p. C. 244/249

Whitaker *Richmondshire* 2 p. 215 in tab.; Simpson *Lancaster* [1852] p. 119.

1 IMP CAIIVIIO Whit. 4 om. Simps.

Coaeva, sed tamen diversa a praecedente.

1174 Rep. a. 1834 *on the Castlehill, Lancaster.*

IMP C D N
CAIO MESSIO
QVINTO DEC
TRAIANO P FEL
5 ICI INVICTO AVG p. C. 249/251

Simpson *Lancaster* p. 120.

1175 Rep., *not many years since, in the bed of the Arklebeck, near Caton* (prope *Lancaster*); *now standing in a garden of that village* WHITAKER. *Preserved in the estate of Ch. Jones Esq. at Caton* HIST.

IMP CAES
TR HADRIA
AVG PM T P
COS III P P
5 ›IMP III p. C. 119/138

Whitaker *Richmondshire* 2 p. 215 in tab. (inde memorat Wright *the Celt* p. 183); *history of Lancaster* [1807] p. 81; Simpson *Lancaster* [1852] p. 119 versibus non divisis et compendiis scripturae solutis.

1 IMP C, 2 R HADRI, 3 AVG PM TR, 5 I› II M P. II hist.

In fine *centuriam secundam* indicari putabant editores; fortasse ante M ne littera quidem ulla, sed tabellae ansatae lineae tantum fuerunt. CENTVRIA SECVNDA MILL·PASS·QVINQVE Simps.

1176 Haec inscriptio inventa fuit Brovonaci XVI die Martii 1602 a quodam rustico. Lapis effoditur quinque pedes infra cursum fl. Loderi et Eimoti, quem multis meis et amicorum precibus tandem impetravi, Applebeiam transtuli; et in aedibus meis . . . nunc cernitur BAINBR. Ad Loderi et Eimoti confluentes a. 1602 erutum CAMD. HORSLEIUS sibi non liquere ait utrum exemplum sit antiquum an novicium (*I will not vouch for its being the original, which Camden saw or at least mentions*). In alio lapide infra *Bainbr.* scribendum curavit '*h(ic) l(apis) invent(us) e(st) Brovonaci.*'

IMP
D·C·VAL
CONST
ANTINO
5 PIENT·
AVG· p. C. 306/337

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 314 (inde Grut. 1179, 9 'a Cottono'); Camden ed. VI (1607) p. 627 (inde Donat. p. 151, 1 'ex schedis P. Gnocchi'; Goughs Camden 3 p. 413; Newton p. 110, 28); Horsley p. 297 *Westmorl.* 2 q. v.

Exemplum non videtur novicium esse (nam non est cur de Bainbriggii testimonio dubitetur), sed restauratum. Ita v. 2 pro D·C·VAL (pro quo Camdenus posuit C·VAL) in lapide videtur fuisse FL aut fortasse D·N·FL et v. 5 P·F·INV; praeterea Bainbrigg puncta I litteris superimposuit.

imp(eratore) [d(omino) n(ostro) Fl(avio)?] Val(erio Constantino [p(io) f(elice)] Aug(usto)

1177 Rep. a. 1760 in via Romana a *Carlisle* ad *Penrith* prope *Hesket.* Servabatur in *Hoddam Castle, Dumfriesshire, Scotland*, ubi videtur periisse.

IMP C
FL VAL
CONS
TANTI
5 NO PF
INV
AVG p. C. 306/337

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 (1776) append. p. 409 (inde Goughs Camden 4 p. 62) vv. non divisis; Gough in exemplo Horsleii servato Oxonii ita, ut dedi.

Pennant ita exhibet litteris singularibus male solutis IMP·CÆS·FLAVIO VALERIO CONSTANTINO PVBLII FILIO INVICTO AVGVSTO.

1178 Rep. in *Olde Carlisle* in pyramide octogona CAMD. ed. I. In *Thurseby* in comitatu Cumbriae invenitur columna oblonga ante aedes constabularii GERIC. Nec procul hinc (ab *Ilkirk*) effossa fuit columna e rudi saxo, quae Thoresbeiae nunc cernitur CAMD. ed. V. *Now in Naworth garden* HORSL. *At Rokeby* GOUGH.

IMP CAES
M·IVL·
PHILIPPO
PIO FE I
5 CI
AVG
sic ET M·IIVL·PHI
LIPPO NOBILIS
SIMO CAESA
10 TR · P · COS p. C. 244/249

Camden ed. I (1586) p. 454 (inde Scaliger cod. Lugd. CI et in sylloge maiore p. 52), ed. V (1600) p. 699 (inde Grut. 273, 3 qui in corrigendis ex 'posterioribus Cambdeni schedis' iterum exhibet); Horsley p. 277 *Cumberl.* 58 (inde Warburton vallum p. 122, 58; Nicholson et Burn 2 p. 146; Goughs Camden 3 p. 340 et 440; Newton p. 109, 58); Hutchinson *Cumb.* 2 p. 405 tab. fig. 4; Hodgson 2, 3, 238.

Camdeni exemplum prius memoria tantum traditum hoc est OB HONOREM PHILIPPI IMPERATORIS NOBILISSI SEMPER AVGVSTI ET PHILIPPI CÆSARIS NOBILISS (NOBILISS IMP Grut.); versus non distribuuntur.

2 om. Camd. 7 ET·M·IMP·PHI (ET·IMP·PHI Grut. in corr., . . . M·INL·PHI Gough., ET·M·IVL Hodgs. 9 CAESA om. Camd. (CAES in corr. addit Grut.).

1179 *On a stone dug out of the military way 1694, now at Hangingshaw* (prope *Old Carlisle*).

IMP CAE
SARI MArCO
*iu*LIO PHILIPPO
PIO FELICI
5 INVICTO
aug
ET M IVL PHILIPPO
NOBILISSIMO
CAESARI p. C. 244/249
10 . . . . . .

Hayton 17. 2 MAPCO, 3 NLIO, 6 ℞P traduntur. In fine mutilam esse indicavi ego.

Quod Hayton addit hunc lapidem fuisse in *Hangingshaw*, inde videtur concludendum, si omnino fuit in *Appleby*, non ipsum, sed exemplum novicium eo delatum esse post Bainbriggii tempus.

LXXIII. VIAE EBVRACVM ET INDE AD VALLVM HADRIANI.

Miliaria duo Isuriensia (n. 1180. 1181) ad viam Eburaco versus septentriones pertinere dixi supra (p. 66). Inde a Cataractonio (supra cap. XXIV) is viae illius trames incipit, quem *Watlingstreet* dicunt quique per mansionem prope *Piersbridge* (cap. XXXIV) et Vinoviam (cap. XXXV) ad *Lanchester* (cap. XXXVI) atque deinde ad vallum Hadriani ducit. Huc pertinent miliaria n. 1183. 1184; quorum hoc fortasse referendum est ad viae eius ramum aliquem ad oram directum. Contra ad viam alteram a Cataractonio Luguvallium ducentem pertinent n. 1182. 1182*a*.

1180 Columna miliaria, alta p. 7, lata dig. 18, rep. a. 1776 *at a place called Duel cross, about 3 miles from Aldborough*, in via quadam Romana ab Eburaco. Servabatur *in the custody of the mistress of the Globe public house;* nunc dicitur extare *in the old Manor house of Aldborough.*

IMP C
ÆS C M
S S I V S
Q C
TRA PO
L I C I
AVG
XXC
S p. C. 249/251

E. H. *gent. mag.* 17, 1787 p. 565 tab. 2 fig. 1 (inde Goughs Camden 3 p. 299 tab. 14 fig. 12); *Antiquarian itinerary* 1, 1815 in tabula; H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 46 tab. 21 fig. 5 (inde Wright *wanderings* p. 257).

4 SOCEC Gough. 5. 6 Errore quadratarii pro nominativo ablativi positi sunt. 8 In C oppidi Cataractonii nomen quaesiverunt antiquarii Britanni, non recte; videntur potius latere tituli *co(n)s(ulis) proc(onsulis).*

Imp(erator) Caes(ar) C. Messius Q. Dec(ius) Tra(ianus) p[i]o felic[e] Aug(usto) . . . . . .

1181 *Aldborough*, fragmentum miliarii, altum ped. 1 dig. 10, diam. dig. 10.

MAP
\M D

H. Ecroyd Smith rel. Isur. p. 47 tab. 21 fig. 10.

1182 *Gretabridge*, columna rep. c. a. 1720 *just by the side of the military way.* Servatur in *Rokeby* WHIT., BRUCE.

IMPP D D
NN GALO
E VOLV
S I N O
A V G G p. C. 251/253

Horsley p. 305 *Yorksh.* 3 (inde Goughs Camden 3 p. 339); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 490 in tab. ad p. 410 fig. 23; Th. D. Whitaker *Richmondshire* 1 p. 149; Bruce in schedis.

Imp(eratoribus) d(ominis) n(ostris) Gallo et Volusiano Aug(ustis)

1182*a Spital on Stanemore, Richmondshire, on the Maidenway; at the turnpike house stands a cylindrical stone, which appears to have been a Roman milliary; all that remains of the inscription is*

COH V·

Goughs Camden 3 p. 341. Latet fortasse COS·V.

1183 *Lanchester.* '*The last time we visited this station in Aug. 1783, we discovered at a gate at the west side of the road the pillar represented, which it is presumed stood on the Watlingstreet; it is now fixed as a gate post*'.

A I
IPMAACT
COS IANO
O E L I C I
AVG p. C. 238/244

Hutchinson *Durham* 2 p. 368 qui Gordiani esse perspexit.

1184 *At Ford* (*parish of Bishop Wearmouth and north division of Easington ward*, prope *Sunderland*, in ripa *Wear* fluvii meridionali).

dN IMP
M ANT
GORDIANO
PIO FELICI
AVG p. C. 238/244

Surtees *Durham* 2 p. 306 vv. non divisis.

1 CN traditur.



LXXIV. VIA VALLARIS.

Vallum Hadriani tribus partibus constare, aggere, muro, stationibus stationesque inter se iunctas esse via militari supra vidimus (p. 102 s.). Eius viae vestigia magis minusve certa observata sunt per totam valli longitudinem (cf. Bruce *wall* p. 77). Dubitari potest num ad hanc viam pertinuerit fragmentum n. 1185; reliqua vero huius capitis miliaria (n. 1186—1191) satis certo ad eam referuntur.

Neque viarum earum, quae a singulis valli stationibus magis versus septentriones ducebant ad vallum Pii usque (cf. cap. LIX—LXI neque eius viae quae Pii vallum per longitudinem sequebatur, ut commemoravimus (p. 193), miliarium ullum servatum est.

1185 *Beeshouses*, prope *Old Walker. The tenant of this place shewed me, February 14 th 1783, a stone, with a mutilated inscription, built up at the end of his stable. I could make out*

IMP
and
CO

Brand *Newcastle* 1 p. 605 qui addit (adn. *l*): *a lettered stone, broken into two or three pieces, had been turned out of the earth a little before; . . . I endeavoured without success to recover these perhaps valuable fragments.*

Videtur fuisse columna miliaria imperatoris incerti.

1186 Columna rudis rep. a. 1814 prope *Welton near Harlow Hill*, ubi a. 1815 iacebat prope murum Romanum valli, *nearly opposite Welton Hall*, in facie scripta et fracta in partes tres HODGS. Periit BRUCE.

Charlton:	*Hodgson:*	*restitue:*	
MP CAESAR	. . . . AES MAR	*i*MP CAES · MAR*co*	
NREIARONNO	.NTONINO	AVREL · ANTONINO	
PIO EE ✱ CI AVG ARAB	. . . . . CI AVG ARAB	PIO · FELICI · AVG · ARAB	
NIAB · PRIMAXM	ADIAB P·RT MAXIM	ADIAB · PART · MAXIM	
OBRI MAXIMO	O B R I · MAXIMO	O·BRIT·MAXIMO	
TRB PP XVI COS IIII	TRIB PP XVI COS IIII	TRIB·POT·XVI·COS·IIII	p. C. 213
RKP II CHVL MARCO	MARTIO IVL MARCO	IMP · II . . . . . MARCO	
LEG A✱G PP	LEG A · G PP	LEG · AVG · Pr · *Pr* ·	
		. . . . .	

Ed. Charlton, *the farmer of Welton*, misit societati archaeologicae Aelianensi d. 11 m. Mart. a. 1814; Hodgson 2, 3 p. 283 (inde Newton p. 108, 17 *a*). Ex prioribus Bruce *wall* ed. II p. 123, lapid. p. 44, 69. Supplementa praeivit Thom. Hodgson in schedis apud Brucium citatis.

Nomen legati, quod ille fuisse putat *C. Iul(ius) Marcus*, restitui nequit; cognomen Marci, quanquam non inauditum, tamen et ipsum incertum est. Quanquam in miliariis Britannicis nunquam repertum est nomen legati cum imperatoris coniunctum, quod in aliis provinciis non rarum est, tamen cum de forma lapidis constet, dativus *Felici* fortasse male lectus non obstat, quo minus nomina imperatoris sexto casu exhibita esse putemus. Eodem casu etiam legati nomina possunt posita esse. Sin nomina legati primo casu posita esse existimamus, cogitandum est de basi honoraria. Legatus idem fortasse redit in titulo n. 351, qui est anni eiusdem.

1187 *Little Chesters*, columna miliaria, *standing at about a mile's distance or less from the station, close by the side of the military way* HORSL. *Before we come to Little Chester is a most noble column or milestone, set upon the road: it is of a large bulk and height, with an inscription, but only not quite defaced* STUK. Ibidem extat (HODGS. BRUCE), sed litteris prorsus evanidis.

bt
BON
REI
PVBLIC
NATO

Horsley p. 228 *Northumb.* 59 et praef. p. XIV (inde Warburton vallum p. 70, 59; Goughs Camden 3 p. 504 tab. 30 fig. 7); Stukeley it. bor. p. 60; Hodgson 2, 3 p. 201; Bruce *wall* p. 233, lapid. n. 261.

Pertinet ad imperatorem aliquem saeculi tertii exeuntis quartive ineuntis. Quod Horsleius adnotat v. 1 litteras evanidas *dri* . . ad titulum miliarium vetustiorem sive Hadriani sive Pii pertinuisse non caret probabilitate. Ibi prope miliaria duo fuisse adnotat Horsleius. Stukeleius refert Rogerium Gale titulum ibi prope vidisse, in quo sibi visus esset legere TVNG; cui cave confidas; videtur autem indicari columna miliaria alia.

Cf. n. 1189.

1188 *Near Thirwell castle* WARB. Inde cessit in Horsleii possessionem posteaque pervenit Dunelmum in bibliothecam capitularem, ubi servatur. Est basis quadrata alta dig. $10^1/_2$, lata 10; tamen pro miliario eam habendam esse probabile est. *The stone is broken thro' the middle, as if it had been designedly done* (scilicet per Warburtonem) *for the convenience of the carriage on horseback* HORSL. Litterae bonae sunt.

IMP · CAES
FLAV · VAL
CONSTANTINO
PIO · NOB
CAESAR

p. C. 317/336

Contuli. Warburton *map of Northumberland;* Horsley p. 231 *Northumb.* 71 (inde Warburton vallum p. 78, 71; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 28 fig. 13; Hodgson 2, 3 p. 141; Newton p. 110, 27*g*); Bruce *wall* p. 246, lapid. n. 319.

Quod Constantinus *imperator Caesar* dicitur itemque *nobilissimus Caesar*, Horsleius inde titulum continuo post Constantii patris mortem a. 306 positum esse conclusit; fortasse recte. Cf. miliarium Cantabrigiense supra n. 1154.

1189 *Found at Lanercost,* servabatur in *Appleby* cum reliquis Bainbriggianis; sed periit ibi ('*stolen*' HAYT.).

IↃ R
Ↄ REN
·P·NATC

Hayton 10. Aliunde non novi.

Cf. supra n. 1187.

1190 *Old Wall, on the upper part of a pillar*; nuper Luguvallii denuo repperit BRUCE; lapis longus est ped. 4 dig. 4, altus ped. 1 dig. 4. Sine dubio fuit miliarium.

IMP · DIOCLETIA
NVS · P · F · AVG ·
SEMPER SENI

Lysons *Cumberl.* p. 157, 88 (inde Hodgson 2, 3 p. 299; Newton p. 110, 27); Bruce lapid. 449 qui lectionem certam esse affirmat.

In *seni* nihil videtur latere posse praeter senioris Augusti, patris imperatorum et Caesarum, indicationem, qualis est in titulo urbano thermarum Diocletianarum (Orell. 1056 cf. Mommsen *Ber. der sächs. Ges. der Wiss.* a. 1850 p. 308), ut Lysons observavit; sed expectaveris *semper Aug(ustus) seni(or)*, non *Aug(ustus) semper seni(or)*. Titulus infra mutilus fortasse etiam Maximiani nomina continuavit.

1191 *At Bulness Mr. Lowther parson ther, a man of good learning, diggin to make a gardin found two faire hewn stones, wrought with laurell leaves, thone laid upon the other, in such sort, that the one inscription towched thother as tho they had embraced eche other, the underside of the uppermore stone had this inscription viz.*

MARC · AVRELLIVS
IMPERA · TRIVMPH ·
PERSA : Θ

Upon the upperside of the lower stone was this faire inscription folowing, viz.

MARC · AVREL ≻
PHILO : Θ

Bainbrigg cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 300 qui exemplum novicium proposuit in *Appleby* (Hayton 5) hoc (*found at* Blatum Bulgium, *Boulness; the* A *in the two first lines wants the transverse stroke, a mark of the age from Severus to Gordian* HAYT.):

IMP · M · AVREL
TRIVMPHAV
PERSAR
MARC · AVREL ·
PHILO ·
BLATI BVLGII

Hoc vidit Horsley p. 267 et novicium esse perspexit (inde Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 489; Nicholson et Burn 2 p. 214; Hodgson 2, 3 p. 227; Goughs Camden 3 p. 440).

Videtur fuisse columna miliaria ex duobus lapidibus composita ita ut titulo antiquiori Caracallae superimpositus fuerit recentior fortasse Elagabali. Bainbrigg descripsit male et potest etiam interpolasse, sed non finxit.

LXXV. PRIVILEGIA MILITVM VETERANORVMQVE DE CIVITATE ET CONVBIO.

Privilegia militum veteranorumque de civitate et conubio sive, ut vulgo appellantur non recte, tabulae honestae missionis (contra breviter diplomata militaria dici possunt), quotquot reperta sunt in Italia et in variis imperii Romani provinciis, a Mommseno collecta sunt in volumine huius syllogae tertio propterea quod dimidia fere eorum pars ad eas provincias pertinet, quarum in illo volumine tituli inscripti proponuntur, neque commode explicari possunt eius modi monumenta, nisi exempla omnia coniuncta considerantur. Tamen necessarium visum est inter unius cuiusque provinciae titulos iterum proferre diplomata ea, quae eiusdem provinciae sint; si quis enim numeros militares ducesque eorum, quotquot ibi unquam fuerunt, cognoscere volet, tabellarum illarum testimoniis plenissimis et certissimis carere nequit. Ideo inscriptiones eius generis in Britannia repertae tres hoc loco repetuntur.

TRAIANVS REBVRRO.

a. 103 d. Ian. 19. rep. Malpasii, extat Londinii.

1193 *Two inscribed tablets of copper, found in the year 1812, in the parish of Malpas in Cheshire* (ad occidentem viae Romanae a Viroconio; vide supra cap. **XVI** p. 45), *on a farm belonging to Lord Kenyon, by whom they have been presented to the Britith museum* LYSONS 1813. Ibidem adhuc.

intus: tabella prior





tabella posterior



extrinsecus: tabella prior




tabella posterior

[*Imp. Caesar*], *divi Nervae f., Ner*[*va Tr*]*aian*[*us Aug*]*ustus Germanicus* [*D*]*acicus, pontifex maximus, tribunic*(*ia*) *potestat*(*e*) *VII, imp*(*erator*) *IIII, co*(*n*)*s*(*ul*) *V, p*(*ater*) *p*(*atriae*) [1])

[*e*]*quitibus et peditibus, qui militant in alis quattuor et cohortibus decem et una, quae appellantur* (1) *I Thracum et* (2) *I Pannoniorum Tampiana et* (3) *Gallorum* [*S*]*ebosiana*[2]) *et* (4) *Hispanorum Vettonum c*(*ivium*) *R*(*omanorum*); *et* (1) *I Hispanorum et* (2) *I Va*[*ng*]*ionum*[3]) *milliaria et* (3) *I Alpinorum et* (4) *I Morinorum et* (5) *I Cugernorum*[4]) *et* (6) *I Baetasiorum et* (7) *I Tungrorum milliaria et* (8) *II Thracum et* (9) *III Bracaraugustanorum et* (10) *IIII*[5]) *Lingonum et* (11) *IIII Delmatarum, et sunt in Britannia sub L. Neratio Marcello, qui quina et vicena plurave stipendia meruerunt,*

quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas.

a. d. XIIII k. Febr. M'. Laberio Maximo II, Q. Glitio Atilio Agricola II co(*n*)*s*(*ulibus*).

alae I Pannoniorum Tampianae, cui praest C. Valerius Celsus, decurioni, Reburro Severi f., Hispan(*o*).

Descriptum et recognitum ex tabula aenea[6]), *quae fixa est Romae*[7]) *in muro post templum* [*divi A*]*ug*(*usti*) *ad Minervam.*

[1]) *sic. extr.*, p. p. cos. V *intus.* [2]) ET · GALLORVM EBOSIANA, *spatio ante* EB *vacante, intus,* ET · II GALLORVM ET SEB / / IANA *extr.*
[3]) VAI CIONVM *intus.* / / IONVM *extr.* [4]) CVGERNORVM *intus.* [5]) IIII *intus,* III *extr.* [6]) aeneae *extr.* [7]) *hic desinit intus.*

Ex meo exemplo et ex tabulis Brucianis Mommsen C. I. L. vol. 3 p. 864 n. XXI. Lysons reliq. Brit. Rom. 1 post. 4 tab. 2, unde repetiverunt accurate Hauboldus (cf. vol. III p. 843), neglegenter Labus *ara di Hainburgo* p. 33 (inde Gazzera act. acad. Taurin. vol. 35 p. 254; Cardinali *diplomi* n. 11 p. 139; ex hoc Henzen 5442); Bruce lapid. p. 3 cum tabulis duobus chromolithographis cura Augusti W. Franks potissimum optime delineatis.

L. Neratius Marcellus, frater L. Neratii Prisci iuris prudentis (cf. Mommseni index Plinianus p. 420), Britanniam videtur rexisse annis p. C. 101—103.

TRAIANVS INCERTO.

a. 105 d. . . . rep. Sydenhami, extat Londinii.

1194 *Two tablets of copper, found in a gravel pit on Sydenham Commons (Kent,* a Londinio meridiem versus), *in the year 1806; they were in the possession of Mr. Kerval of Sydenham and have been presented by him to the British museum* LYSONS 1813. Ibi extant.

intus: tabella prior

IMP /ꟻESAR
AVG GERMA
TRIBVNIC · POT
EQVITIBVS ET P
ALIS DVABVS E
APPELLANTVR
C·R·ET Ī CELT
LINGONV
SIAVONVM
VM·C·R·ET·Ī
PANNONIC
IN BRITTAN
sic QVENA ET VIC
RVNT QVORV
IPSIS LIBEI

tabella posterior

NVBIVM
VISSENT
LIBES ES
MTAXAT
Ⅲ
B
D
IVM C
I
RIONI
NIS

extrinsecus: tabella prior

IMP CAESAR DIVI · NERVAE · F NERVA TRAIANV
AVGVSTVS · GERMANIC · DACICVS · PONTIF · MAX
MVS TRIBVNIC·POTESTAT·VIIII·IMP IIII COS V P
EQVITIBVS ET PEDITIBVS QVI MILITANT IN A
LIS DVABVS ET COHORTIBVS · DECEM ET VNA QV
AE APPELLANTVR · Ī · TVNGRORVM · ET · CLASSI
ANA · C · R · ET · Ī · CELTIBERORVM · ET · Ī · HISPANO
RVM · ET · Ī · LINGONVM · ET · Ī · FIDA · VARDVLLo
LVM · ET · Ī · FRISIAVONV / ⊏⊏ · Ī · NERVIORVM
ET · II · VASCONV
STVRVM · ⊏⊐
ꟻ A T

posterioris quae pars superest, vacat.

5 fin. ET Lysons. 8 ET·Ī·FIDA ego et Bruce, ET·II·FIDA Lysons. — 9 FRISIANO / IVM Lysons.

Imp. Caesar, divi Nervae f., Nerva Traianu[s] Augustus Germanic(us) Dacicus pontif(ex) max[i]mus, tribunic(ia) potestat(e) VIIII, imp(erator) IIII, co(n)s(ul) V, p(ater) [p(atriae)]
equitibus et peditibus, qui militant in alis duabus et cohortibus decem et una, quae appellantur (1) *I Tungrorum et* (2) *Classiana c(ivium) R(omanorum); et* (1) *I Celtiberorum et* (2) *I Hispanorum et* (3) *I Lingonum et* (4) *I fida Vardullorum et* (5) *I Frisiavonum et* (6) *I Nerviorum et* (7) *II Vasconum c(ivium) R(omanorum) et* (8) *I[I . . . . . et* (9) *. . A]sturum et* [(10) *. .] Pannonio[rum et* (11) *. . . . Del]mata[rum et sunt] in Brittan[nia sub . . . . . ., qui] qu[i]na*[1] *et vic[ena plurave stipendia merue]runt,*
quoru[m nomina subscripta sunt], ipsis liber[is posterisque eorum civitatem dedit et co]nubium [cum uxoribus quas tunc hab]uissent, [cum est civitas iis data, aut, siqui ca]elibes es[sent, cum iis, quas postea duxissent du]m taxat [singuli singulas]
[a. d.] III . . . . . [C. Iulio] B[asso, Cn. Afranio] D[extro cos.]
. . . . . num, c[ui praeest] P (?) . . . . . rioni . . . . . nis [filio] . . . .
. . . . . .


[1]) QVENA *tabula.*

Descripsi; inspexit denuo a me rogatus A. W. Franks. Lysons reliq. Brit. Rom. 1 part. 4 tab. 1 (inde Haubold n. 10; Labus *ara di Hainburgo* p. 35 male; ex hoc Gazzera act. acad. Taurin. vol. 35 p. 256; Cardinali *diplomi* n. 12 p. 156); Bruce lapid. p. 5 cum tabula chromolithographa; ex his exemplis restituit Mommsenus C. I. L. vol. 3 p. 866 n. XXIII.

HADRIANVS

a. 124 d. Sept.? 15.

1195 *Found the preceding spring* [id est a. 1760] *by a countryman, one Edward Nichols, ploughing a piece of uncultivated land called the lawns in Riveling near Stannington* [prope *Sheffield* in regione praeterea vestigiis Romanae aetatis fere destituta], *in the parochial chapelry of Bradfield and parish of Ecclesfield in Hallamshire, York* WATSON (1761). Habuit primum Broomhead Stanningtoniensis; deinde altera tabula fuit apud



Watson rogatu Wilsoni ad societatem antiquariorum Londiniensium saepius rettulit de tabulis his; quibus ex litteris cum ea sumpta sunt, quae sub Watsonis nomine afferuntur in Archaeologiae vol. 5 (1779) p. 94, tum, ni fallor, pleraque quae leguntur de ea re apud Goughium (in additamentis ad Camdeni Britanniam vol. 3 a. 1806 p. 263) et Hunterum (*history of Sheffield* p. 18). Colligitur inde interveniente duce Norfolkensi societatem obtinuisse, ut a. 1761 tabulae vel certe altera earum Londinium transmitteretur ad praesidem eius Willoughby; societatis iussu editionem parasse Taylorium, qui earum meminit *philosophical transactions* 1763 p. 139, sed eum rem traxisse per multos annos neque promissioni stetisse. Ita primus exemplum exterius aere expressum protulit Goughius a. demum 1806 (l. c.), a quo pendet Hunter l. c. Id exemplum, quod a Newtono in schedis societatis antiquariorum repertum esse Henzenus ait (in comm. mox citando p. 63), prae Goughiano parum profuisse comparatio declarat; Lysons quoque (reliq. Rom. Brit. in adn. ad vol. 1 part. 4 tab. 2) sic ait: *a copy of this inscription (evidently very inaccurate) was soon afterwards communicated to the Society of Antiquaries.* Intus scriptum exemplum hi omnes parum attenderunt utpote barbare exaratum neque alia continens nisi quae in altero quoque legerentur. Videntur autem tabulam adhuc superstitem habuisse pleniorem quam nunc est, nam sic de ea Goughius scribit: *There was another plate found with this, but quite broken in pieces, containing the same inscription lengthways, in barbarous character, beginning with* IMP · CAESAR, *and ending with* CIVITATEM DEDIT. *On the back of the broken plate were about a dozen names* [scilicet nominibus et cognominibus seorsum computatis], *in two rows one under another, six in a row, but so defaced, that only three could be made out:* VRBANI, SEVERI, PARATI. Haec tabula cum in museum Britannicum illata esset, Newtonus exemplum misit ad Henzenum sumptum quidem ex Goughio, sed ubi fieri potuit emendatum et suppletum ex parte archetypi superstite, ediditque id Henzenus *Bullettino dell' Inst.* 1848 p. 29 (cf. p. 17) et in actorum soc. Rhenanae vol. 13 (1848) p. 63—97 et in sylloge n. 5455.

Tabulae adhuc extantis duo exempla extant probe facta, alterum Newtonis, quod is mecum communicavit, alterum Brucii lapid. p. 6 in tabula chromolithographa. Inde restituit Mommsenus C. I. L. vol. 3 p. 872 n. XXX, quem omnino sequor.

Tabellae deperditae solum superest exemplum Goughianum; in qua quae cernuntur interstitia utrum relicta sint ad verba ex mente editoris separanda an ad declarandos hiatus saepe parum liquet. Certe prava interpretatio Goughii passim lectionem quoque affecit, ut 4, ubi legit *qui Tibe[ri]o* [*militaverunt in cohorte*] *I Verinalis VI,* et v. 5, ubi legit *II Uretiqu[o]ru[m]*. Pars interior eius tabulae non extat descripta, Goughius tantum: *upon the back of the plate,* inquit, *but lengthwise, was part of the same inscription, beginning at the words* CVM VXORIBVS *and ending at* EX PEDITE — ALBANI, *cut in a rude and barbarous character.* Omnino lectio utriusque tabulae, tam deperditae (int. II, extr. I) quam superstitis (init. I, extr. II), multis locis incerta est et obscura.

. . . . . ALBANI F.

rep. Stannington, pars extat Londinii.

Peggium doctorem Whittingtonensem, altera apud Wilsonium HVNTER ex litteris Watsonianis. Illam apud Peggium a. 1777 vidit GOUGH; hodie aut periit aut latet. Altera tabula, scilicet ea quae in litteris illis dicitur remansisse apud Wilsonium, a. 1843 fuit apud Youngium ARCH. JOURN. 1846 p. 6; hodie est in museo Britannico.

intus: in tabella priore (quae posterior est in exemplo exteriore) haec legere potuimus; ectypum iuxta cernitur.

. . . . . .
NVS AV / PO
COS III
COH XXI QVAE AP
AL ET PICENT / A /
ET PETRIAN E / / /
C R E / / / / / / ET / / / / / / VON ET I HAM / OR
SAGITT / / I SVNVC / / / / / ∞ ET I BETA / / / /
ET I DELM E / I AQV / / / / / MENAP ET I VL / / / /
CVGER C R ET I FIDA VA / / / / C R ET I BATA / / /
ET I TVNGR ET II LING ET / / / / VR ET II / / / / /
ET II NERV ET III BRACAV / / / III NERV ET VI N / / /
QVAE SVNT IN BRITTANNI / SVB PLATORIO NE
POTE QVINIS ET VICEN PLVRIBVSVE STIPEND
EMERITIS DIMISSIS ◎ HONESTA MISSION
QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS
LIBERIS POSTERQVE EORVM CIVITATEM DED

ex tabella posteriore (quae prior est in exemplo exteriore) non descripta sunt nisi verba prima postremaque haec

CVM VXORIBVS . . . . . .

EX PEDITE . . . . . ALBANI

extrinsecus: tabella prior

IMP CAESAR DIVI TRAIANI PARTHICI F DIVI NER ◎
VAE / / / / / / / / / / / / / HADRIANVS AVG PONTIF
MAXIM TRIBVNVS / / / / / / VIII COS III PRO COS
QVI TIBE O / / / / / / / / IT VER IN ALIS VI ET
/ / / / / / / / / / / / / / / / / T HISPA IIVR ET I QV RV
/ R / / / ET PETRIAN
/ / / / / / / / / / / / / / / / HISP ET I FRISIAV ET I
/ / M SALIN ET I SVNVC ET I VANG M ET I BAEIASIOR
ET I DELM ET I AQVIT ET I MENAR ET I VIP TRAIANA
/ VG C R ET II / IDA N / S DRI / / / / R ET I SATQV ET I TVN
GR ET II LING ET II ASTVR ET II DONGON ET II NERV
ET III BRAC AVGVSTANOR ET III NE / / M ET VI NERV
QVAE SVNT IN BRITANN SVB PRETORIO NEPOTE
QVIN ET VICEN TIVRIBV ST / / / / RITIS DIMISSIS
HON MISSIONE QVOR NOMINI SVBSCRIPTA SVN
◎ ◎
IPSIS LIBERIS POSTERISQ EORVM CIVITATEM
DEDT ET CONVBIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC
HABVISSENT CVM EST CIVITAS EIS DAT AVI SI
QVI SEA / / RES ESSENT CVM EIS QVAS POSTEA DVXIS
SENT DVM TAXAT SINGVLI SINGVLAS
A D XVI PONT
C IVLIO GALLO C VALERIO SEVERO COS
COH I SVNATOR / / / / / / / / / CVI PRAESI
AVLVNTVS CLAVDIANVS
EX PEDITE
CNTIIƧNT ALBANI NVƐO
SCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA
EA QVAE FIXA EST ROMAE IN MVRO PA
TEMPLVM DIVI RO MINIS

tabella posterior

LINI / / / / /
/ / / VRBANI
/ / / SEVERI
/ / / PARATI

19 'or CAELIBES ESSENT' adscribit Goughius.

Imp. Caesar, divi Traiani Parthici f., divi Nervae [nepos, Traianus] Hadrianus Aug(ustus), pontif(ex) maxim(us), tribun(icia) [potest(ate)] VIII, co(n)s(ul) III, proco(n)s(ule)

[e]quitib(us) e[t peditib(us), qui mil]it[a]ver(unt) in alis VI et coh(ortibus) XXI, quae ap[p(ellantur)] (1) I Hisp(anorum) A[st]ur(um) [1]) *et (2) I Qu / ru / / / / [et] (3) . . . . al(is) et (4) Picent[i]a[n(a)] e[t] (5) . . r . . . et (6) Petrian(a); e[t] (1) . . . . . c(ivium) R(omanorum) e[t (2) I] Hisp(anorum) et (3) I Frisiavon(um) et (4) I Ham[i]or(um) sagitt(ariorum) et (5) I Sunuc(orum) et (6) I Vang(ionum miliaria) et (7) I Baetasior(um)* [2]) *et (8) I Delm(atarum) et (9) I Aquit(anorum) et (10) I Menap(iorum) et (11) I Ulp(ia) Traiana Cuger(norum) c(ivium) R(omanorum) et (12) I fida Va[rdulor(um)] c(ivium) R(omanorum) et (13) I Batav(orum) et (14) I Tungr(orum) et (15) II Ling(onum) et (16) II Astur(um) et (17) II Dongon(um) et (18) II Nerv(iorum) et (19) III Brac(ar)augustanor(um) et (20) III Nerv(iorum) et (21) VI Nerv(iorum), quae sunt in Brittanni[a] sub Platorio Nepote, quinis et vicen(is) pluribusve stipend(iis) emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem ded[i]t et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas eis dat(a), aut, siqui [caelib]es essent, cum eis, quas postea duxissent, dum taxat singuli singulas*

a. d. XVI [k.] O(c)t. C. Iulio Gallo, C. Valerio Severo co(n)s(ulibus).

coh(ortis) I Sun[uc]or(um), cui praes[t M. I]un[i]us Claudianus, ex pedite . . . . . Albani [filio, Su]nu[c]o [3]).

[De]scriptum et recognitum ex tabula [aen]ea, quae fixa est Romae in muro p[ost] templum divi [Aug(usti) ad] Min[ervam].

[1]) Ubi Goughius legit HISPA IIVR, Borghesius proponit HISP · ASTVR, eamque coniecturam confirmavit titulus alae eius in Britannia repertus supra n. 510. [2]) *Beta* . . . . intus. [3]) Hic videtur finivisse exemplum interius. — Ceterum a Goughio ubi recesserimus, in adnotatione non indicavimus, cum exemplum Goughianum supra propositum sit.

LXXVI. MASSAE ARGENTI AERIS PLVMBI.

Metalla Britannica inde ab remotae antiquitatis temporibus cognita fuisse quaeque inde provenerint cura aut exterorum hominum, velut Phoenicum, aut indigenarum exportasse inde Phoenices, Gallos, Romanos notum est. Egerunt de re metallica Britanniae aliquanto accuratius quam antea factum erat Ioh. Ward in *philos. transact.* 49, 1757 p. 686 ss., post eum Bethe et Roloff (de antiquae Hispaniae re metallica. Gottingae 1808. 8.), et nuper Iohannes Phillips professor Oxoniensis (*thoughts on ancient metallurgy and mining among the Brigantes and in some other parts of Britain, suggested by a page of Pliny's natural history*, quae scriptio primum impressa est in *proceedings of the Yorkshire philosophical society* 1, 1855 p. 77 ss., iterum emendatius in *the archaeological journal* 23, 1859 p. 7 ss.). Deinde ipse rem tractavi in novo museo Rhenano 12, 1857 p. 347 ss., sed ea quae Phillips scripserat tum ignorans (cf. mus. Rhen. 13, 1858 p. 363 ss.). Secutus est Iacobus Yates nunc defunctus (in dissertatione *on the mining operations of the Romans in Britain*, ex *proceedings of the Somersetshire archaeological and natural history society* vol. 8, 1858 seorsum impressa Taunton 1859 8.). Titulos ille post me primus congessit quotquot repperit massarum metalli in fodinis repertarum; accuratius vero eos et plenius composuit et illustravit Albertus Way Londiniensis (*enumeration of blocks or pigs of lead and tin, relics of Roman metallurgy, discovered in Great Britain* in *the archaeological journal* 16, 1859 p. 23 ss. cum addendis in eadem ephemeride 23, 1866 p. 63 ss.). In universum praeterea de titulis eius generis egerunt Dr. Mc Caul (*Britanno-Roman inscriptions* Lond. 1863 p. 32 ss.), et Guil. Procter (*gent. mag.* 7, 1869 p. 149 ss.).

Atque auri fodinarum, quanquam et ipsas fuisse in Britannia traditum est a Tacito (Agric. 12: *fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae*) et ab aliis scriptoribus extantque earum reliquiae in Cambria meridionali (cf. Phillipps p. 17), massae nullae quantum scio inventae sunt inscriptae.

Massae argenti inscriptae quattuor adhuc repertae sunt in Britannia atque in Hibernia (n. 1196—1198 *a b*); neque vero certum est provenisse eas ex fodinis Britannicis, quanquam tales extitisse plumbi fodinae demonstrant, ubi ex plumbo argentum fiebat, ut infra dicetur.

Fodinae aeris item in Cambria antiquitus fuerunt (cf. Yates p. 25 ss.); sed massae perpaucae (n. 1199. 1200) repertae in Cambria similiter possunt eo delatae esse aliunde, praesertim cum ipse Caesar testis sit (bell. Gall. 5, 12, 5), Britannos aere uti importato.

Clarissima omnium quae fuerunt in Britannia metallorum plumbi albi (*tin, Zinn*) sunt in Dumnoniorum potissimum regione (*Cornwall* et *Devon*) etiam hodie florentia (videantur, ut testes potiores tantum afferam, Diodorus 5, 22; Caesar bell. gall. 5, 12; Strabo 3 p. 219 C); Mela 3, 6, 3; cf. Müllenhoff *deutsche Alterthumskunde* 1 p. 211). Sed si exceperis massas duas saeculo quarto signatas (n. 1221), ex illis quoque nullae prodierunt, quas inscriptiones tribuere iubent aevo Romano. Non scriptae aliquot in museo urbis Truro extant (cf. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 39), quarum altera signo quodam notata est, non littera; sed possunt illae aut antiquiores esse aut etiam recentiores. Patellarum ex plumbo albo vel stanno (i. e. ex plumbo albo cum argento mixto) factarum exempla aliquot nominibus Romanis inscripta recensebimus infra (cap. LXXIX).

Contra plumbi nigri (*lead, Blei*), cuius in Britannia frequentiam Plinius diserte memorat (n. h. 34 §. 164 *nigro plumbo . . . . eruto . . . in Britannia summo terrae corio adeo large, ut lex ultra dicatur* — lege cum Henrico Brunnio *lege interdicatur — ne plus certo modo fiat*), metalla Romanis fuisse nota testantur tituli viginti, quos hoc capite composui massarum plumbi inscriptarum circiter quadraginta repertarum in variis insulae regionibus, quae etiam hodie eodem metallo abundant. Pertinent enim earum ad comitatus *Derby* quattuor (n. 1208. 1213. 1214. 1215 *a*), ad *Somerset* quinque (n. 1201. 1202. 1209. 1210. 1211), ad *Salop, Gloucester, Notts, Stafford, York West Riding* singuli (n. 1205. 1207. 1209. 1216. 1218), ad *Cheshire* tres (n. 1204. 1206. 1212). Etiam in reliquis insulae partibus plumbum in fodinis repertum est, veluti in Cumbria et Northumbria (cf. Yates p. 6 ss.); sed ex fodinis Scoticis (de quibus cf. Chalmers Caledonia 3, 1824 p. 55) tantum prodierunt massae inscriptae duae titulis incertae lectionis (n. 1219. 1220). Quae ad oram maritimam in *Hants* (n. 1203), *Sussex* (n. 1215 *b*), ad *Warrington* (n. 1206), ad *Humber* fluvium (n. 1217) repertae sunt, eae massas eo delatas esse indicant aperte, ut navibus impositae in alias terras exportarentur. Repertae sunt praeterea in variis metallorum antiquorum locis massae non scriptae; de quibus A. Way egit *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 37.

Nomina autem massis plerisque, scilicet tredecim, inscripta sunt imperatorum Claudii et Britannici eius filii (n. 1201. 1202), Neronis (n. 1203), Vespasiani et Titi (n. 1204. 1205), Domitiani (n. 1206. 1207), Hadriani (n. 1208. 1209), Pii (n. 1210), Marci et Veri (n. 1211), incertorum (n. 1212. 1213). Quae nomina sive primo casu posita (n. 1201) sive secundo (n. 1202. 1203. 1208. 1209. 1210. 1211) sextove (n. 1204. 1205. 1206. 1207), illud sine dubio indicant, metalla plumbi imperatorum fuisse sive rei publicae, ut consentaneum est (cf. Marquardt 3, 2 p. 143 ss.), massasque singulorum imperatorum nominibus signatas imperantibus iis ex fodinis publicis prodiisse; unde in antiquioribus anni indicantur accurate (n. 1201—1205. 1207). Privatorum nomina quattuor aut quinque exhibent (n. 1214—1218); sed videntur et illi fuisse aliquo modo a rationibus metallorum publicoru muno fortasse excepto (n. 1218), cum metalla in titulis iis indicata sint simili modo atque in imperatoriis. Indicatur enim in massis antiquioribus, scilicet Claudii et Neronis, plumbum provenire *de Britan(nicis metallis*; n. 1201) vel esse *Brit(annicum*; n. 1203); idem autem provinciae nomen una cum loci designatione altera eaque magis accurata redit in massis privatorum nominibus signatis (n. 1215. 1216 cf. fragmentum n. 1217). *De Ceangi(s* vel *de Ceang* aut *de Cea*) repetunt plumbum massae Vespasiani et Domitiani (n. 1204—1206); huius praeterea alia massa *Brig(antica*) dicitur esse; ut appareat in totius provinciae locum iam cessisse singularum gentium nomina, quae metalla accuratius designarent. *Ceangi* enim sine dubio Cangi sunt noti ex Tacito (ann. 12, 31; ubi libri habent *ductus inde Cangos exercitus*, scripserunt editores aut *inde in Cangos* aut *in Cangos* simpliciter; *in Ceangos* latere perspexit primus Baxterus in glossario antiq. Brit. ed. II Lond. 1733 p. 73) et fortasse iam ex Caesare (bell. Gall. 5, 21; ubi pro *Cenimagni*, quod libri scripti habent, *Iceni Cangi* Lipsius scripsit eumque secutus Nipperdeius; ego hoc in incerto relinquo); Brigantes autem notissimi sunt. In massis Hadriani indicantur fortasse *met(alla) Lut(udensia*; n. 1208) similiterque in privatorum hominum *metal(la) Lutud(ensia*; n. 1214) aut plumbum *Brit(annicum) Lut(udense*; n. 1215. 1216); quae metalla quaerenda videntur esse in finibus Brigantum. Incerta est loci indicatio in massa una (n. 1212). Denique additur interdum in massis plumbum factum esse *ex argento* (n. 1203. 1215. 1216. 1217): enimvero Plinio iam notum erat plumbum *nigrum saepe cum argento nasci mixtisque venis conflari* atque *ex plumbo nigro argentum fieri* (n. h. 34 §. 158. 159). Quae in marginibus aliquot massarum Britannicarum (n. 1203. 1209) itemque in duabus Caledonicis (n. 1219. 1220) scripta sunt, certam interpretationem non admittunt. Itaque tituli illi, quamvis non multi, tamen de metallis Britannicis comprobant iam nota atque quaedam nos edocent aliunde non nota.

Innotuerunt titulorum eius generis pauci tantum auctoribus vetustioribus Lelando atque Camdeno (n. 1201. 1205. 1206). Accesserunt aliquot per Stukeleium (n. 1211), Horsleium (n. 1217), Peggium (n. 1208. 1214. 1215), Wardium (n. 1207); alios addiderunt Kirkshaw (n. 1207), Milles (n. 1196), Pennant (n. 1200), Gough (n. 1197), Lysons (n. 1218). Sed nuper demum aliquanto plures compositi sunt per eos scriptores, quos de re metallica Britanniae fusius exposuisse supra dixi. Ipse contuli plerosque, cum massae eius generis satis multae nunc collectae extent Londinii in museo Britannico, ab A. W. Franks amico peritissimo adiutus.

Nescio num huc pertineant lamellae aeneae duae (*two bronze straps with trilobated ends*), quae nuper prodierunt in *Anglesey, Wales*, teste Alberto Way; inscriptae dicuntur esse ita altera

ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΣ
ΑΛΑΙΕΥΣ

altera

INO

Possunt enim eo delatae esse casu Athenis vel aliunde.

1196 Massa argenti rep. a. 1777 in turri Londiniensi (*the Tower of London*) una cum nummis Arcadii et Honorii; servatur in museo Britannico. Forma est cunei duplicis (*of a double wedge*), ab utroque latere caedendo laevigata et tenuior facta; longa dig. 4, lata ima et summa $2^3/_4$, media $1^3/_4$, crassa $^3/_8$; pondo dicitur esse librae unius.

EX OF FL
HONORINI

Contuli. Ier. Milles Archaeologia 5, 1779 p. 291 tab. 25 n. 1 (inde Goughs Camden 2 p. 93 cf. 1 tab. ad p. CXX: Newton p. 120, 144*a*; C. R. Smith *archaeol. journ.* 11, 1854 p. 409 et *Roman London* p. 31, 12 tab. 22, 3; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 369 et 13, 1859 p. 365; Wright *the Celt* p. 239; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 40; Yates p. 24; I. B. de Rossi *bull. arch. crist.* 6, 1868 p. 47).

1 EX ◊FFIC Milles, EX OFII Gough in tabula, EX OFFE Newton, EX OFFI Smith. Mihi non liquebat, utrum EX OF·FL an EX OFFI legendum esset; illud fortasse praestat.

2 HONORII Milles, scilicet cogitabat imperatorem Honorium indicari; HONORI Gough in tabula. Sed quod dedi certum est.

ex of(ficina) Fl(avii?) Honorini

Pondo librae unius Romanae fuisse potest, neque vero pro pondere fuisse credendum.

1197 Massa argenti *set in a triangular frame of iron* rep. a. 1781 prope *Bentley* in *Great Stanmore, Middlesex* una cum nummis Romanis aureis quinquaginta aliaque supellectile antiqua. Ubi servetur ignoro. Inscriptum fuisse dicitur

HONOR

Goughs Camden 2 p. 108 (inde ego mus. Rhen. 13, 1859 p. 365; A. Way non memorat).

Est fortasse exemplum imperfectum praecedentis.

1198 Massae argenti duae repertae a. 1854 una cum nummis 1056 imperatorum a Constantio iuniore ad Constantinum III, prope *Coleraine* in comitatu *Londonderry* Hiberniae insulae. Servatur Londinii in museo Britannico. Forma similis est atque n. 1196, sed in *a* infra dimidia pars deest.

a EX OF PA
TRICI ·

b CVRMISSI

Contuli. I. Scott Porter *Ulster journal of archaeology* 2, 1854 p. 184 tab. fig. 4; C. R. Smith *archaeol. journ.* 11, 1854 p. 283 (inde ego mus. Rhen. 13, 1859 p. 365; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 40).

a EX OF PA|TRICII tabula Porteri; dedi ut vidisse mihi visus sum.

ex of(ficina) Patrici

Curmissi

Curmissus vel *Curmissius* nomen mihi aliunde non notum; de *curatore misso* vel *Misso (pro)-curatore* certe non cogitandum cum editoribus.

1199 Massa aenea formae rotundae nuper rep. in *Anglesey*, *Wales*. Servat W. Owen Stanley Londiniensis. Pondo est librarum 29 unciarum 6. *'A rough lump of metal seems to have been added at the upper part of the cake possibly to increase or adjust the weight'* (WAY). Impressum est bis litteris extantibus intra circulum

IVLS

Albertus Way misit delineatam accurate.

Iul(ii) S(everi?)

Litterae videntur esse saeculi secundi.

1200 Massa aenea rep. saec. XVIII *at Caer hên* (sive *Kaer hyn*), *4 miles above Conway*, in *Caernarvonshire* Cambriae. Servabat in *Conway* baro Mostyn; ubi nunc sit ignoro. Forma est rotunda irregulari, plana ab altero latere, ab altero convexa, margine inaequali; pondo est librarum 42. In latere plano medio inscriptum est litteris alte extantibus

SOCIO
□
ROMÆ

atque huic titulo fere medio impressum est sigillum litteris minutis eo quem indicavi supra loco inscriptum sic:

NAT · SOL

Pennant *a tour in Wales* (Lond. 1778) p. 63 tab. 9 (inde Goughs Camden 3 p. 190 tab. 9 fig. 13; ego mus. Rhen. 13, 1859 p. 365; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 40).

Pennant Eduardi Lluyd explicationem suamque ipsius protulit, quas hic repetere non attinet. Lego

Socio(rum) Romae

et

Nat(alii) Sol(lertis)

Scilicet socios dominos fuisse puto metallorum aeris, quae non necessario quaerenda sunt ibi, ubi massa illa reperta est, sed quae possunt in Britannia fuisse, Romae degentes, Natalium autem illum (nomen habuimus supra n. 3) Sollertem aut Sollemnem aut similiter appellatum iis institisse, unde massa aeris provenit. Socios metalla habuisse nemo mirabitur; de sociis salariis dixi in Hermae vol. 1, 1866 p. 136 ss.

Pennant (p. 72) adnotat aliam aeris massam repertam esse in *Llanvaerthlle* in insula *Anglesey*, pondo librarum 50, inscripta ei dicitur fuisse nota L litterae similis (inde memorat A. Way *archaeol. journ.* 23, 1866 p. 66). Cf. n. 1199.

1201 Non puduit Romanos, rerum dominos, trophaeum ex oblonga plumbi tabula in ipsis pene eorundem montium (*the Mendip Hills*) radicibus, ad fontes Ochidis fluvioli fabulosi ditionis episcopi Fontani (*the bishop of Wells*) Claudio Caesari sic inscriptum erigere . . .; hoc trophaeum annis abhinc paucis aratro erutum, et ad aedes Thomae Houerti, Icenorum ducis, Londinum translatum LEL. Non procul ab hoc (*Ochie hole* prope *Mendip hills*, *Somersetshire*) regnante Henrico VIII aratro eruta fuit oblonga plumbea lamina in trophaeum olim erecta et sic inscripta CAMD. Locus ubi reperta est *the Wokey* s. *Wookey hole* dicitur situsque est prope *Bruton*. Servabatur apud ducem *de Norfolk* in *Lambeth* HOLL. (ex Lelando et Camdeno). Deinde periit aut latet. Mensura et pondus ignota.

TI · CLAVDIVS CAESAR AVG · P · M
TRIB · P · VIIII · IMP · XVI · DE BRITAN p. C. 49

Leland assertio incomparabilis Arthuri in collectaneis ed. Hearne vol. 5 (ed. II 1774) p. 45; Camden ed. I (1589) p. 105 qui videtur ex Lelando sumpsisse (inde reliqui Grut. 238, 5 'e Camdeno'; Donat. p. 98, 5 'ex schedis Petri Gnocchi'; Hollands Camden p. 230; Musgrave antiquitates Britanno-Belgicae p. 181; Horsley p. 328; I. Ward *philos. transact.* 49, 1756 p. 698; Goughs Camden 1 p. 104; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 94; Warner *history of Bath* p. 26; Collinson *Somersetshire* 3 p. 420; Pennant *tour in Wales* 1 p. 57; Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 24; Yates p. 16; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 351; Newton p. 119, 133; Poste *Brit. res.* p. 368; Wright *the Celt* p. 238).

2 TRIB·P·VIII editio Camdeni VI, errore.

Ti. Claudius Caesar Aug(ustus) p(ontifex) m(aximus) trib(unicia) p(otestate) VIIII imp(erator) XVI. De Britan(nicis)

MUSEO ARQUEOLÓGICO DE LEÓN

1202 Rep. a. 1859 prope *Blagdon, Somerset (on the Blackdown range, the northern flank of the Mendip hills);* servatur in museo Britannico, cui intulit Iac. Williams Bristolensis. Massa longa est dig. 24, lata infra $6^1/_4$; pondo librarum Anglicarum 163. Litterae sunt optimae et alte extantes.

in facie superiore:
BRITANNICi · AVG · FI

in latere inverse scriptum bis litteris minoribus:
V · ET · P p. C. 49

Contuli. A. Way *archaeol. journ.* 11, 1854 p. 278 (inde S. Birch in Gerhardi *archaeol. Anzeiger* 1854 p. 485* et ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 352, act. acad. Berol. a. 1866 p. 800; Yates p. 16) et 16, 1859 p. 23, Scarth *proceedings of the soc. of antiquaries* ser. II 3, 1865 p. 198; A. W. Franks ibid. 1867 p. 439.

Nominis Britannici elementum ultimum periit ictu securis vel mallei. Praeter hoc et punctum nihil periit; spatium enim litteras duas capit non amplius. F . . . I Way 1854 non recte; nulla enim inter F et I littera periit. BRITANNIC . . . . AVG F . . Franks apud Way 1859. Sed potest periisse detrita aut omnino non expressa esse ex forma L finalis *fil(ii)* vocabuli. Mihi post I litteram hasta visa est certa esse; sed scriptum fuisse potest FL. Litteras in margine bis exhibitas minore modulo ita dedit Way (1859) — V· EIP·C sive FTPC· (?) putatque pondus iis indicari.

In brevem Britannici vitam (p. C. 41 ad 55) incidunt consules ordinarii a. 48 A. Vitellius et L. Vipstanus Publicola, a. 49 Q. Veranius et A. Pompeius Longus Gallus. Hos, Veranium et Pompeium, probabile est indicari litteris singularibus *v* et *p*.

1203 Rep. c. a. 1780 *on the verge of Broughton brook, on the Houghton side of the stream* prope *Stockbridge, Hampshire;* servabatur olim apud Thomam South, *of Bossington*, deinde apud Ioh. M. Elwes ibidem; postea ad *Cheltenham* pervenit; nunc est in museo Britannico. Massa longa est dig. 24, lata dig. 5, crassa dig. 5; pondo librarum paene 156.

in facie superiore:
NERONS AVG EX K IN IIII COS BRT

in latere longo anteriore:
/XKIVL P · M · CS p. C. 59

in latere longo posteriore:
EX ARGENT·

CAPASCAS·

XXX

Contuli et edidi act. acad. Berol. a. 1866 p. 801 excepto lateris longi posterioris titulo, quem non vidi; eum perquam evanidum et incertum esse testatur A. W. Franks. *Gent. mag.* 53, 1783 p. 935 et 54, 1784 p. 85; I. M. Elwes *Winchester meeting of the archaeological institute 1845 catal.* p. XL; Hutchins *assoc. journ.* 1, 1845 p. 335 cf. 4, 1849 p. 195 (inde Newton p. 119, 134; B. Poste *Brit. researches* p. 411); C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 227 (inde Wright *the Celt* p. 237; Cochet *rev. archéol.* 13, 1856 p. 549; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 354; Yates p. 18); A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 26.

Lege: *Neronis Aug(usti) ex k(alendis) Ian(uariis) IIII co(n)s(ulis). Brit(annicum)*

Ex k(alendis) Iul(iis) p(ontificis) m(aximi) co(n)s(ulis)

Ex argento . . . . .

Kalendis Iuliis a. 59 Neroni et Cosso Cornelio Lentulo consulibus suffecti sunt L. Velleius Paterculus et Cn. Pedanius Salinator (deinde pro eo Pompeius Vopiscus), cf. Borghesi *oeuvres* 4 p. 394. 537; inde fortasse explicandum est, quod imperator hoc loco dicitur ex kalendis Iuliis fuisse *pontifex maximus consul* omisso consulatus numero.

1204 Rep. a. 1838 prope Devam (*Chester*), *in forming the railway from Chester to Creve*, prope *Tarvin Bridge, in the township of Great Boughton, in a field across which there was a foot-path to Hoole, and about 150 yards from the north side of the road from Chester to London*, non procul ab eo loco ubi inventa est ara supra n. 171. Servatur dono A. Gardner in bibliotheca aedium marchionis de Westminster *Eaton Hall* prope *Chester*. Massa longa est dig. 24, lata 6, crassa $4^1/_2$; pondo librarum 179.

in facie superiore:
IMP · VESP · V// T · IMP · III · COS p. C. 74

in latere:
DE CEANGI

Newton p. 120, 135 (inde Henzen 5255; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 355; Yates p. 12); A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 27 cui descripsit A. Gardner Devensis.

Lacunam post V numerum etiam Newton indicat, sed nihil deesse potest.

imp(eratore) Vesp(asiano) V, T(ito) imp(eratore) III co(n)s(ulibus). De Ceangi(s)

1205 Rep. a. 1772 *on Hints Common, Staffordshire*, prope viam *Watlingstreet*, m. p. Anglica IV a *Lichfield* oppido. Servabatur primum in *the manor of Ralph Floyer, Esq.*; is intulit museo Ricardi Greene in *Lichfield;* inde Cantabrigiam venit ad doctorem Webb, *master of Clare Hall*, eoque defuncto a. 1855 in museum Britannicum. Massa longa est dig. $22^1/_2$, lata $5^3/_4$, crassa 4; pondo librarum 152.

in facie superiore:
IMP · VESP · VII · T · IMP · V · COS · p. C. 76

in latere:
DE CEA

Contuli. Camden ed. IV (1594) p. 470 loco diserte non adscripto additur ad massas infra n. 1206 descriptas, 'in aliis' scriptum fuisse 'IMP· VESP · VII · T · IMP·V·COSS', possunt vero indicari ita simul cum illis repertae (inde Horsley p. 316; Goughs Camden 3 p. 61); R. G(reene) *gent. mag.* 42, 1772 p. 558 cf. 43, 1773 p. 62 (inde Shaw *Staffordshire* 1 p. 35. 331; Goughs Camden 2 p. 503; Pennant *tour in Wales* 1 p. 56; Erdeswick *survey of Staffordshire* ed. Harwood p. 320; Newton p. 120, 136; C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 226; Wright *the Celt* p. 238; I. Phillips *proceedings of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 89; ego mus. Rhen. 12, 1859 p. 355; Yates p. 12); A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 28.

DE CEA — G Greene, DE CEANG Way; omisit totum Camden.

imp(eratore) Vesp(asiano) VII, T(ito) imp(eratore) V co(n)s(ulibus). De Cea(ngis)

1206 Dum haec recognovi (scilicet quae de *Runcorn* et *Haulton* sive *Halton Castle* prope *Warrington*, ad ostia fluvii *Mersey*, scripserat) a fide dignis accepi viginti massas plumbeas hic in ipso littore erutas fuisse, forma oblongiori sed quadrata, in quarum superiori parte in concavo haec legitur inscriptio:

IMP · DOMIT · AVG · GER p. C. 84—96
DE CEANG

Camden ed. 3 (1590) p. 488 (inde Reines. 12, 3; *philos. transact.* 28, 1713 p. 289; Horsley p. 316; Goughs Camden 3 p. 61; Wright *the Celt* p. 238; ego mus. Rhen. 12, 1859 p. 357; Yates p. 12; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 29).

Horsleius de antiquitate huius inscriptionis dubitavit, iniuria puto; sed potest descripta esse non plene, ut exciderit consulatus in fine v. 1. Sed cf. n. 1213.

imp(eratore) Domit(iano) Aug(usto) Ger[m(anico) cos . . . .]. De Ceang(is)

Domitianus Germanici nomen accepit a. p. C. 84.

1207 A. 1734 repertae sunt massae duae *on Hayshaw Moor, on the estate of Sir John Ingleby, in the manor of Dacre, about 8 miles N. W. of Ripley, in the West Riding of Yorkshire.* Servabantur apud Iohannis Ingleby filium; altera eiusdem legato a. 1772 pervenit in museum Britannicum (ectypum gypseum est in museo Eburacensi *catal.* p. 88, 52). Ea longa est dig. $23^1/_4$, lata $5^3/_4$, crassa dig. 4, pondo librarum 156. Altera dicitur esse similis omnino, sed levior libra una; servatur illa etiam tum apud *the Rev.* H. I. Ingleby, *at Ripley Castle.*

in facie superiore:

IMP · CAES · DOMINO · NG · COS · VII p. C. 81

in latere (sed alterius tantum, quae servatur in *Ripley Castle*):

BRIG

Contuli Londiniensem. S. Kirkshaw *philos. transact.* 41, 1740 p. 560 tab. 2 fig. 1 et I. Ward *philos. transact.* 49, 1757 p. 686 ss. tab. 23 (inde Donat. p. 138, 2; Stukeley it. bor. p. 74; Goughs Camden 3 p. 293); Pennant *tour in Wales* 1 p. 56; Ellis *Townley Gallery* 2 p. 287; Newton *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 9 (*York meeting*) et monum. Brit. p. 120. 137. 138 (inde ego mus. Rhen. 12, 1859 p. 356; Yates p. 9); I. Phillips *proceedings of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 89; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 29 s.

imp(eratore) Caes(are) Domitiano Aug(usto) co(n)s(ule) VII. Brig(anticum?)

1208 Rep. a. 1777 *on Cromford Nether Moor, in the parish of Wirkworth, near Matlock, Derbyshire.* Servabat Peter Nightingale, *Esq., of Lea,* qui dedit a. 1797 museo Britannico. Massa longa est dig. 22, lata $5^2/_{10}$, crassa $3^1/_2$, pondo librarum 127. In lateribus nihil scriptum est.

IMP · CAES · HADRIANI · AVG · MET · LVT p. C. 117—138

Contuli. S. Pegge Archaeologia 5, 1779 p. 369 (inde Goughs Camden 2 p. 423; S. Phillips *proceedings of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 89; Yates p. 10); S. Lysons Magna Brit. 5, 1817 p. CCVI 2; Bateman *Derbyshire* p. 134; H. Ellis *Townley gallery* 2 p. 290; Newton p. 120, 149 (inde Henzen 5250; Wright *the Celt* p. 238; ego mus. Rhen. 12, 1859 p. 358); A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 31.

imp(eratoris) Caes(aris) Hadriani Aug(usti). Met(allorum) Lut(udensium?)

Vocabula duo ultima ita interpretatus est Pegge: *me[m(oria)] l(egionis) V[I], i. e. sextae;* Wright ita: *met(allum) lut(um),* scilicet pro '*lot(um)*'; *Lutudaron* mansionis apud Ravennatem 5, 31 p. 429, 2 inter Devam (*Chester*) fere et Ratas (*Leicester*), primus recte meminit Lysons. *Lutudaron* mihi videtur esse genetivus pluralis *Lutudarum* Graece scriptus a *Lutudae* casu primo.

1209 *a* Rep. a. 1767 *on Shelve Hill, in the parish of that name, under the Stiperstones, about 7 miles N. of Bishops Castle, Shropshire,* in metallis vetustis quae dicuntur *the White Grit Mine.* Servabatur apud T. F. More, *at Linley Hall, Bishops Castle;* longa dig. $22^1/_2$, lata $7^1/_4$, pondo librarum 190 unciarum 6 WAY.

b Rep. circa a. 1775 prope *Aston Farm House, on the antient line of road from Shrewsbury to Montgomery by Westbury.* Servabatur *apud the late Mr. Probert, at Copthorn, about two mile from Shrewsbury on that road.* Ubi extaret ignorabat WAY. Mensurae et pondus ignota.

c Rep. a. 1796 *on a farm called Snaitbeach, in the parish of Westbury, Shropshire, about 10 miles from Shrewsbury;* museo Britannico intulit a. 1798 Ioh. Lloyd, *Esq.* Longa est dig. 22, lata 7, pondo librarum 193.

d Rep. a. 1822 *at Bath* (Aquae Sulis), *near Sydney Buildings, on the S. W. side of Sydney Gardens;* servatur in museo Aquensi, cui intulit Goodridge architectus. Pondo librarum 195.

e Rep. a. 1851 *in a field in the parish of Snead, Shropshire, about 1 mile W. of Linley Hall* (cf. *a*), *on the estate of Philip Morris, Esq., of the Hurst near Clun,* qui servabat; a. 1856 venit in museum Iosephi Mayer, *of Liverpool;* ibi extat. Longa est pedes 2 paullo amplius, pondo librarum 190.

f Rep. a. 1851 in *Minsterley, Shropshire, by workmen in sinking through a slag-hea of smeltings* BAGSHAW. Videtur periisse; longa erat dig. 20, pondo librarum 173.

in facie superiore:

a—f IMP · HADRIANI · AVG p. C. 117—138

a In margine iuxta titulum bis impressae sunt litterae:

WINP

b dicitur fuisse paullo minor quam *a* atque signata esse sigillo legionario

LEG · XX

a Gent. mag. 56, 1786 p. 924; Newton p. 120, 139 (inde ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 358); Murchison *Silurian system* p. 275 (inde I. Phillips *proceedings of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 89); Th. Wright *illustrated London News* a. 1856 Oct. 4 (Cochet apud Caumont *bulletin monumental* 22, 1856 p. 408); A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 32.

b A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 33 ex epistula Isaaci Frowd ad R. B. More data, quam T. F. More possidebat.

c Contuli. H. Ellis *Townley gallery* 2 p. 291 (Yates p. 14); Newton p. 120, 139; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 32.

d Contuli. I. Hunter Archaeologia 22, 1829 p. 421 (Wright *the Celt* p. 238; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 358); Phelps *Somersetshire* 1 p. 161; *assoc. journ.* 5, 1850 p. 228; H. M. Scarth *proceedings of the Somersetshire archaeol. soc.* 1852 p. 108; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 32.

e Contuli. Th. Wright *illustrated London News* a. 1856 Oct. 5; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 34.

f Bagshaw *history of Shropshire* (Sheffield 1851) p. 678 (inde A. Way *archaeol. journ.* 23, 1866 p. 65).

Quae praeter imperatoris nomina inscripta esse dicuntur in *a* et *b* incerta sunt, inepta vero, quae ad titulum in *a* extantem prolata sunt (*quinque virorum iussu notatum plumbum*); quas contuli *c—e* talibus titulis carent. Praeterea *e* dicitur ex eadem forma prodiisse atque *a*; omnes autem massae illae locis inter se vicinis repertae sunt.

imp(eratoris) Hadriani Aug(usti)

Legionis vicesimae Devensis nomen massae alicui ex fodinis vicinis prodeunti inscriptum esse explicari potest variis modis. Alter titulus lateri inscriptus potest locum designasse.

1210 Massae duae rep. a. 1865 in *Bristol, in making excavations in Wade Street on the original bank of the river Frome.* Alteram ibi servat Mr. Edkins, alteram museo Britannico intulit Arthurus Bush. Haec longa est dig. 21, lata 5, pondo librarum 76; altera librarum 89.

MP · CAES · A *nto* NINI · AVG · PII P · P p. C. 139—161

Contuli. A. Way *archaeol. journ.* 23, 1866 p. 63; H. M. Scarth *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1865 p. 198 (*gent. mag.* 1866 vol. 1 p. 211); A. W. Franks ibid. 1867 p. 439.

imp(eratoris) Caes(aris) A[nto]nini Aug(usti) Pii p(atris) p(atriae)

In nummis Pii patris patriae titulum inde ab altero demum consulatu apparere constanter docuit Eckhelius (d. n. 7 p. 35).

1211 Rep. saeculo XVIII ineunte prope *Bruton, Somersetshire, in the Lord Fitzharding's ground;* servabatur *at Long-Leat, in my Lord Weymouth's library* STUK. Postea fuit apud Heneage, *Earl of Winchilsea;* ab hoc habuit Mr. Creyke, a cuius sorore emit Mr. Duane GOUGH. Longa dig. 21, lata $3^1/_2$, crassa 2, pondo librarum 50. Videtur periisse.

IMP DVOR AVG ANTONINI
ET VERI ARMENIACORVM p. C. 164—169

Stukeley itin. cur. ed. I (1724) p. 143, ed. II (1776) p. 151, *medallic history of Carausius* (1757) 1 p. 167 (inde Horsley p. 328 *Somersetsh.* 10; I. Ward *philos. transact.* 49, 1756 p. 699; Goughs Camden 1 p. 104; Collinson *Somersetshire* 1 p. 216; Phelps *Somersetshire* 1 p. 178; Newton p. 120, 141; Wright *the Celt* p. 238; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 359; Yates p. 18; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 35).

imp(eratorum) duor(um) Aug(ustorum) Antonini et Veri Armeniacorum

Inde ab a. 163 Verus, ab a. 164 Marcus Armeniaci nomen assumpsit (Eckhel d. n. 7 p. 72); inde et ex Veri morte tituli tempus definitur.

1212 Rep. circa a. 1849 Devae (*Chester*), prope *Common Hall Street;* servatur ibi in museo societatis archaeologicae Devensis. Superficies massae inscripta longa est dig. $20^1/_2$, lata 4; pondo librarum circiter 168. Litterae pleraeque exesae sunt, quae extant aegre leguntur.

CAESAD VADON

C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 226 (inde Wright *the Celt* p. 238; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 31), qui putabat Domitiani esse; nescio qua de causa. Num in fine integra sit non constat; videtur ibi latere nomen loci alicuius.

1213 *A pig of lead is said to have been found at Castleton, Derbyshire; it was said by Mr. Mawe to be preserved in the Museum of Mr. Greene at Lichfield* (cf. n. 1205). Legi potuerunt tantum litterae

IMP

I. Phillips *proceeding of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 89 (inde ego mus. Rhen. 13, 1859 p. 364; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 36, qui adnotat memoriam eius praeterea superesse nullam).

1214 Rep. ante a. 1783 upon *Matlock Moor, Derbyshire.* Servabat Adam Wolley Matlocensis, qui dedit museo Britannico a. 1797; ibi extat. Longa dig. $20^1/_2$, lata $4^1/_4$, pondo librarum 83. Litterae mihi visae sunt simillimae esse massarum earum, quae Hadriani nomen habent n. 1209.

L · ARVCONI · VERECVND MEAL · LVTVD

Contuli. S. Pegge Archaeologia 7, 1783 p. 175 (inde Lysons Magna Brit. 5, 1817 p. 206, 3; Newton p. 120, 144; Henzen 5250; Wright *the Celt* p. 238; B. Poste *brit. res.* p. 412; I. Phillips *proceedings of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 89; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 361; Yates p. 10; H. Ellis *Townley gallery* 2 p. 289; Glover *Derbyshire* 1 p. 71; Bateman *Derbyshire* p. 134.

L. Aruconi Verecundi. Metal(lorum) Lutud(ensium?)

1215 *a* Rep. a. 1777 *at Matlock Moor, Derbyshire;* servabat olim Mr. Molesworth. Longa dig. $20^1/_2$, lata $6^1/_2$, crassa $4^3/_4$; pondo librarum 173. Ubi extaret ignorabat BATEMAN.

b Massae quattuor repertae a. 1824 prope *Pulborough in Sussex, on the estates of the Earl of Egremont at Broomers Hill,* a via Romana *Stone Street* dicta (Regnis Londinium) versus orientem. Secundam servat *the Hon. Rob. Curzon in the Hall at Parham Park,* prope *Pulborough;* altera extat in museo Britannico dono comitis de Egremont. Haec longa est dig. 23, lata $6^1/_2$, crassa $4^3/_4$; pondo librarum 184. Duae reliquae, quarum inscriptiones dicuntur fuisse eaedem, sed detritae, perierunt.

TI · CL · TR · LVT · BR · EX · ARG

a S. Pegge Archaeologia 9, 1789 p. 45; Th. Crane Archaeologia 13, 1800 p. 405 (ex his S. Lysons Magna Brit. 5 (1817) p. 206, 1; H. Ellis *Townley gallery* 2 p. 290; Bateman *Derbyshire* p. 135; Newton p. 120, 142; C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 227; Wright *the Celt* p. 238; I. Phillips *proceedings of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 89; Yates p. 11; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 25; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 360).

b Contuli. *Gent. mag.* 94, 1824 p. 194 cf. p. 320 (inde Férussac *bulletin* 2, 1824 p. 133 cf. p. 224); Horsfield *Sussex* 2 p. 164; Newton p. 120, 143 (inde Wright *the Celt* p. 238; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 360); A. Way archaeol. journ. 16, 1859 p. 26.

In exemplo Londiniensi haec tantum supersunt: //CL·I//·LVT·BR·EX·ARG; atque BR mihi visum est etiam BR legi posse.

Ti(berii) Cl(laudii) Tr(ophimi?). Lut(udense?) Br(itannicum) ex arg(ento)

1216 Rep. a. 1848 in *Hexgrave Park* prope *Mansfield, Nottinghamshire;* servat Ric. Milward, *Esq., of Thurgarton Priory, Nottinghamshire.* Superficies inscripta longa est dig. $19^3/_4$, lata $3^5/_8$, pondo librarum 184. Puncta sunt foliolis similia. Ectypum gypseum vidi in museo urbico urbis Manchester.

C · IVL · PROTI · BRIT · LVT · EX · ARG ·

Contuli ectypum. Gent. mag. 31, 1849 p. 518; Bateman *assoc. journ.* 5, 1850 p. 79 cf. 8, 1853 p. 55 (Wright *the Celt* p. 238; Yates p. 11); A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 36.

C. Iuli Proti. Brit(annicum) Lut(udense?) ex Arg(ento)

1217 Rep. *at Brugh on the Humber, Yorkshire, Eastriding;* servabat olim Warburton, ubi nunc sit ignoro. Dicitur fuisse *a lead plate, 7 inches by* $3^1/_2$ GOUGH; fragmentum tantum vocat, non dicit plumbeum esse HORSL.

3REXARC

Horsley p. 314 *Yorksh.* 19 (Goughs Camden 3 p. 319; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 361). Ward de *Bretonum exarcho* cogitavit.

. . . . *Br(itannicum) ex arg(ento)*

1218 Rep. *ad Lidney Park Gloucestershire* (cf. supra cap. XIV); fragmentum massae plumbi signatum bis eodem titulo, quod videtur periisse.

DOCCIVSI
DOCCIVSI

S. Lysons reliq. Brit. Rom. 2 tab. 29 fig. 7 (A. Way non memorat).

Docciusi? An *Doccius[f(ecit)]?*

1219 Rep. c. a. 1826 apud *Kirkintulloch* in Caledonia (cf. supra p. 200) *by the proprietor of the ground, Mr. Stewart of Peel* STUART. Longa erat circiter dig. 24, lata 6 BUCH. Inscriptum erat in media massa

CCLXX

Stuart Caledonia p. 323 (inde ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 362); A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 37 qui habuit ab Ioh. Buchanan Glasgoviensi.

1220 Rep. a. 1774 in ripa septentrionali fluvii *Almond* in *Perthshire* Scotiae, prope confluentes fluvii *Tay*, ubi castrorum et fortasse etiam metallorum reliquiae sunt; *an oblong bar of lead*, pondo librarum 73. Videtur periisse. In latere dicuntur inscriptae fuisse notae hae

— (× II J · XXX

The muses threnodie ed. Cant (Perth 1774) p. 21. 25 (inde Stuart Caledonia p. 206; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 37; Wilson *prehistoric annals* p. 392; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 37).

Indicatur fortasse pondus; notas vero nondum intellexi, si modo recte traduntur. Nam quod (x) nota numerum millenarium significat, vix potest huc quadrare.

1221 Massae plumbi albi (*pewter*, *tin*, sive *Zinn*) formae ovalis, repertae Londinii in Tamesi fluvio prope *Battersea bridge;* servantur in museo Britannico. Altera longa est dig. 7, lata 4, pondo paene unciarum 44; altera longa est dig. $8^1/_2$, lata $4^1/_2$, pondo unciarum $110^3/_4$.

a SYAGЯ
SYAC



b SVAↃ
ЯIVS



Contuli. *a* A. W. Franks apud A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 88, *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 2, 1863 p. 235 cf. 3, 1865 p. 93, *archaeol. journ.* 21, 1864 p. 169; A. Way *archaeol. journ.* 23, 1866 p. 68 ubi etiam *b* primum edita est ex lectione Augusti W. Franks.

Syagrius vel *Suagrius* nomen certum videtur; mentionem Franks fecit Afranii Syagrii consulis a. 382. In *b* titulus bis impressus est, ita ut alter alterum medium obtegeret; sed lectionem ab Augusto Franks sagaciter investigatam veram esse vidi in re praesenti. Sigillum christianum in *a* fortasse ita legendum *spes*[*in*] XP(*isto*); alterum nihil habet praeter A et Ω consolita.

LXXVII. TEGVLAE.

Praeter tegulas legionum secundae (n. 1222), sextae (n. 1223), nonae (n. 1224), vigesimae (n. 1225), classis Britannicae (n. 1226), cohortium aliquot (n. 1227—1232), alae unius (n. 1233), numeri alicuius (n. 1234), item fortasse stationis publicanorum (n. 1235), privatae quoque originis non paucae (n. 1236—1254) in variis Britanniae partibus prodierunt praesertim in meridionalibus; eas omnes composui hoc capite. In fine capitis composui quae scariphata sunt, ut fieri solebat, in tegulis.

1222 *a d—h* Iscae [*a d—g* ibi in museo; *h* in museo Cantabrigiensi; *a* etiam in museo Britannico]; *a* lateres praegrandes et optimi.

b i k Ex castris *the Gaer* prope *Brecknock* [*b k* Londinii penes societatem antiquariorum].

c Abergavenny (*Wales*), rep. *about the old castle* STRANGE, HORSL.

a b c LEG·II·AVG
d LEG II AVG LEGII AVG
e IIG II AVG
f ƆVA II ƆƎI
g ƆVA II EL
h II AVG MVT
i LEG II
k AVG

a Descripsi; Ed. Lluyd in Gibsons Camden p. 607 (Th. Gale itin. Anton. p. 126); Horsley p. 320 *Monmouthsh.* 2 (Goughs Camden 3 p. 117 ubi etiam haec memoratur LEG LAVG.II.AVG dupliciter impressa, quam vidit Wyndham); *gent. mag.* 69, 1799 p. 934; A. I. K(empe) *gent. mag.* 3, 1835 p. 600; Lee Isca p. 43 tab. 23 fig. 15 (mus. Rhen. 11, 1857 p. 5).

b Descripsi exemplum Londiniense. I. Strange Archaeologia 1, 1779 p. 294. 296 (Goughs Camden 3 p. 102 tab. 5 fig. 3); Jones *Brecknockshire* 2 p. 102; Archaeol. Cambr. 2, 1851 p. 167. 337.

c I. Strange Archaeologia 1, 1779 p. 35; Horsley p. 319.

d Horsley p. 320 *Monmouthsh.* 2; Lee Isca p. 43 tab. 33 fig. 16.

e—g Lee Isca p. 43 tab. 23 fig. 17—19 cf. *supplem.* p. II.

h Lee *delineations* p. 21, Isca p. 43 adn., ubi nexum aut MVT aut MAT aut MANT significari statuitur.

i Archaeol. Cambr. 2, 1851 p. 337 ubi mutila esse non dicitur.


k Descripsi.

Observa nullas repertas esse legionis secundae tegulas in castris collocatis circa vallum Hadriani et Scoticum, quanquam tituli eius legionis vexillationumque ex ea factarum frequentes ibi sunt.

1223 *a b c* Eburaci [in museo, item Londinii in museo Britannico; *a* rep. in tegulis et imbricibus una cum *m*, ex quibus formatum est sepulcrum detectum a. 1833 prope *Dringhouses*].

d Eburaci [in museo]; *e* Eburaci [in museo]; *f* alicunde ex stationibus valli [Dunelmi in bibliotheca capitulari]; *g* Vindobalae [rep. a. 1761, periit]; *h* Corstopiti [in *Newcastle* in museo]; *i* Cilurni [*Chesters*, et in museo in *Newcastle*]; *k* Bremenii [*Alnwick Castle*]; *l* Eburaci [in museo].

m Eburaci [in museo] reperta una cum *a*; *n* Eburaci [ex hypocausto detecto in parietinis villae rusticae apud *Collingham;* in museo]. *o* — *x* Eburaci [in museo].



a—*c* *leg(io) VI* — *d*—*l* *leg(io) VI v(ictrix)* — *m* *vi(ctrix)* — *n* *vic(trix)* — *o* *leg(io) VI v(ictrix) p(ia)* — *p* *leg(io) VI v(ictrix) p(ia) f(idelis)* — *q* *vic(trix)* — *r* *vict(rix)*

s *leg(io) VI Sev(eriana)* . . .

t *leg(io) VI Gor(diana)*

a Descripsi. Wellbeloved Eburacum p. 35, Kenrick catal. mus. Ebur. p. 81 (mus. Rhen. 11, 1857 p. 13).

b c Descripsi.

d Descripsi. Wellbeloved p. 35, Kenrick catal. p. 81.

e Descripsi. Wellbeloved p. 35, Kenrick catal. p. 81.

f Descripsi.

g Wallis *Northumberland* 2 p. 167 (inde Goughs Camden 3 p. 513; Hodgson 2, 3 p. 178; Bruce lapid. p. 46, 72).

